Digitized by Google

2

IODOCI SINCERI

ITINERARIVM GALLIÆ,

Ita accommodatum,

VT EIVS DVCTV MEDIOCRI TEMPORE TOTA Gallia obiri, Anglia & Belgium adiri possint: nec bis térve ad eadem loca rediri oporteat: notatis cuiuscunq; loci, quas vocant,

DELICIIS:

Cum Appendice,

DE BVRDIGALA,

Ac Verborum Indice.

ARGENTORATI.

Sumptib. Heredum LAZARI ZET[ZNERI]

ANNO CIƆ IƆ CXVII.

ILL. ET GENEROSO DN.

DN. ALEXANDRO SIGISMVNDO LIB. BARONI A ZEDLITZ

Newkirch/ & Reichenwaldaw/ Dynastæ in Groſleſlaw/ Cogaw/ Teſch/ Seedorff/ Guntersdorff/ &c. Domino ſuo gratioſo:

IOD. SINCERVS, cum obſequio, S.

DVM reditum, viſis hominum moribus & urbibus, Illuſtris & Generoſiſſime Domine, in patriam paras, ecce quam tibi, non infau-

ſtam opinor, adſternuo ominationem! Magnam terrarum, quas obiſti, partem penicillo meo, rudi quidem, at infucato delineatam: exiguo volumini complicatam manui tuæ inſero, uti, cùm oculorum aciem impendere illi libuerit, animo tuo multis millibus relictæ jam terræ reſiſtantur, Vlyſſeorumque tuorum laborum domi cum ſecura voluptate tibi in mentem redeat. Faſtidíſne levidenſe hoc, & tuo culmini, in quo DEUS & Maiorum tuorum virtus te conſtituerunt, tua te

con-

conservat, vix (ut mollissimè loquar) competens? Non persuaserit hoc mihi ipsa Suada. Nec enim ingenuus ille dulcor tuus, tranquilla illa dico animi morumque temperies, illa gravitati mixta modestia, &, si ita fari licet, generosa humilitas, quam in te qui animadverterunt, omnes suspexére, ferat, ut vel minimum tui cultũ à minimo spernas. Adderem lubens mé humanitate & beneficio debitorem tibi adquisitum, memorem eius animum harum chartarum nominis tui splendore in

fronte illuſtratarũ miſſiculatione teſtari voluiſſe, ſed quiſquiliis meis hoc prætexere vereor. Quòd ſi tamen hoc unum per eas adſequor, ut, cùm nequiverim, ſaltem voluiſſe me adagnoſcas, liquido futurus ſum animo, votoque meo quo ſatisfiat nil reſtare profitebor. VALE, Domine generoſiſſime, & fœliciter olim profectus, fœliciſſimè revertere. LUGDUNI Idib. Aug. M DC XVI.

LE.

LECTORI S.

Itinerum per Galliam, terrasque vicinas indicem tibi promo, amice Lector, alterius ab iis qui hactenus prodiêre, generis. Illi enim ferè auctorum suorum sola itinera notant: Hic non quæ ego & quomodo suscepi; sed quæ & quomodo suscipienda fuerant, describit: candidè indicatis itinerum & peregrinationum mearum alicubi peccatis. Scopus ad quem collimo hic est: ut inpri-

mis inserviam illis, qui paullo plus triennium huic peregrinationi indulgere, linguam etiam Gallicanam iuxta alia exercitia addiscere cupiunt. Illis ferè quinque diversa itinera ex mea delineatione suscipenda sunt. Primum in adventu in hoc regnum ex Germania, quod Aureliæ aut Biturigibus finit: Secundum, per accolas Ligeris populos Nannetas usque, inde Rupellam, Burdigalam, & reflexa profectione Pictaviam: Tertium per Lemovices, Petrocorios, Vasconiam, Galliam Narbonensem, Provinciam,

Del-

Delphinatum, Lugdunensem terram, Burgundiam, Parisios usque: Quartum in Angliam & Belgium, abeundo per Normanniam, redeundo per Picardiam Quintum per aliam Burgundiæ partem, Lugdunum, inde per Sabaudiam & Helvetios in Germaniam. Lutetia & Lugdunum bis accedendæ tibi, tum etiam propter navigandi commoditatem Aurelia. Ad alia loca ut sæpiùs revertaris ex mea delineatione non est. Tempora his itineribus ita definivi: Finge te primi anni æstate aut etiam auctumno primum absolvisse;

Aureliæ, Biturigibus & Molinis omne impendisse tempus usquè ad extremum Maium secundi anni: Quinque sequẽtes menses oportet des secundo itineri, interiũgásque ex libitu tuo aliquoties in amœnioribus tractus Ligerini urbibus; Pictavii hibernes; Aestatem tertii teeas in vicinia: Auctumno eiusdem quartum iter conficias; hibernes Parisiis: Primo vere quarti anni in Angliam & Belgium abeas, redeasq́ꝫ: sub auctumnum eiusdem quinto revertaris in patriam. Quòd si igitur primo primi anni vere exiſti, & extremo auctũno quarti

redis,

redis, tribus annis & dimidio peregrinatio tua per hæc regna, respublicas, principat⁹, constabit. Atq; hæc ita notavi illis, quos non finis aliquis particularis ad certa loca ducit: qui tantū tēporis huic peregrinationi indulgere & possunt & volūt. Qui necesse habent breviori tēpore hunc cursum conficere, secundum & tertiū conjūgere, quartū aut totum aut ex parte recidere possunt. Quin & quibus alia, puta per Helvetios introitur, adverso itinere ductricibus ferè his iisdem pāgellis ferri possunt. Nec dubito, si quis inaccessa loca quædam relinquere necesse

habeat, vel ideo eas ipsi gratas futuras, quòd vel animo quò pedibus nequit, ipsarum ductu evagari possit.

Verùm agè, quia per Galliam in hoc libello circumduceris, nec præ negotiis licuit primum, ceu destinâram, librum, qui de ea in genere tractaturus erat, vel attingere; habe tibi paucissimis verbis, eorum quæ prolixiùs hanc in rem Paulus Merula part. 2. Cosmog. lib. 3. capitibus aliquammultis scribit, epitomen.

GALLIÆ & Gallorum nomen, *sive à* γάλα *quod lac notat, sive à Galatâ Herculis filiâ, sive a-*

lium-

liunde ductum ſit, iam eſt perantiquum. Antiquius tamen inſuper Celtarum & Celticæ vocabulum, quod Galliæ ſpeciatim tributum, imò tandem eius uni ex tribus parti, olim toti ferè Europæ competiit. Ephorus enim apud Strabonem Orbem in quatuor partes diducens, eam, quæ verſus Auſtrum, ab Æthiopibus, quæ ad Aquilonem, à Scythis, quæ in Occidentem vergit, à Celtis habitari dixit. Francia à Francis Germaniæ populis, qui Gallias inſederunt & antiquis incolis ſe miſcuerunt, hodie vernaculo Gallorum magis,

quàm Galliæ nomine venit?

Ab Occidente habet Pyrenæos montes, & Oceanum Aquitanicum, à Septentrione, Oceanum Britannicum, Caletas usque; hinc versus Ortum, Flandros, Artesios, Hãnonios, Leuceburgos, Lotharingos, Comitatum Burgũdiæ, Helvetios, Sabaudos Pedemontios habet vicinos mediterraneos: ad Meridiẽ alluitur mari mediterraneo, quod Gallicũ vocant. Atq; hi termini ejus antiquitus iidẽ fuerunt, excepto, quòd versùs Ortum ad Rhenum usque, montem Iuram, & Alpes protensa, Belgii potiorem partem, Lotharingiam,

Sab-

Sabaudiam, tractumq; cis-Rhenanum comprehēdebat. Sita est inter 41. & 52. latitudinis; 20. & 38. lōgitudinis gradus. Adeoq; ea est regni huius amplitudo, ut licet nō nomine, reipsa tamen complura in se comprehēdat regna. De divisione eius in Bracatam & Comatā, huiusq; in Belgicam, Celticam, & Aquitanicam ago cap. I. de Burdigala. De alia Augusti in XVII. provincias: vide Mer. Cosm. part. 2. lib. 3. c. 19. *Aeris est temperatißimi & saluberrimi. Raræ contagiones pestiles ipsam infestant. Cui commodat forte quòd & cibo & potu delicatiori*

salu-

ſalubriorique corpus infima etiam plebs nutrit, quam aliæ gentes frequentius hoc malo adfectæ. Fertiliſſima hodiéque, perinde ac Cæſaris temporibus, hominum genitrix. Vber terræ habet pinguiſſimum. Adeóque fideliter cuſtodit cognomina ſua à Polybio ipſi data, ut ſit πολύοχλος & σιτοφόρος. Vbi enim feracius frumenti arvum invenias Pictonio, Santonio, Bituricenſi tractu, Burgundia, Picardia, Normannia, Belſia. Linum & cannabem magnâ copiâ producit. Nec alia eſt regio quæ tantum eius ſufficiat rudentibus & velis navigio-

rum.

rum. Arboribus pomiferis Normannia, Picardia, Britannia inprimis, (ubi ob vini defectum potum ex pomis ſibi exprimunt) amygdalis, nucibus, ficis, oleis, Auraicis, Granatis, Auſtralior Gallia abundat. Sylvas caſtaneiferas in Lemovicibus, Petrocoriis, Aruernis & confinibus habet. Vina in pleraque Gallia naſcuntur generoſiſsima. Britanniæ, Normanniæ, & Picardiæ, trigæ provinciarum nobiliſſimæ, ea aeris frigiditas negat. Vix credi poteſt quantum vini Garumna, Carantono, Ligeri efferatur ad Anglos, Belgas, Germanos

Septen-

Septentrionales. Cēties mille circiter dolia Burdigalâ solâ quotannis efferri solita retulērūt mihi. Pabula passim saltusq́; videas nutriendis gregib. & armentis. Hinc carnium, lactis, butyri, casei, lanæ tanta copia. Volatilibus abundat. Tātum caponum, gallinarum, pullorum quotidie passim absumitur, vt si in aliis regionibus unico anno perinde fiat, metuendum sit ne species intereat. Gallinæ Numidicæ gregatim pascuntur. Lepores, cuniculi, perdices, turdi nusquam frequentiores. In Pictonio complures sunt sylvæ, quas si transeas cuniculorum

rum numerum, ac si gregatim pascerentur, circum lusitare non levi oculorum voluptate perfusus conspicies. Equos in Britannia, & Vasconia generosos producit Gallia, graciliores tamen & sessoribus magis idoneos quàm trahendis plaustris & carris: cui usui ex Germania haut pauci adducuntur. Venationes cervorum, capreolorum, & aprorum passim habet, quîs tamen præcellunt Germanicæ. Venæ metalliferæ in Gebennicis sunt jugis. Aurum etiam, licèt modicum, effoditur tamen. Vir doctus in Satyrico, cùm retulisset

ea,

ea, qua Gallia aliis populis ministrat, eleganter hæc subiicit: His & aliis dotibus aurum quod in venis suis vix habet, largissimo proventu excipit, ut qui illud anxia & crudeli diligentia effodiunt, qui ab extremo devehunt Sole, plerunque videantur Gallicæ felicitati famulari. *Fidem his verbis fecerint nummi aurei exotici, quibus in Gallia nihil communius. Planities maxima in Celtica Belgicaque Gallia, inprimis in Picardia, Campania, Bituricensi tractu, Turonibus, Pictonio, & adiacentibus regionibus. Montosa*

tosa tamen alibi, ac inprimis in Aruernis, Lemovicibus, Petrocoriis, Delphinatu, Provincia, Burgundia, alibi. Montes celebratiores sunt, Cebenna *in Aruernis plurimorum iugorum, cuius pars* Tartara *haut procul Lugduno:* Vogesus *limes Burgundiæ & Lotharingiæ, vulgò* Mont de Faucilles : *Iura, hodie multinominis, maioremque partem mons Germanus & Helvetius. Alpes in Delphinatum & Provinciam procurrunt; Pyrenæus in Narbonensem Galliam. Sylvas habet plurimas in Cenomanis, Britannis, Biturigibus,*

bus, Andinis, agro Boloniēsi, Veromanduis, Picardis, Burgundia, Lemovicibus, Petrocoriis, Forensibus, Borbonia, &c. Mari adluitur gemino, hinc Mediterraneo, inde Oceano Aquitanico, & Britannico, quæ situm commodißimum rei nauticæ efficiunt, & qui (*verba sunt viri docti*) classes per omnis nominis maria litoraque possit emittere, *si Galli quàm equis tam navali industriæ assuescerent; speśq; ut subitas ita longas ferre possent. Portus maris habet nobilißimos, inprimis in Provincia, Aquitania; Santonio, Britannia, Normannia,*

ria, Bononiensi & Caletensi agro. Fluvii potißimi sunt quatuor: I. Sequana, *vulgò*, la Seyne, *in Burgundiæ Ducatu oriens, recipiens in se Icaunam, vulgò* Yonne, *Matronam* la Marne, *Aesiam, cùm antè se miscuisset Axona: Rothomagum usque valde æstuans & majora navigia gestans.* II. Ligeris, *Rex fluviorum Gallicorum, & cui nullus longitudine par. Ortus ipsi in Velaunis. Influunt ipsum potißimi hi fluvii navigabiles: Elaver, vulgò* Allier, *in Cebennis scaturiens, piscosißimus; Carus* le Cher; *Indrus, Vigenna,*

Lera & Meduana, *vulgò* la Mayne. *III. Garumna, æquoreus amnis, cui se jungunt Tarnis* le Tar, *Egircius* le Guers, *Oldus* l'Old *& corruptè* Lot, *Duranius aut Dordonia, vulgò* la Dordonne, *æquoreus & ipse. IV. Rhodanus, qui cum suis amnibus in Mare devehit Ararim* la Saone, *Isaram & Druentiam, vulgò* Durance. *Lacuum qui Galliam contingunt, maximus est Lemanus*, le lac de Geneve, *quem Rhodanus perfluit. Sæpe cum nulli in superficie flant venti, proprio suo, qui in interiore fundo latere perhibetur, valde exagi-*

agitatur: quem accolæ la Vaudaise appellant. Alius est inter Maßiliam & Arelate, vulgò l' estang: *Astromela Plinio;* λιμνοθάλαττα *Straboni dictus. Alius Abatacinus in Aruernis prope Clarimontium; quem depingit Sidonius* lib. 2. Epistol. 2. *Fontes infiniti in Gallia scaturiunt. Ex iis quidam admirandi. Prope Gratianopolin est, qui sine intermißione flammas per medias undas evomit. In vicinia Encolismæ scaturigo (Carentelus Latinis, vulgò* Touure *dicta) in[illegible]grum flumen eiaculatur [illegible]uxta*

(**)

Clarimōtium Aruerniæ fons est Saulse, *cui immissa lapidescunt: lapidescit & ipsa aqua. In Petrocoriis alius fluxum & refluxum sentiens. Calentium Medicarumque aquarum paßim obvios recensere nihil attinet. Acidulæ paßim, inprimis in pago* Bougues *prope Nivernium fundatißimæ. At pergendum ad incolas, illorumque genius intuendus. Quà sacra, olim Cæsar retulit,* religionibus valde deditã Galliam : *prolixè etiam quos Deo[s c]oluerint recenset. Sacris præ[e]rant Druydes : cujus nom[i]nis origo*

Ger-

Germanica esse creditur. Abditos habitabant saltus, non mandabant literis sed memoriæ, & ferè versibus comprehensa, tradita sua. Quercum arborem sacram habebant: ac inprimis viscū in ea natum: quo de vide Plin. lib. 16. N. H. Controversiarum publicarum & privatarum judices, decreto ipsorum non stantibus interdicebant sacris, cui interdictum, anathema habebatur. Hæc olim: Hodiernus, quà Christiana sacra, genius ipsorum à vetere non abludit. Funestaq; multorum annorum cla-

des teſtatum fecerunt, cui dogmati adhæreant, citiùs vitam quàm id ipſis eripi potuiſſe. Adminiſtrationem Reipublicæ, quàm ſæpe & quibus occaſionibus variaverit, cùm à Iulio Cæſare ſubacta Gallia Romano imperio ut provincia adcreviſſet: ſub Honorio à Vandalis, Suevis, & Alanis occuparetur: hi rurſus à Gotthis eiicerentur: tandem ſub Valentiniano Romanorum imperium in Gallia totum exſpiraret, Francorum naſceretur, & per tres regias familias Merovei, Caroli Martelli, Hogoniſ-

goníſque Capeto etiamnum ſuperſtitem ad illam granditatem, qua nunc conſpicitur excreſceret, ex diffuſioribus Hiſtoricorum commentariis petendum, quos contraxit Merula Coſmogr. part. 2. *lib.* 3. cap. 16. *Status Regni Monarchicus eſt. Rex naſcitur: Maſculus ſemper, Lege Salica ita volente. Mirus ſubditorum amor & cultus Regis. Chriſmate perenni ſacræ ampullæ Rhemenſis plerunque, aliquando Maioris monaſterii Turonum* (vulgò Marmonſtier) *Rex, cum inauguratur, inungitur. Scro-*

fulas contactu ſanat. Regis filiorum primogenitus Delphini; (cauſſam promo cùm de Delphinatu ago) ſecundus, Aurelianenſis; tertius Andini Ducis nomine appellantur. Officiarii Regis familiares ſunt, Magnus Chambellanus, Magnus Magiſter, Magnus Scutarius, Magnus Venator, Prævoſtus aulæ, centum nobiles, aliique. Officia alia, ſtatum Politicum concernentia ſunt ferè hæc: Magiſter equitum, ſive major domus olim, Comeſtabilis pòſt dictus: Duodecim Pares Franciæ,

ab

ab Hugone Capeto verisimiliter instituti : Sex Laici sunt ; Burgundiæ, Normanniæ , Aquitaniæ DVCES, *Flandriæ, Campaniæ , Tolosæ* COMITES : *Sex Ecclesiastici, Archiepiscopus Rhemensis, Episcop. Laudunensis, Episco. Lingonensis* DVCES ; *Episcopi Catalaunensis Noviomagensis, Bellovacensis* COMITES. *His sacrandi Reges jus est. In Laicorum, qui defecerunt locum seliguntur alii Principes, cùm sacra Rhemẽsia peraguntur. Sunt præterea* Quatuoruiri *(olim quidẽ) præfecti militũ,*

(**) 4 ho-

hodie Marescalli *dicti*, *à* Maer, *quod antiquitus equum*, & scalck *quod peritum artis suæ notabat. Numerus tamen hodie post pacem inter Henricum Magnum & fœderatos factam auxit.* Ammiralium *voce origine Arabico, Græca, posses thalasiarchum, aut Latinè præfectum maris reddere.* Equites Ordinum *D. Michaelis à Lud. XI. anno* 1469. *& S. Spiritus, ab Henric. III. anno* 1579. *institutorum.* Gubernatores *per provincias & urbes*, & Locum tenentes regii: *Magnus Artillariæ*

Ma-

Magiſter: *Capitanei cataphractorum equitum*: *Heraldi, aliique*: *quorum ferè officia ſunt militaria. Alia togata magis ſunt*: Conſilium ſecretum, *conſtans Principibus in primis ſanguinis, tum aliis, Antiſtitibus etiam, Cancellario, Iuriſperitis, Magiſtris requeſtarum, aliis*. Conſilium Financiarum *curam ærarii regii agens*. Parlamenta *ſive tribunalia ſuprema & ἀνυπεύθυνα octo*. Pariſienſe, *ſolum olim & ambulatorium, à Rege Philippo Pulchro Lutetiæ fixum*: Toloſanum, Gra-

tianopolitanum, Burdigalense *à Car. VII. instituta;* Rhedonense *ab Henric. II. Quis nunc post duorum regnorum unionem accessit supremus Senatus Benearnensis in Castro-Palo. Subalternata his summis tribunalibus sunt passim alia, quæ* sedes præsidiales *vocant, à quibus provocatur ad parlamenta.*

Cæterùm igneæ naturæ in commune sunt incolæ, & in quibus flava ferè bilis prædominetur. Hinc illa ingeniorum acumina. Hinc prompta & in arena capta consilia. Hinc subitæ & sæpe

ſæpe vehementes iræ. Hinc ſimultatibus compoſitis, ſecus ac nonnullis populis aliis, fida pax & amneſtiæ damnatum omne odium, velutiq; infuſa aqua reſtinctum incendium. Indoles alioquin ipſis (verbis ferè alienis hoc effero) ad ſpeciem virilis elegantiæ magis, quàm ullis mortalibus facta. Oris intrepidi habitus, motusq; atq; geſtus, qui totum corpus deceat: atq; hæc non imitanda, ut maximè adfectet, gentib. exteris, etſi vicinis, niſi quos genius ſu⁹ huic indoli admovet. Pudor ruſticus incognitum in-

pueris etiam apud ipsos vitium. Hilarius jocandi facilitas, eloquentia extemporanea & in summe ore nata nullam gentem in commune magis ornat. Audivi sæpe fœminas primarias de rebus gravissimis, Politicis, Ethicis, Physicis, aliis, expeditè & ornatè disserentes: quippe enim hujus generis libri vernaculo sermone, qui technologica Latinorum Græcorumque vocabula agnoscit, infiniti prostant. Proni promptique erga exteros illorum animi, inprimis si quis tristi & morosa severitate seposi-

posi-

positâ ipsorum genio se conformet.

Quà convictum, genium suum minimè defraudant. Munditiei in sternendis mēsis student. Mensas in medio cubiculi collocant, ut cuivis liber, uti accessus, sic etiam sit abitus. Cibis utuntur opiparis & sapidis, vino sincerissimo, non mero tamen, sed probè diluto, ne (quod facillimum) hepar incendat. Ac ita prandent cœnantque, ut testentur se ut vivant edere, non ut edant vivere. Convictus in aliquot horas producti ingrati ipsis. Ebrio-

ſitatem & ad compotandum provocationes deteſtantur. Manè plerúnque elixis; veſperi aſſatis veſcuntur carnibus: quod nec valitudini conſervandæ inidoneum. Obſoniis aliis & leguminibus rariùs, quàm Germani. Quin abhorrent ab haut paucis, quæ alibi in deliciis. Nec apponetur tibi de braſſica ſive integra, ſive minutatim conciſa, acetoq; macerata, nec carnes raphano marino ſaporatæ, quæ hujusmodi alia aliorum palato non ingrata. Fumo induratas carnes; poma, pyra, rapas, ſimiliáque ad

ſe-

solem aut ignem siccata ra-rò, videbis. Brassicâ rapísque plerumque cum ossis vescuntur. Cardui, asparagi, Artiscocci, & huiusmodi alia suo tempore frequenter apponuntur. Ientare manè antequam exeant ipsis receptissimum, sed modicè, nec nisi vini poculo hausto & panis bolo comesto. Naturam hoc roborat, animum exhilarat, cruditates stomachi consumit.

Caminis non fornacibus ad frigus expellendum utũtur. Res insueta illis qui fornacũ vaporibus calefieri soliti. Interim sanitati condu-

cibi-

cibilior: quòd vapores illi caput gravent, fotísque in hypocausto, si prodeant, laxum corpus auram quamvis frigidiorem exhorreat. Mihi, ut dimidiata calefactio ad caminum primitus parum grata accidebat, sic Lugduni biennio pòst ad fornacarii vaporis fotum relato tepor ille vix tolerabilis, præter spem fidemque erat. Quod perinde mihi accidit, cùm plumeis stragulorum operturis destituere, & pòst denuo iis involverer. Adeo consuetudo altera plerunque est Natura. Sed omnia huiusmodi, & alia,

alia, inprimis Academias & Vniversitates concernentia, ut referam, tempore excludor.

Quà itinera, tutiora ea in hoc regno sunt quàm alibi. Caussam nescio an adsecutus sim, quòd sclopeta gestare viatoribus prohibitum, præter apparitores, qui equites bini plerunque vias publicas obire solent: quos fulminatricibus his machinis armatos quadruplum tantum latronum, si in illos incidant, non sustineat.

Quà commoditates proficiscendi, Lutetiâ in complura

plura loca eunt redeúntque currus meritorii. Equi conductitii ubique inveniuntur, exceptis locis ubi cursus ordinarii sunt dispositi, iique duplices : Celeres, quos postas *vocant, & lentiores*, les relais. *Nec exigua est commoditas quam præstant fluvii, Ligeris, Garumna, Rhodanus : dum tamen, quà posteriores duos, non cuivis obvio sed perito nautæ committas ; Rhodano, propter rapiditatem, Garumnæ, propter nimium æstum, & periculosas sæpe jactationes. Antiquitatum monumenta præcla-*

ra in

ra in hoc regno visuntur, maximè tamen in Gallia Australiori. Palmaria duco hæc: Amphitheatrum Nemausense, Pontem Gardium, Arcum Marii Arausionensem, Templum Dianæ Nemausi, Basilicam Plotinæ vulgò la maison carrée *ibidem, statuas & lapidem Viviscum in Basilica Burdigalensi, Palatium Tutelæ ibidem, Turris in ponte Carantoni Santonibus, Statuas Romanas & Deorum à Gentilibus cultorum tripudium in horto Domini de Ræmondis Consiliarii Burdigalæ. Muros*

Nar-

Narbonis antiquis inscriptionibus ubique plenos, Amphitheatrorum & Theatrorum reliquias passim alibi.

Rara etiam quædam, inprimis in patria nostra, hinc inde in hac profectione Gallicana invenies, pretio mediocri (alibi carè æstimata) præstinanda. Massiliæ ex testis margaritarum & corallis varia artificiosissimè fabricata, tum ex Oriente diversas merces Turcicas allatas: Monspelii electuarium pretiosissimum Alkermes, pulveres odoratos: Carcassonæ pectines

ctines ex buxo mirè elaboratos: Montalbani, Monspelii, ac inprimis Castelrautii, & Molinis Borboniorum thecas cultrorum, forficum, similium instrumentorum elegantissimas. Lemovicibus exquisitissima fratrum les Mabreaux *dictorum admiraberis opera.*

Hanc de Gallia in Genere rhapsodiam eodem ferè momento typis, quo calamo concipiebatur, commissam, ne omnino nihil horum haberes, itinerario meo præmisi. Cùm otium erit, aut negotiorum minus,

nus, non pigebit me in hanc orbitam reverti, & uberiore fortè magisq; proficuo sermone peregrinantem te comitari.

VALE.

IOD. SINCERI
ITINERARIVM GALLIAE ET FInitimarum regionum.

Exgressus ex Germania in Galliam.

CVM civibus meis German ego hoc itinerarium Franciæ & finitimarum regionum scribam, operæ pretium facturum me opinor, si sub initium consilium aut opinationem meam promam, qua ex parte ingressus in hoc regnum fieri & debeat, & plerisq; omni- *Qui ex Germania in Galliã exiri conveniat.*



 bus

bus Germanis, aut qui Galliæ respectu ultra Germaniam, etiam commode possit.

Non per Belgium.

Sunt qui putent Belgium prius adeundum, cùm inferioris Germaniæ civibus, quia vicinum, tum superioris, quia descensus Rheno promptus, & sine magno sumptu, populosque & urbes alluat perluatque, quos adisse non abs re sit. Isthic, aiunt, juxta liberalia studia, quæ tantùm non sedem domicilium sibi figere in illo terrarum angulo voluisse nuper visa fuêre, in exercitiis aliis nobili iuvene dignis & lingua Gallicana ea possunt fieri initia, quîs pulcrum opus pòst superstrui possit in media Gallia. Sunt, inquam, qui sic faciundum existiment: sed me assensum minime præbente: Nam potissimus peregrinationis Belgicæ fructus sic inde-

pru

ptu non eſt, aut certè mancus :. Converſatio cum civibus & hoſpitibus, inprimis in convictu in diverſoriis. Vix enim in utriuſque Belgii aliquot potioribus urbibus decimam quamvis partem colloquiorum & diſcurſuum audias convivandum haberi non linguâ Gallicanâ. Hac deſtitutus aut κῶφον πρόσωπον ſis neceſſe eſt, aut per interpretem ſciſciteris quæ aguntur, aut tui cauſa ab ipſis, in ſermone tibi cognito (ſed qua pudoris iactura?) recenſeatur denuo, flagitandum. Præmittendam igitur noveris peregrinationem Gallicanam Belgicæ : ut ab illa tibi ſit adminiculum huius.

Non per Helvetios.

Sunt qui per Helvetios in hoc theatrum enitantur, & aut ſubſiſtant in Allobrogibus, ceu eius veſtibulo, paraturi ſibi ſermonis aliquantulum ſupellectilem: aut

audacter recta ad Rhodanum, eiusque secundo flumine delati in Galliæ Narbonensis florẽtissimas urbes contendant, ibique sub initium morentur: utrobique propter victus tolerabile pretium, alicubi etiam propter locorum delitias, non sic alibi præsentes. Sed nec hos te sequi velim. Incidis enim hic in illas regiones, quæ Gallico sermone immane quantum corrupto utuntur: quem si semel imbiberis, nulla vi & diligentia postea in meditullio Galliæ, & ubi sermo populi elegantissimus floret, excutias. Recidiva dialectus semper repullulat. Ac novi haut paucos amicos meos, qui exactis cõpluribus in hac ora mensibus, & hic lingua disci cœpta, post in elegantioris linguæ Galliam concessere, nunquam non biennio etiam & triennio post ser-

monem expeditiſſimum alioquin turpantes indeleblile hac pronunciationis maculâ. At fucum faciunt & huic maculæ ceruſſam hanc illinunt: Primiores populi & illi quibus exteri convivere ſolent, nihil trahunt à vulgi idiotiſmo, ſed pure loquuntur, & vel ipſi in umbilico Franciæ elegantioribus vocabulis, & pronuntiationi terſiori aſſueti, vel domi cõverſatione illorum, qui olim in huiuſmodi locis linguæ vernaculæ vitia emendarunt, uſi, hoc veluti ſiphat exuerunt. Credamne? Credam, ſed ut ille occulatis manibus, ſic ego auritis auribus. Credite potius hoc mihi, quorum animis hæc hæc perſuaſio hæret, altius teſtam recentem hoc odoris imbibiſſe quam ut elui tralatitia aſpergine poſſit omnino. Demus tamen recoctos nonnullos

plane, quod fieri potest in melioris luti ingeniis, sed rarioribus. Adeone exterorum conversationem arctè constringitis, ut manipulo tantum vestri selectorum ex omni cœtu quis, cum quîs vivat, deambulet, garriat, contentus esse debeat. Non, non. Cuivis ex omni populo loquendū: maximis, medioxumis, minimis. Lixas & calones, illos inquā qui ixionios assaturarum orbes ad focum gyrant, sæpe necessitas est alloqui. Obvios quosque in urbe & circa, cùm deambulatur, & hoc & illud & istud, quod occurrit, sciscitandum. Quod ab his audias, crede mihi tenacius sæpe hæret, quam quod sub ferulæ terrore Orbilius aliquis cirratis suis intrudat. Ac novi equidem pueros nobiles, qui in Principum Germanorum ministerio fuêre in Gallia, qui citra

citra doctoris operam citius in culina ad focum & expeditius sermonem comprehendêrunt, quam qui in abdito ad demorsosque ungues pertinaciam huius linguæ frangere, succum ipsius in se convertere voluêre. Quod ei rei dico, non ut exemplum te sequi velim & ductum magistri spernere, sed ut patefiat non prætercurolare tantum aures, quod minimus quisque & contemtior loquitur.

Quà igitur, ut ad rem tandem veniamus, ingrediendum. Eligendam hic reor illam viam, qua sub initium salutare possis Regni metropolin Parisios Vt inhabites illam tam recens regni hospes, auctor non sum: salutatam tamen velim. Vis rationem? Ea est. Hoc & gratiam & auctoritatem tibi conciliabit apud populum indige-

nam, ubicumque postea sedem ad tempus figes. Vt enim recenseas Italiæ, Germaniæ, aliorumque regnorum urbes plurimas tibi visas, nil tamen est quod tantopere ipsos titillet, ac fuisse Lutetiæ, vidisse Regem & Reginam, Principes & Dynastas aulæ, fanum & Mausoleum sanct-Dionysianum, arcesque regias vicinas. His multorum ex populo satiabis postea aures & devincies animos. Hanc cum salutaris, ad locum migrandum, ubi cultior paullo sit sermo, & in illo hærendum.

ITINERIS DEsignatio.

Re itaque esset Argentorato (ubi devia sermonis aut certe lecturæ, initia facta non improbem, plus rigide non exigam) rectà ire Nanceium Lotharingię metropolin. At proprio equo uti te velim, ut quò libeat declinare possis, absque omnibus impedimentis & sarcinis, iisque, si transportanda quæ sint, potius quavis mercede veredario Lutetiam usque commendatis. *Sed per Lotharingam.*

Primi diei itinere in extremam hac parte Germaniæ urbem Tabernas, vulgo *Zabern*, visâ ante è propinquo in transitu arce *Kocherſperg*, nuperis *Zabern*

bellis Argentinensibus famigerata, pergendum. Vrbs nunc claret sede Episcopali Argentinensi, sita in extrema Alsatiæ planitie ad montium, qui ab ea Lotharingiam disterminant, radices. Parva ea, sed ab hoste tuta, nec facile obsidenda, si vicinam arcem, in montis cacumine sitam probeq; & ipsam munitam, & ex qua subiecta planities tormentorum ictibus infestari potest, habeat faventem. Vidimus hîc in superioris templi muro ingredientibus sinistro, nobilis matronæ monimentū, quod ob familiæ in me merita, si indictum hîc paterer, ingratus sim. Id vero est: *Nobilis matrona, Anna Wielandin Augustana, pietatis, integritatis, ac pudicitiæ rarum exemplar, moritur anno 1551. mens. Aug. die 29. Ætatis vero 40. Cui maritus*

ritus Wolfgangus Rehlingerus Carolo V. Imp. ac Ferdinando Rom. Hung. ac Boh. Regi fratribus à Consiliis, in summo dolore mœstus charitatis ergo P. Egredientibus Lotharingiam versus conspiciuntur adhuc munimentorum urbis defensioni in Argentinensi bello excitatorum, in collis ad dextram crepidine, reliqua. Paulum provectis offert se mons præaltus & adscensu difficilis superandus. Vocatur Germanico Idiomate *Stegam*: quod fere adscensum reddere possis. Circumeundus olim erat mons ex hac parte invius: sed à VVilhelmo tertio Episcopo Argentinensi anno Christi 1520. vi facta via est & transitus: Epigraphe adscendentibus ad dextram hoc restante. *Stegus.*

Superato monte transeundibus *Pfaltzburgus* primus Lotha- *Pfaltzburg*

ringiæ ab hoc ingressu pagus peramœnus, ubi nec hospitari malum sit mature Argentinâ profectis. In nuperis bellis aggere iacto munitus, & præsidium in ea habitum fuit.

Sarberg *Sarberga* inde lapidosâ viâ profectis sese offert, oppidum, pòst pagus *S. George*, ubi mirum hospitii vocabulum, *point d' or, point d' argent*: & tandem oppidum amœnum, quamquam non ita magnum, *Blancmont*, Germanis Blanckenburg dictũ. *Blancmont.* Arx hîc est diffusa & magnifica ad sinistram introitus: ad dextram è regione arcis hospitium in quo tolerabili pretio lautissime vivitur. Danda igitur opera tibi, ut secundò hic pernoctes, certus, ni mutarunt, in toto hoc itinere Parisiensi melius haut unquam tibi (sæpius enim expertus loquor) futurum.

Hinc

Hinc *LuneVillam* per planitiem perges oppidum non inelegans, & terreis evectis propugnaculis munitum: post fanum S. Nicolai, vulgo *Niclaubourg*, aut *S. Nicola*, ad Murtam fluvium loco peramœno, plano & fertili. Visu dignissimum hic est templum vastæ & excelsæ molis, columnis gracilioribus sustētatum quam ut sustinendo tanto oneri pares putentur. Turre gemina superbit, in quarum altera Caroli Lotharingiæ Cardinalis, Metensisque Episcopi, cui, cui Prioratus titulo parebat hæc Ecclesia, in summo culmine symbolum, obeliscus cum hedera circumplicata, & inscriptione, TE STANTE VIREBO. Servatur hic D. Nicolai Patarâ ex Lycia oriundi, & Myræ (Lyciæ urbis) Episcopi manus articulus, auro multis

Lune-Ville.

S. Nicola

gemmis interstincto inclusus. Hinc primum nata loci religio advenas ad se traxit: quorum confluge tandem in eam excrevit amplitudinem, ut nunc, licet mœnibus nondum ullis circũdetur, urbis cultissimæ, addo & amplissimæ, faciem potiùs præ se ferat, quam pagi: ea est ædificiorum venustas, dispositus viarum incolarum multitudo, commerciorum & opificiorum frequentia.

Duobus hinc milliaribus abest Nanceium Ducatus Lotharingiæ metropolis. De qua antequam referam, age de Lotharingia in genere videamus.

LOTHARINGIA. Provinciæ nomen à Lothario, Ludovici Pii nepote quasi *Lotharii regnum.* Olim Austrasia dicta, & latior multo, quã hodie: cui ad Occidẽtem opposita fuit VVestrasia, sive VVestria, quam

post-

post corrupte Neustriam dixerunt. Quę omnia vocabula Gallicarū rerū scriptoribus frequētata. Limites Lotharingiæ sunt hodie, ad Ortum, Alsatia; à Meridie, Burgundia; ab Occasu, Campania; à Trionibus, Arduenna sylva cum Leuceburgiis & Treviris. Regio mōtosa & sylvis densissimis hinc inde obsita. Amœnissimas tamē habet valles, & alicubi etiam in aliquantam planitiem se porrigit. Frumenti & vini affatim generat. Nec desunt ei plurium metallorum venæ, thermæ (quarum celebratissimæ sunt quas Germani Plumbersbadt vocant) salinæ, Stagna & fluvii piscium abunde suggerunt. Fluviorum potissimi sunt Mosa, Mosella, Saravo, Murta.

Mosa ex Vogeso Galliæ monte ortus Verdunum, Sedanum, Maseras, Leodium, Traiectum, Rore-

Roremundam & Venloium alluit, & in Batavia haud procul ab ostio, quo mari influit, communes cum Rheni brachio facit undas & prope Dordracum cum marinis miscetur.

Mosella ex monte pariter Vogeso sed orientaliori oritur haut procul Araris fontibus. Tullum, Metas, Treveros prælapsus prope Confluentiam Rheno se miscet. Celebratus docto eleganti que carmine ab Ausonio. Imperante Domitio Nerone, fossa cœpta fodi, qua Arar & Mosella iungerentur, & navigabilia inter se Occidentis & Septentrionis litora fierent. Vide Cornel. Tacit. XIII. Annal.

Saravus, Sarra etiam dictus, hodie *Sar*, prope Salmenses ortus prætergressus plura oppida, quorum haut pauca nomen ab ipso

ipſo mutuarũt prope Aug. Treverorum Moſellæ ſe iungit.

Murta, receptis in ſe pluribus amnibus, relictiſque fano S. Nicolai & Nanceio, Moſellam loco plano inter prata paulatim accedit, & longo tractu, æquali quaſi curſu, comitatur, relicta inter utrumque alueum exigua admodùm terra, donec tandem paulum ſuper Cãdeiam arcem, quæ in dextra rupe poſita, pago ſibi cognomini impendet, facto cum Moſellæ alveo angulo acutiſſimo, aquis eius miſcetur. Quæ totidem verbis notat Paulus Merula *pag*. 2. *Coſmogr*. *lib*. 3. *cap*. 44. cui & haut pauca alia hîc à me ſcripta, licet mihi non incognita, accepta refero.

Lotharingia olim populos habuit Mediomatrices, quorum metropolis Diuiodurum, hodie *Metz* appellatur: & Leucos, quo-

quorum urbs Tullum, hodieque priscum nomen servat.

Regni titulo olim insignita fuit, at non diu. Hodie ab aliquot seculis Ducatus est. Duces novissimi sunt ex familia Bullionea. Ex horum stirpe sunt Duces Guisii, Aumaliæ, Mayennæ, Ianuillæ, Aisguillonii, Mercurii: regni Francici Principes.

Comitatus, Baronatus & Dominatus Lotharingiæ diligenter notat P. Merula *alleg. c.* 44. *pag.* 632. Et notare huc illa non est mei instituti, videturque mihi tempus nunc esse Nanceium lustrandi.

Nancy. Vrbs hæc vulgo *Nancy* appellata, sita est in ripa Murtæ in planitie peramœna haut ita procul in montes surgente. Gemina hodie est, Antiqua, & Nova, haut ita pridem antiquæ adstrui cœpta, nec etiamnum per-

perfecta penitus. Magnificum in antiqua est palatium Ducum Lotharingiæ. Monstrari solet cubiculum ipsius Ducis. quod per ambulacrum compluribus Regum & Principum pictis effigiebus decoratum aditur. Ex alia parte in atrium deducêris, ubi mensas duas pretiosissimas, marmoream alteram, longitudine & latitudine admirabilem; alteram ex argento inaurato, plurimis artificiosissime insculptis figuris & emblematis, quîs singulis sui versus latini adscripti, ornatissimam. Deducêris post in conclave, in quo pretiosissimi tapetes immensi numero magnificentiæ plus quam regiæ, tibi explicabuntur, & ostendentur. Videbis ibidem ex ligno sculptam hominis effigiem, in qua omnes tori & musculi mobiles

biles ex prætenuibus particulis consuti sunt. Viridarium in propugnaculo amœnissimũ adiacet. In propinquo arci est ædes D. Georgii, in qua monimentum Caroli Audacis, Burgundiæ Ducis, cæsi, cum duplici epitaphio versibus elegiacis scripto: quæ nunc ad manus non sunt. Alterutri subscriptum memini hunc insuper versum:

Ecce leo cecidit, iam pax quæsita vigebit.

Multorum in ista æde Ducum monimenta videbis. Inter alia eminet illud Renati, victoria contra Carolum potiti. Armamentarium visitur hic probe instructum, inprimis tormẽtis bellicis æneis: in quorum numero videbis unum immensæ longitudinis, & cui par, excepto uno in arce Dubriana, in Anglia

Anglia, non viderim. In ſtabulo Ducis equi aluntur generoſſimi. Ante area eſt & arena in qua curſus equeſtres ad orbiculum celebrantur : locus non inelegans. Vrbs vallo craſſiſſimo, quod exterius murus robuſtiſſimus fulcit, & foſſa profunda lataque cingitur, tum propugnaculis plurimis (non omnibus tamen ad hodierna muniendi præcepta ædificatis) munita, tantum in expugnandę ſpeciem præbet. Quæ quidem propugnacula eius ſunt altitudinis, ut vicini montes parum urbi obficiant. Hoſpitem in hac urbe laudo, ad inſigne cervi, vulgo *au grand cerf*: virum non, ut ille, qui Divi ex Lycia oriundi imaginem in inſignibus oſtentat, iniquum & ſine ratione alieno inhiantem. Diſtinguitur anti-



antiqua hæc urbs à nova munimentis ſuis antiquis & foſſa.

Nova haut paulo amplior, quin & nitentior eſt vetere viarum diſpoſitu ad perpēdiculum ordinato. Templum excitari cœptum, cui perfecto pauca alia amplitudine certabunt. Mœnibus ſtupendi operis & ad regulas hodiernas ordinatis, foſſaq; profundiſſima ambitur. Ex propugnaculorum uno eminus oſtenditur in loco paluſtri crux lapidea erecta, cui inſertam dicunt inſcriptionem Gallicam in ærea lamina cædis Caroli Audacis teſtem. Paulo longiùs in loco prælii commiſſi viſitur ſacellum cum cœmiterio in quo tabulæ æreæ verſus Gallici inſcripti, hiſtoriam atrociſſimi prælii continentes.

Notat Merula ad radices mōtium pagum eſſe *Marche-Ville*, cuius

cuius incolas perfidia aliquando in suum Ducem, quem historiæ Fridericum II. appellant, notatos ferunt, atque ea de causa quotiescumque cum reliquis Principum domesticis epulari contigit, panem eis inversum apponi consuevisse. Idem addit, ibidem rudera rotundæ turris, in qua Dux, quem dixi, ex venatione subductus ad triennium detentus memoretur.

Iter Nanceio Lutetiã duplex. Vnum quod rectà ducit, negligendum. Toul.

Nanceio Parisios rectà iri solet per Campanos & Meldas, viâ quæ ad has te ducit urbes, & hæc loca potiora.

1. Tullum, urbem Episcopatus titulo superbam, anno 52, cũ Metensi & Verdunensi ab Henrico *II.* occupatam. Templum hîc elegans, inque eo sepulcrum D. Bernhardi & coronam suspẽsam ad exemplum fere VVeissenburgensis videre est.

2. Pa-

S. Auby. 2. Pagum *S. Auby*, ubi in adventantes inquiritur, an sclopeta, aut merces prohibitas portent.

Bar le Duc. 3. Bar-le-Duc, urbem in edito colle sitam, cui subiacet in planitie suburbium elegans, quod transeundum. Vrbs hæc *Bar* cum adiectione *le Duc* vocatur, ad differentiam urbium cognominum, quæ sunt *Bar sur Seine*, & *Bar sur Aulbe*. Metropolis est territorii Barrensis, quod vulgo *le Barrois* vocatur. Hic elegantissima conficiuntur gladiorum manubria. Vnde rari transeunt, qui non aliquid eorum emant.

4. *La maison rouge*, paucorum tectorum vicum in limitibus Campaniæ. Vnde per 7. leucarum campos Catalaunum, hodie *Chaalon* pervenies.

Chaalon 5. *Chaalon sur Marne*, (est

enim

enim cognominis alia *Chalon sur Saone*, in Burgundia.) urbs est amplissima turribus pyramidis in modum fastigiatis eminens, ædificia albent, quod cretacea terra cõstent. Mercurialis frumenti & pannorum linteorum negotiationem exercet. Episcopatus titulo superbit, tum Comitatus, & dignitate Paris Franciæ. Extra portam qua itur ad Matronam fluvium in proximo præterlabentem area lata est & arboribus hinc inde opaca, amœna civium deambulatio. Sunt hic in proximo campi Catalaunici, in quibus exercitus Attilæ prælio horrendo cęsus fuit, ab Romanorum duce Aetio, Theodorico & Merovæo Gothorum & Francorum Regibus, circa annum Christi 450. Nec adstipulandum iis qui crudum hoc prælium transferunt

in Cathalanos campos prope Tholosam, aut in Aruerniam ad vicum Cathalacensem: ut pulcre hoc disputat P. Merula 2. *part. Cosmogr. lib. 3. cap. 23. pag. 499.* certissimo argumento quòd Ligerim non transierit Attila, & Aetio incumbente Aureliani obsidionem solvere & retrogradi coactum constet ex historiis. Vnd & Aetio *liberatoris Ligeris* nomen. Sidon 7. *epist.* 12. Tum testimonio Sidonii *carm.* 7:

Etiam terrificis diffuderat
Attila turmis
In Campos se Belga tuos.

Quid igitur quæramus hos Campos penes Celtas, Aquitanos aut Narbonenses?

Mõceau. 6. *Monceau*, arx regia duabus leucis Meldis distans. Splendidissimà ea est, hortique adiacent

cent & vivaria amœnissima. In transitu raptim videri ea possit.

7. Meldæ vulgo *Meaux*. Qua de urbe paulo post.

Ac per hæc loca quidem rectum iter Lutetiam est. Sed quæ tibi in eo obviant tanti non habeo, ut non potius per diverticulum ad dextram eundum tibi suadeam. Et hoc etiam est, quamobrem propriis equis rectiùs iri puto, quam curru meritorio. Vix enim redipisci dabitur occasionem loca hæc aditu dignissima invisundi. Vellem igitur Nanceio ad has te declinare urbes, quæ sequuntur.

Alterũ iter per diverticulũ: quod præferẽdum.

PONTAMVSSVM prima est. Cui nomen est à ponte, quo Mosella in ea transitur, & adiacente monte vitifero *Mousson*. Academiâ claret, & docuit hic olim Petrus Gregorius Tholosanus, magnus ille vir

Pontamousson.

ſcriptis æternitati ſacratis. Sita eſt in loco peramœno & fertili, Forum habet ampliſſimum & quadratæ figuræ. Interſecatur & duplex fit urbs Moſella interfluente, utraque tamen ponte connectitur: unaque alteram magnitudine & ambitu excellit, haut longe ſecus ac fit in Moſæ-Traiecto Brabantiæ. In minore parte Ieſuitarum Collegium eſt diſcipulis frequentiſſimum.

Metz. METAE, olim Diviodurum Mediomatricem dicta urbs, vulgo *Mets*, unde & territorium circumiacens noviſſime *le pays Meſsin* appellatum. Vrbs olim regia & metropolis Auſtraſiæ, hodie Epiſcopalis, Romani haut ita pridem Imperii, ſed à Rege Franciæ anno 1552. cum aliis occupata.

Caſtellum in editiore loco Rex fieri fecit munitiſſimum, quod

quod & tutandæ & in officio continendæ urbi sufficit Exteris ægre introitus patet. De hac urbe Petrus Divæus hæc in itinerario notat, excerpta in Cosmopraphiam suam à P. Merula pag. 633. quis non videbaris fraudandus: *Metensis urbs in ampla sita est planitie, quam Mosella in varios divisus alveos irrigat: & pars quidem eius muros ad levam lambit, pars & eosdem subit, ut civium usibus inserviat, atque sic divisim fluit ad inferiorem usque eorum ambitum, ubi recepto Sella, altero fluvio, qui dextram urbis partem alluit, in unum denuo alveum colligitur. Sed situ inprimis ipsius urbis delectabamur. Cum enim agrum late circumiacentem planum habeat, eius tamen area paulum prominet, ut in eo veterum rationem in*

 con-

condendis urbibus agnoscas. Ad summum quippe templum multis gradibus ascenditur: iuxta quod forum rerum venalium altiorem totius area partem occupat, & ab eo undique versus muros paulatim descenditur, praerupto tantum una parte cliuo, ubi vias duas lapidibus stratas sic dispositas videas, ut altera per alterius domorum culmina excurrat. Templum D. Stephani nomen tenet, qui ciuitatis est patronus: pulcerrimum verò opus, si quod aliud toto hoc itinere vidimus, & sua mole spectabile, quodque raro accidit, omni ex parte consummatum. Dicebatur in eo fuisse Crucifixi ligneam imaginem, totam laminis aureis superinductam. Vidimus labrum Porphyreticum rubei coloris, magna capacitatis, pedes X. longitudine excedens,

in quo lustrales aquas adservant. Sunt & alia in hac eadē urbe sumptuosa templa, & multa erant in eius suburbiis, inter quæ D. Arnoldi Basilica, Imp. Ludovici Pii Augusti, Caroli filii & filiarum aliquot Pipini Regis sepultura celebris. Omnia hæc absumsit belli rabies ita ut suburbii ne vestigium quidem nunc supersit, neque ultra muros quidquam præter campestria videas.

De hac urbe sufficiat tibi hæc Divæi purpura panno meo intersuta. Quin & ex eodem hoc tibi habe, de antiquis in vicinia aquæductibus, quos vulgus imperitum comminiscitur pontem à Diabolo structum: *In hoc itinere pagus est* Iovy *vulgò dictus montium radices & Mosellam, ubi quantacunque est inter montes utrosque, qui ripas* *Aquæductuū rudera propè.*

ambiunt, distantia, aquaductum antiquitus fuisse, indicat eiusdem, quæ adhuc exstant, reliquiæ. Arcuum adhuc restant multi, suntque ex albo lapide, in laterum formam dissecto, & nonnulli quoque eiusdem operis in adversa ripa cernuntur. Incolæ adserebant in eodem loco fontem hodieque esse quam vi hos arcus (solitâ inscitia) ponti inseruisse putantes, & ab hoc pago in montis ipsius iugo minores alios arcus fuisse dicebant, qui versus urbem Metensem, quæ uno hinc distat miliari, excurrisse viderentur. Altitudo iuxta ripam pedum est circiter 60. unde conicere est quanta totius operis moles fuerit, quantaque altitudo arcuum qui in ipso erant fluminis alveo. quorum hodie nihil superest. Referebant iidem incolæ, superiorem

arcu-

arcuum partem planam omnino esse, cementoque rubei coloris inductum: & in eius medio domunculam non ita multis abhinc annis fuisse, ab utraque parte patentem, quam nos partem tecti fuisse qua tubus tegeretur, suspicabamur.

Sedanum hinc pergendum, quo antequam pertingas loca partim vineis arvoque frugifero lęta, partim saxis aspera & sylvis dumetisque horrida transeunda sunt, & relinqēndam paulo ad sinistram oppidum non inelegans *Estain*, Lotharingicæ ditionis, cui adiacet castellum parvum, sed probe munitum. *Estain.* Perinde ad sinistram relinques *Mousson*, urbem non tam natura loci (collis enim editior ab una parte ipsi imminet) quam opere manufacto inprimis versus collem munitam. Prima hęc *Mousso.*

est Galliæ hinc venientibus, & præsidium habet militare: tum etiam apparitores regii in merces aut alias res portari hinc inde prohibitas curiose inquirunt. At utramque velim declines. Posteriore duabus leucis abest Sedanum: urbs hinc ad radicem montis, inde ad Mosæ fluenta sita, vallo, propugnaculis fossaque circumdata, cum castello stupendum in modum industria humana, maximè quà campos prospicit, munito. Cùm multum ascenderis, iamque in ædificiorum culmine longe à terræ superficie sublatum te putabis, tum demum te in hortũ devenisse miraberis. Despectus illinc in loca subiecta est talis ut vertigine laborare incipiat, qui in fossas usque intuitum proiicit. Novissime immensa & vix credenda rupis portio excisa, ab

Sedan.

illa

illa parte, unde propiùs periculum imminebat: & nunc, prætet quòd pleræque geminatæ sunt munitiones, nova & tertia mœnia, relicto magno inter vetera spacio, circumduci cœpta. Vix molem mœnium huic similem vidisse te testaberis. Agnoscit supremum Principem Bullionæum, Franciæ Marescallum, Ducem fortissimum. Plateas urbs elegantes habet, ædificia superba. Academia hic à Principe constituta. Alluitur Mosâ. Si cui libeat diverticuli etiam diverticulum quære, adire possit *Masieres*, urbem cum castello munitissimam ad Mosæ ripam: tum Charlovillam illustriss. Ducis Nivernensis novam urbem. Mihi eæ visæ non fuerunt: nec ex aliis constat, quid peregrinū in iis observare conveniat. Indicare tamen volui.

Mazieres.
Charleville.

Sedano à ſiniſtro Ducatus Retelenſis, cuius dominus hodie eſt illuſtriſſ. Dux Nivernenſis, in Campaniam progrediendum.

Campania.

Campania, ut cognominis Italiæ regio, à latiſſimis in quos extenditur, campis nomen habet, vulgo *Champaigne*. Ab Ortu Lotharingi, Meridie, Burgundi, Occaſu, Inſula Franciæ, Septentrione, Picardi conterminales ipſi ſunt. Nobiliſſimi olim eam habitarunt populi Remi, Tricaſſii, Lingones, Catalauni, alii Cæſari aliiſque toties laudati Regio Comitatus titulo olim claruit. Quando incœperit eo fulgere in incerto eſt. Cum Comes Campaniæ unus ſit ex Paribus Franciæ, & vero Pares illos ab Hugone Capeto inſtitutos liquidum ſit, poterat videri ab Hugonis Capeti minimùm tē-

pori-

poribus, Comitatum hunc esse. Sed meminendnm est Theobaldum Comitem Bloësensem, Turonensem, & Carnutensem ab Hugone Capeto Parium collegio adscitum. Huius posteri adquisita Campania, nomen Comitum primo Trecarum sive Tricassensium, mox Campaniæ adepti, magis recenti hoc quam prisco in Historia venire cœperunt. Pulchre hanc in rem Pasquerius in libro, qui inscribitur *Recherches de la France*, libr. 5. cap. 10. Dividitur hodie Campania in Inferiorem & superiorem. Inferior Australior est & Burgundos respicit, ubi Tricassium est cum aliis urbibus: superior Septentrionalior, ubi Partenses, Catalauni, Remi. Quà ego iter feci frugum vinique generosi feracem vidi. Magnam partem prope Catalaunum & Remos

Remos vastissimi sunt campi, cretæ instar albicantes. Nullæ visuntur, etsi procul circumspicere possis, arbores, prata nulla, nulli profluentes rivuli. Hic probè advertas, ut sic dirigas iter tuum quo bene stabulari possis non tu solum sed & vector tuus. Qui hæc scribo malo meo expertus sum in pago *Tenay*: cuius vectori equo loco avenæ, quam non habebant, siliginem devorandam propinârant in cœna ipsi fatali & ultima.

Reims. Remorum civitatem, olim Durocortorum appellatam, dictam volunt à Remo Celtarum Rege multisque ante Romam seculis ab eo conditam. Vrbs amplissima est muris candidissimis cincta, turribus præaltis eminus, ædificiis magnificis intus conspicua. Templum Cathedrale B. Virgini dicatum unum

unum est ex magnificentissimis totius Galliæ. Imprimis artificiosissima sculptura elaborata est porta exteriùs in turris usque summitatem. In hoc S. Nicolaus XI. Episcopus Remensis, sororq; eius S. Eutropia ab Hunnis cum pluribus aliis Christi nomen professis trucidati fuêre. In altero S. Remigii, olim D. Petro dedicato, sacra ampulla & oleũ cœleste, quo Reges Francorum inungi à multis seculis solent. adservatur: comiter etiam iis qui videre desiderant, monstratur. Visuntur ibidem Regum & & Dynastarum quorundam epitaphia, quæ festinans non adnotavi. Hoc tamen memini in ambitu unius illorum capsulæ isti, in quu adservatur sacra ampulla proximi, duodecim Pares Frãciæ in habitu solemni & qu[...] comparere solent in sole[...]

Remos vastissimi sunt campi, cretæ instar albicantes. Nullæ visuntur, etsi procul circumspicere possis, arbores, prata nulla, nulli profluentes rivuli. Hic probè advertas, ut sic dirigas iter tuum quo bene stabulari possis non tu solum sed & vector tuus. Qui hæc scribo malo meo expertus sum in pago *Tenay*: cuius vectori equo loco avenæ, quam non habebant, siliginem devorandam propinârant in cœna ipsi fatali & ultima.

Reims. Remorum civitatem, olim Durocortorum appellatam, dictam volunt à Remo Celtarum Rege multisque ante Romam seculis ab eo conditam. Vrbs amplissima est muris candidissimis cincta, turribus præaltis eminus, ædificiis magnificis intus conspicua. Templum Cathedrale B. Virgini dicatum unum

unum est ex magnificentissimis totius Galliæ. Imprimis artificiosissima sculptura elaborata est porta exteriùs in turris usque summitatem. In hoc S. Nicolaus XI. Episcopus Remensis, sororq; eius S. Eutropia ab Hunnis cum pluribus aliis Christi nomen professis trucidati fuêre. In altero S. Remigii, olim D. Petro dedicato, sacra ampulla & oleũ cœleste, quo Reges Francorum inungi à multis seculis solent. adservatur: comiter etiam iis qui videre desiderant, monstratur. Visuntur ibidem Regum & & Dynastarum quorundam epitaphia, quæ festinans non adnotavi. Hoc tamen memini in ambitu unius illorum capsulæ isti, in qua adservatur sacra ampulla proximi, duodecim Pares Frãciæ in habitu solemni & quales comparere solent in solemnibus in-

inaugurationis ex marmore ſculptos videri. Erectum fuit hoc templum à Clotilde uxore Clodovæi in memoriam rei quę marito ſuo, tum ſponſo, contigerat, cum primus omniũ Galliæ Regum Chriſto nomen daret & luſtralibus undis ablutus, oleo cælitus miſſo à S. Remigio XVI. præſule Remenſi, inungeretur.

Remorum urbem egreſſus aliam terræ faciem videbis, & mox pratis herbitis luxuriãtem, hortis floridam, viribus generoſiſſimum vinum propinantibus germinantem. Compluribus oppidis minùs nobilibus pagisque relictis, tandem paulum ad ſiniſtram à recta via deflectendum & Meldarum civitatem ſalutandum.

Meaux. Olim latinum Meldarum, hodie *Meaux* dicta eſt. Nomen

vul-

vulgatum traxisse putant inde quod in medio aquarum Matronæ & fluvioli alterius, ut hodieque est forum eius, sita fuerit. Ego vero contra adsero, esse ex Latino Meldarum. Quippe enim pleraque omnia Latina, quæ Syllabam EL aut AL habent, in Gallicam inflexionem detorta reperiuntur mutasse eam syllabam in diphthongum AV aut triphthongum EAV, & si plurale sit nomen, adsumsisse X. *Meaux* agitur hic mihi idem sonat, quod *Melda*. Vrbs tractus eius, qui inter Campanos, Burgundos, Gastinenses & Franciæ insulam iacens *la Brie* vocatur, & cuius appellatio in oppido *Brie Comte Robert* servatur, amplissima Episcapatu & Baillivatu insignis. Primus Episcopus Meldensis fuit S. Dionysius, à quo ad religionem Christianam

nam conversi fuêre. Ecclesia Cathedralis D. Stephano dicata, miserè in bellis civilibus deformata etiamnum eam contemplantibus bilem ciet & dolorem exprimit. Ex hac urbe sex millum Helvetiorum comitatu Carolus IX. Lutetiam tendebat, cum versus illi, in vulgus noti, scriberentur:

Parco quingentis, quasi prima corona secundæ,
Messis mille suis sunt fora lege paris.

In speciem Latini: sed revera Gallici. Hospitium hîc commodum ad insigne Trinitatis.

Quod si igitur ex præscripto itinere Sedano, & Remis huc venisti, exspatiari te velim ad duas leucas, visum arcem Regiam *Monceau*, in colle, unde prospectus in vicinos campos est iucundissimus structam amatum

tum Reginæ matri, Catharinæ de Medicis, secessum.

Meldis unius diei iter restat *Paris.* Lutetiam per pagos amœnissimos. Visoque à dextris fano Sanct. Dionysiano, & propiùs Nosocomio Sanct-Ludovicano ædificio, regalem præ se ferente superbiam ad fossas ferè Lutetiæ posito, ipsam urbium urbem orbisque compendium Parisios intrabis & hospitium seliges tibi ad insigne crucis ferreæ, vulgo *à la croix de fer*, in vico Sanct-Martiniano. Hîc nunc vendere equos si emptores inveniantur, vel, primâ adventus die tolerabili pretio consultissimum erit: cùm quot-diebus vereda Aureliam currant, mediocri pretio, quod præfixum ipsis, te eò delatura.

Quietis nunc forte cupidus es post tot dierum exantlatos via-

viarum labores. Ast ego nunc vel maxime inquietum te velim, & paucos dies in raptim lustrandis præcipuis occupatum. Qualia sunt Lupara arx regia, vulgo *le Louure*, hortusque regius contiguus, templa, imprimis Beatæ Virginis, vulgo, *à nostre Dame*, & S. Genovefuæ ex cuius turri vago visu obire totam urbem poteris; suburbium S. Germani, armamentarium, arx Bastilla, area regia, palatium Curiæ cum sacello sancto, & quæ huius generis præcipua sunt alia. Quin & è re esset adesse omnis generis exercitiis, ut vel solæ personæ & nomina illorum, qui ea docent, tibi nota fiant, & cum alibi inter populares tuos de iis verba feruntur, nō plane muto & ignaro tibi adsidendum sit. Fontembellaqueū, primam illam arcem regiam,

tum

tum Sanct Germanum vix illi ſecundam, una cum fano Sanct-Dionyſiano adita non pœnitebit. Ac noris etiam hanc ob cauſam non negligenda tibi huiuſmodi, quia ſcæva poſſunt oboriri tempora, quæ forte reditum tibi in hanc urbem præcludant.

At quia morandum nunc non eſſe ibi dixi nec ego te hîc moror, & tecum nunc abeo Aurelianum.

Strata ſilice maiorem partem hæc eſt via, ſuntque ad eam plura oppida & pagi haut vulgaris elegantiæ: *Longiumau*, *Linas*, *Montlehery*, *Chaſtres*. Interiũgere te hîc paulo velim quod mihi comitibuſq; meis ex ignorantia non factum doleo, & exſpatiari in propinquum huic oppido viridarium Domini de Chantelou, cui opere topiario omnia totius Galliæ alia cedere ferunt.

Chaſtres & in vicinia hortus Domini de Chãtelou.

ferunt. Diligenter deſcriptum exhibet in itinerario Paulus Hentznerus ICtus: & ex eo Simon Schambergius in deliciis Galliæ, qui poſterior commodùm incidit mihi in manus cum hæc ſcriberem: cum alterum nullus reperire poſſem. Habe igitur illam deſcriptionem tibi, verbis & fide aliena.

1. Ad introitum ſtatim ſe obfert lucus amœniſſimus, variis ambulacris diſtinctus, quæ diverſis exercitiis & luſibus inſerviunt. Portæ eſt inſcriptum:

Apertæ Muſarum Portæ.

2. Fortunæ effigies, cum hac inſcriptione:

Fortuna virtutis Comes.

3. Hercules Prodicius, virtutis viam eligens, in hortos amœnos ingreditur relictâ à tergo vitiorum ſylvâ admodum ſpinoſâ.

4. Sca-

4. Scamna; Sacrat Apollo Sedilia.

5. Iudicium Paridis; Cui oppositum est stabulum, ex quo boves una cum Pastoribus egrediuntur.

6. Ianus bifrons in bivio collocatus.

7. Tres Gratiæ: Thalia, Aglaia & Euphrosyne.

8. Trophæum Herculis, ad quod ipse Hercules, post exantlatos labores, qui ibi adumbrati sunt, pronus in terra requiescit.

9. Iupiter, Neptunus & Pluto in triangulo, his additis versiculis:

Iupiter astra, fretum Neptunus, tartara Pluto,
Regna paterna tenent, tres tria, quisq; suum.

10. Copiæ Cornu.

11. Lectisternia Deorum orbiculatim collocata; Iovis, Veneris,

neris, Vulcani, Vestæ Mercurii, Cereris, Apollinis, Dianæ, Neptuni, Minervæ, Martis, Iunonis, in quorum modo Iupiter est, qui sacrificat munera Deorum. Hortulanus qui nobis aderat & hæc omnia monstrabat, clavum terrâ absconditum pede calcabat, quo facto, Iupiter hinc inde se commovebat, postea tacto quodam aculeo, Vulcanus, cum suis sociis seu fabris ferrariis incudem malleis feriebant.

12. Hercules clavum manu tenens omnes secum trahit.

13. Maris specula, cui additum:

Lumina noctivagæ tollit Pharos æmula lunæ.

14. Lunæ defectus, & augmenta, in arboribus concameratis observata.

15. Lotis in arborem loton conversa & Cotici ruina. Vide

hac

hac de re, Natal. Com. Mytholog. lib. 4. cap. 3. mihi pag. 198. cum ſeq. & lib. 5. cap. 15. mihi pag. 527. cum ſeq.

16. Theatrum cum tribus Comœdis, hoc addito:

Comœdi tres ſunt ſed amat
tua Paula, Luperce,
Quatuor, & Cophon Paulla
Proſopon amat.

17. Satyri & Hercules cubans.

18. Circe Procos ſuos in beſtias convertens.

19. Triclinium cum gladiatoribus octo ſigna capiens; Biclinia duorum lectorum pelvis, & alia multa, ex fruticum ramuſculis effigiata.

20. Buſtum, in quo olim corpora demortuorum comburebantur, cum imagine rogo impoſitâ, cui hoc diſtichon adſcriptum.

Ter circũ accensos subiectisq́; ignibus atris.
Decurrêre rogos, constituêre pyras.

21. Castra Romana cum fossis & Imperatoris tentorio: Aderant etiam arietes, quibus aliquando Romani in bellis usi sunt.

22. Peridromus, ubi erant, qui cursu certabant, præsentib. Iudicibus.

23. Avis in sublimi posita ad quam collimabatur sagittis arcubus emissis.

24. Entellus & Dares pugnãtes, de quibus Virgil, libr. 5. Æneid.

25. Antheus sedens, de quo Virgil. 2. Æneid. cui adscriptum:

Amabit Sapiens, cupient cæteri.

26. Orci adumbratio ex Virgilio

gilio desumpta & adventus Aeneæ ad Cerberum hoc addito:

Vmbrarũ hic locus est somni, noctisq; sopora.

27. Manlius ad portam Capenam, ubi magnus erat lapis.

28. Porta Numantana, ad quam D. Volupiæ fanum fuit, qua de re Plin. lib. 2. cap. mihi pag. 107. cui subscriptum: In ara Volupiæ simulachrum Angenoræ.

29. Orator orationem suam ad populum recitans de Cathedra; cui hoc inscriptum: In Concione pecus ovilium considet.

Ex opposito Imperator cum suis consiliariis deliberat.

30. Effigies Aulici, cum hoc disticho,

Vana Palatinos dum educat
Aula clientes,
Dicitur auratis nectere compedibus.

31. Mulierum stultitia, quarum Principissa Moria, omnes auriculis asininis & variis gesticulationibus repræsentatæ.

32. Arma Romanorum, clypei, pharetræ, hastæ & alia in Castris suspensa.

33. Typus Bonitatis, & lusus digitorum, Italis visitatissimus, par & impar dictus, vulgo *dell' amore*. Cic. in lib. de Divinat. vocat Micare digitis.

34. Circus maximus in quo bigis certatur, ubi Iudex vexillum album manu tenens adest: Sunt quoque addita templa & palatia prope adiacentia.

35. Consus, Deus consilii, digito os premens, & cogitabundus quidaam dicere velit.

36. Ca-

36. Castor & Pollux exclusi per Delphinum.

37. Bachus in curru, quem Elephantes trahunt, antecedentibus & succendentibus Bacchidibus.

38. Coniugium fratrum & sororum ex ligno sculptum & sepi impositum.

39. Tibicen vapulans & coquus delinquens, hoc adscripto:

Peccat coquus, Vapulat Tibicen; Explica.

40. Mezentii trophæum, de quo Virg. lib. 10. Aeneid.

41. Pugna Cæsaris eleganter sculpta, cum militibus inter se pugnantibus & tormenta explodentibus, motu artificiali.

42. Trophæum Marii.

43. Triumphus Romanorum, eo ordine observato, quem

quondam in triumphis ſuis obſervarunt

44. Stagnum in quo Inſula Delos.

45. Occaſio ex fruticum ramuſculis formata.

46. Tres ſapientes, primum tanquam Adoleſcentes, & pilā tractātes efformati, quibus hoc additum:

Nos erimus his præſtantiores plurimum.

Poſtea viri effecti, ſtrictos gladios in manu tenentes, hoc adiuncto:

Fortes ſumus nos, fac ſi vis periculum.

Tandem ætate confecti, & ſcipionibus ſe fulcientes, hoc adſcripto.

Olim nos Iuventutem ſtrenuam egimus.

47. Fons aquæ ſalientis, quæ in Vivarium parvū decurrit, hoc addito:

Ad



48. Amphitheatrum in quo hominum & bestiarum pugna, atque conflictatio.

49. Spoliarium, in quod gladiatores interfecti olim proiiciebantur.

50. Est ibi fons salientis aquæ artificiosissime factus, in quo globus terræ, una cum mari, & insulis in eo iacētibus adumbratur, quem sphæra Cœli cum XII. Zodiaci signis ambit.

51. Ianuæ, per quam exitus

patet, iſtud eſt inſcriptum: Homini diligenti ſemper aliquid deeſt.

Sed ohe! ne immoriaris his deliriis. Curſus & aura vocat, provehendum eſt.

Eſtampes. Stamparum urbs te hoſpitem excipiet, vulgo *Eſtampes* dicta. Ducatus titulo gaudet. Templum hîc dedicatum B. Virgini ferunt ideo, quòd aleator quidã eo in loco cũ maledicta in eam iecisset, miraculoſe in continenti ponitus fuerit. Sequuntur præter alia ignobiliora loca in ſtrata hac via *Angerville, Thoury, Artenay,* & tandem cum nõ parum viæ inter amœniſſima vineta & arboreta confeceris, *Orleans* Aurelia.

Hac in urbe quod ſub initiũ moneo, quietem tibi non invideo. Atque hîc ex libitu nunc & pro commodo tuo ita conſti-

tuas

tuas res tuas, uti quantum temporis inter acceſſum ad hanc urbem tuum & ſecuturi anni medium menſem Iunium tibi ſuppetit, indulgeas Aureliæ, Biturigibus, Molinis Boiorum, & Nivernio. Quòd ſi deſtinatum tibi ſit Biturigibus, ut plerique ſolent, maiorem partem ſubſiſtere, ſaltem menſem huic urbi indultum, nulla ſecutura rei pœnitentia, quod ſpondeo, velim. Quippe enim genius loci videtur mihi aliquid traxiſſe à popularibus noſtris, qui in hac Academia ab aliquot ſeculis ſub privilegiis liliatis magno ſæpenumero vivere conſuêrunt: ut minùs, quàm alibi offendantur incolæ ſi quis fortè magis ex patriæ ſuæ quàm horum locorum inſtitutis vivat, ac inprimis ſi quem fortè liberaliùs vinum propinatum ſupplantet. Regio

in qua urbs hæc sita, vocatur Belsia, vulgo *la Beausse*: quæ in superiorem, mediam & inferiorem dispesci solet. Vide Merul. p. 2. Cosmogr. libr. 3. cap. 22. Ipsa Genabum olim vocabatur, testante inter alios hoc Cæsare *de bello Gall. lib. 7. & 8.* inprimis verò Aimonio, qui lib. 1. cap. 5. *Genabus, ubi nunc Aurelianis*: ne quis cum vulgo Genabum quærat, ubi nunc Gedunum, vulgo *Gyan*: & Carnutibus accensebatur, quorum horreum & forum dicta fuit. Druydes condidisse eam creduntur initio, quîs Carnutẽsis regio, sylvis opaca, olim inhabitata. Parva ea antè, amplificata fuit ab Aureliano Imperatore. Non tamen in eam granditatem, qua nunc est. Nam urbis pomeria secundùm prolata fuère, accessitque ei portio non exigua ad por-

BELSIA.

Aurelia à Druydis condita.

Amplificata ab Imp. Aureliano.

portam Burgundiacam mœnibus antiquis & portâ Burgundiacâ priscâ rei fidem facientibus. Illam Aureliani amplificationem Belleforestius factã ait in gratiam Druydum conditorum, qui de ipsius imperio prædixerant. Inde etiam nomen aliud à vetere adepta est, ut Aurelianis & Aurelia vocari inceperit. Acclinis est colli è dextra Ligeris ripâ clementer ascendente. Ipsa urbis mœnia Liger alluit, longitudinemque eius tantùm non recta linea designat, latitudine à superiore angulo in figuram multangulam se diffundẽte, & rursus se paulatim ad inferiorem coarctante. In medio fluminis obiacet insula amœnissima, partim tiliis, si rectè memini, latissimam umbram diffundentibus opaca, partim ædibus occupata. Hæc insula

Situs.

Pons. ponte connectitur hinc urbi, inde suburbio *Pontereau* dicto, quod, uti & reliqua, & elegantissimum est & amplissimum, plurimáque diversoria præbet rusticis ex Solonia fruges advehentibus. Extremus pons propugnaculis turribúsque probè munitus est, & portâ præbet venientibus aditum. Ipsa urbs munitus est aggere terreo muris crassissimis, plures turres ro- *Mœnia.* tundas massa terrea repletas in fossam protrudentibus, iniecto. Bellorum civilium tamen tempore quam hinc inde tormentorum ictibus conquassata fuerint mœnia & primis turres illæ, ruinæ adhuc passim superstites loquuntur. Castellum ad eam ex- *Castellum.* citatum fuit superiori seculo, sed ætatem non tulit, haut ita multo post temporis à civibus disiectum. Res vitæ sustentandæ

necess-

necessarias desiderat nullas: & inprimis vinum, quod ex circumiacente agro colligitur generosissimis Galliæ accensetur. Sanitati tamen proficuum non creditur. Sicut etiam pincernæ regio hoc Principi suo propinare vetitum perhibeant. Exportatur tamen Ligeri opitulante, & pòst mari in diversas Europæ Septentrionalis provincias distribuitur, nomen ab urbe mutuans. Deambulationes extra urbem sunt peramœnæ inter vineas, quæ tamen nunc viridariis, nunc hortis fructiferis, nunc arvo frugum ferace interstinguuntur. Linguæ Gallicanæ elegantia hìc & Blœsiis ea floret, ut palmam facilę præripiant omnibus. Hinc Gallis Aurelianismus quod Grecis Atticismus. Puellæ inprimis excolere illam nituntur, ac cum æmulatione

Vinum.

Amœnæ deambulationes.

Linguæ elegātia

ita in ea excellere laborant, ut Pindarum se exprimere (*Pindarizer* vocant) gloriari ausint: quod & Merula in Aureliæ descriptione adnotavit. Illam tamen elegantiam turpant una atque altera vox & significativa & consignificativa, quas ut non facilè indigenis eripias, monitus quàm facillimè evites.

Humanitas civium.

Humanitas maximorum minimorum erga exteros, ni quis sua nequitia ipsis illam excutiat, summa est. Et Germani ipsi vix ferant à Germanis in media Germania lasciviam, quam Aurelianenses quandoque connniventes transmisêre. Vnum atque alterum fortè exorbitans acciderit, quod cui bilem movere possit. Sed arbitratus omnia candidè ante factum & circa id mitioris erit iracundiæ, & ex parte iusto dolori ignoscet. Ita irri-

irritabiles certè qui trina vice cum illis vixi, non deprehendi, ut mereantur censeri vocabulo, quod in illos iacitur, vespas eos esse: vulgò *les guespes d'Orleans.*

Sedem hodie præbet hæc urbs Episcopo. Habuit inter alios præsules Anianum, quem vitæ sanctitas Divorum numero intulit, urbis etiam tutelarem fecit. Superbiebat olim Regni titulo, unà cum Lutetia, Suessonum & Mediomatricum urbe, cùm Clodovæus, & pòst cùm Clotarius primus relinquerent quatuor filios. Sed quadrifidum hoc regnum non multo pòst temporis in unum Franciæ coaluit. Ducatus appellationem etiamnum retinet: qui ipsi primū datus fuit, cùm à Ioanne Rege, Philippo Comiti Valesio in feudum concederetur. Sed moriente Duce Philippo & hic eius

Episcopatus.

Regnum olim.

Ducatus hodie.

titu-

titulus intercidebat, donec tandem illum redipiſceretur ſub Rege Carolo huius nominis V. qui in perpetuum valiturâ lege ſanxit, ut ſecundò penitus filius Regis Ducis Aurelianenſis nomine cenſeretur, & hoc ſibi haberet Appennagium. Tribunali præſidiali & præfectura ſive, Baillivatu fulget, ſuntq; ei ſubalternatæ urbes compluſculæ aliæ & oppida, quorum præcipua ſunt, uti Gallicè vocantur, *Montargis, Baviency, Gyan, Lorris, Gergeau, Meun ſur Loire*, & in proximo alia. Comitia hîc & Concilia aliquot inſuper celebrata dignitatem haut exiguam urbi conciliarunt. Academiam hîc fundavit anno 1312. Philippus Rex Francorum. Pulcher dictus, Legum & Iuriſprudentię nutricem. Docuerunt in ea olim Ioannes Robertus, & Guiliel-

Sedes præſidialis.

Concilia & Comitia. Academia.

lielmus Fornerius, docétq; nunc temporis cum aliis ICtis excellentissimis Rodolphus Guilielmi F. Fornerius, cuius perinde ac patris scripta in Iurisprudentiæ sacello æternæ memoriæ consecrata extant. Magnus hîc studiosorum plerunque numerus, ferè in quatuor nationes divisus, quarum singulis suus est Procurator: Francorum, Germanorum, Normanorum, Picardorum. Procuratoris Germanorum officium trimestre est: quod splendido & sumptuoso in æmulationem convivio auspicari moris esse cœperat: cui nunc audio, optimo exemplo, modum suum esse positum. Procuratori suus est adsessor, os & calamus Nationis, tum etiam Sigilli custos. Suus etiam est nationi Aerarius Quæstor. Quin & octo Seniores eliguntur,

Procurator Germanorum.

tur, qui in consilium vocantur, cùm res maiores momenti deliberandæ veniunt. Bibliothecarii tandem sunt duo, quorum est cottidie diebus profestis ab hora 1. ad 2. in bibliotheca comparere, libros petentibus indulgere, ab ipsis qui commodatò eos sumunt notam rei testem exigere: finito cuiusuis Procuratoris officio commodatos libros reposcere. Cæterùm bibliotheca omnis generis libris est instructissima. Intellexi Hubertum Giphanium IC. auctorem fuisse eius instituendæ. Insignis mehercle commoditas exteris studia etiam tractare volentibus, & quæ complures longum in tempus istis retinuisset, fuisset absque catharmatis quibusdam & Germanorum præsegmentis, quibus in hac urbe nequitiæ suæ ad tempus

ni-

nidũ ponere placuerat. Offertur Germanis adventantibus per Pedellum matricula Nationis. Cui mirum haut paucos nomina sua eò usque negare, ut vel cum incommodo abire malint, quàm in hanc civiũ suorum veluti Rempublicã adoptari: è qua tamẽ vicissim cõmoda haut pœnitenda ipsis percipere licebat.

Templũ S. Crucis.

Aedificiis omnibus exstat Aedes S. Crucis, miserum heu in modum in bellorum civilium turbis ab iis, qui in tempestivo religionis zelo in ædium divino cultui dicatarum ruinam præcipites ferebantur, tantùm non funditus eversa. Editissima ipsi imposita fuerat turris, quæ & Rablæsio inscriptis suis Satyricis pro exemplo excelsissimæ fuit: ac in Germania Argentoratensis esse solet. Integri ædificii icon ex charta glutine robo-

borata, uti olim fuerat, monſtratur in ędibus civis cuiuſdam propè hoſpitium ad inſigne ſcuti Francici. Centum & octaginta paſſuum eſt longitudo, latitudo quadraginta minùs. Tāti operis pluſquam ſemidiruti reſtaurator eſſe voluit, qui Regnum perinde lacerum reſtauraverat, magnus Henricus IV. ſuâque & Reginæ manu primum lapidem poſuit noviſſimo anno Iubilæo. Atque hactenus quidem immani ſumptu non pœnitenda moles evecta conſpicitur, quę tamen compoſita ad id quod reſtat parum videri alicui poſſit. Adeò unius diei ruina cùm reparari debet multorum eſt annorum, hominum, impenſarum.

Monimentum manumiſſionis in SS. Eccleſia.

Ad dextram introitus templi viſitur inſcriptio teſtis manumiſſionis in Eccleſia factæ, à viris

a viris doctis inſcripta ſua relata. Ea talis eſt: EX BENEFICIO S. CRUCIS PER IOANNEM EPISCOPUM ET PER ALBERTUM S. CRUCIS CASATUM FACTUS EST LIBER ET LIBERTUS TESTE HAC S. ECCLESIA. Non quidem tot apicibus, ſed partim notis, partim aliis compendiis lapidi inciſa.

Non tempero hîc mihi, quin rem admiratu dignam huc ponam, verbis non meis, ſed Pauli Merulæ. Is ita infit: *Addam hîc quod fidem excedere videtur. Memorant cives duos olim captivos fuiſſe apud Turcas viros Chriſtianos: de quibus cùm ſupplicium eſſet ſumendũ, pridie firmiſſimis arcis fuiſſe incluſos, eos autem, cùm nocte, cui ſupplicii dies inluceret, maiorem in modum ſe cõmendaſſet reli-* *Hiſtoria miraculoſa.*

reliquiis S. Crucis, quas in Aureliianensi urbe servari fama erat, unà cum arcis ex tam longinqua regione Aureliam fuisse per aërem transportatos, intráque ædem positos S. Crucis. Mox, pulsantibus nullo movēte campanis, factóque ab civibus concursu, arcas ante altare fuisse inventas, apertis, captivos, qui apud Turcas adhuc esse se, quaque ad supplicium spectabant, iam parata putabant, prodiisse: re cognita, vovisse se oblaturos singulis annis canales duas, magnitudine qua arcæ fuerant, cerâ plenas. Quidquid sit huius miraculi in medio relinquo. Ipse certè fieri oblationem hanc vidi, pridie S. Crucis 2. Mai. atque adeò, ab coactis heredibus, huiusmodi voti, maiorum facto damnatis. Hactenus Merula.

Cœ-

Cœmiterium haut procul abest, amplum & visu dignissimum, in quo posita epitaphia parem cum dicta æde fortunam subiêre, *Cœmiterium.*

Basilica urbis impositam sibi habet turrim, ex qua nunc omnium optimè desuper urbis faciem arbitrari licet. *Basilica.*

Palatium sive tribunal contiguum est Ligeri, nullius quidem splendoris, sed vel ideo visundum, quia amni planè incumbit. *Palatiũ.*

Aedificia privata satis splendida, inprimis interiùs, in hac urbe sunt plurima. Cubicula stragulis ex stramine compositis fulcire etsi & alibi in Gallia tritum sit, nullibi tamen quàm hîc solentius est. Id quod si non magnificentiam, certè nitiditatem & tutelam à frigore hyberno conclavibus conciliat. *Aedificia.*

Pla-

Platea. Plateæ eleganti pavimento ex lapide quadrato minuſculo ſtratæ, nulla impuritate inambulantes maculant.

Area. Areæ complures maiores minores, quarum celebratiores ſunt, *la place de l' Eſtappe, le Martroy*, (ubi ſupplicium de reis ſumitur, unde & nomẽ mutuata creditur) *Aignan, les Mortes.* Nonnullæ arboribus latiſſimè ramos diffundentibus inopacantur: quod mihi præ omnibus aliis amœnitatem Aureliæ incomparabilem conciliare videtur. Iucundiſſimum eſt ſub hiſce laſſum ſtudiis aut negotiis animum hilari deambulatione in media urbe reficere.

Summa: ut uno verbo concludam. Merebatur huius urbis ſplendor & amœnitas magni Regis de ſe iudicium, qui interrogatus ab Imperatore; ecquam

regni

regni sui urbem reliquis præferret, respondisse iactatur AURELIAM. Cumque Imperator, QUID LUTETIA? ingeminasset: Mundus est Lutetia, retulisse fertur, non urbs. In vulgus etiam notum est, eundem Imperatorem invictissimum, cùm per hoc regnum iter fecisset tumultuum Gandavensium reprimendorum causa, dixisse, quòd quinque (alii 4. tantùm cumulant) in Gallia notatu digna viderit: Domum, *Rochefaucaut*; pagum, *Poictiers*; horum, *Tours*; urbem, *Orleans*; mundum, *Lutetiam*. Hæc ex ore vulgi huc transcripsi.

Mala sustinuit plurima. Vt antiquiora taceam, ab Attila arctissimè obsessa & tantùm nō ad deditionem coacta fuit. Virtute tamen & fortitune civium rem omnem viriliter sustinuit, *Mala.*

D certâ

certâ etiam ſpe ſuppetiarum ab Aetio, Merovæo, Theodorico. Creduntur etiam preces ſancti Aniani, ſub id tempus Epiſcopi Aureliani, civitatis conſervationi profuiſſe. Vide Sidō. Apollin. 8. *Epiſt.* 16. Cuius nomini & memoriæ ædificatum fuit templū, pòſt cœnobium effectum, hodiéque *S. Aignan* dictum. Nec minorem inſultum paſſa eſt ab Anglis, ſub regno Caroli VII. anno 1428. cùm puella Aurelianēſis, de qua mox, ſuppetiatū ipſi veniret & obſidionem ſolveret. Parilem obſidionem tulit anno 1563. à Franciſco Guiſiæ Duce, nomine regis Caroli IX. quem cùm ſceleratè Poltrotus interemiſſet, pacto obſidio ſolvebatur: quo de noviſſimæ hiſtoriæ conſulendæ.

Aſt reſtant quædam particularia de hac urbe, non tacenda. In-

Inprimis videre te velim statuā Puellæ Aurelianensis Ioannæ Darciȩ Lotharingȩ, ex pago *Vaucouleurs* oriundȩ, ab ovium grege divinitùs ad Aureliā obsidione liberandā, Regem in thronū suum restituendum vocatæ. Historia pluribus diversorum auctorum libris cōsignata est. Statua illa in ponte est talis: Beatæ Virginis imago est, Salvatoris ad sepulturam destinati iconē sinu & ulnis gestās. Vtrinq; flexis genibus, hinc Carol⁹ VII. Rex cataphractus, inde puella armata & calcaribus equitis in modum accincta, capillitio retro defluēte supplicant. Inprimis hac de re leges libellum Pontamussi ante paucos annos à puellæ gentili, viro doctissimo, editum, in quo istius ævi scriptorum testimonia magno numero cumulātur, & qui superstitionis aut veneficii

Puellæ Aurelianensis.

hîc quid comminiſcuntur, refûtantur. Quod perinde fit in Paſquerii libro, cuius inſcriptio *Recherches de la France lib. 5. cap. 8.* Gladium puellæ vidi in fano Sanct-Dionyſiano inter alia κειμήλια iſtic adſervata. In rei liberationiſq; memoriam ſupplicationes publicæ annuæ perpetuæ decretæ ſunt omnis ordinis dignitatiſque civibus, die 12. menſis Mai: ſoletque à toto gratulabundorum agmine in pontem procedi, & re divina peracta inde rediri in urbem. Plauſibile etiam diei feſto nomen impoſitum eſt *la feſte de la ville*.

Extra urbem videda. Gergeau. Ienaille.

Ad quatuor leucas hinc Iargolium abeſt, vulgò *Gergeau*: oppidum parvum ſed munitū, & ponte tranſitum ſupra Ligerim præbens. Ab eo propè abeſt hortus amœniſſimus, arci *Ienaille* contiguus, generoſæ familiæ

miliæ matronam agnoſcens dominam. Hunc ne relinquas inacceſſum. Præter alia videbis hîc rupem miro artificio ex cōchis, cochlearum teſtis, diverſi coloris & pellucidis lapillis, fabricatam, eiaculantem aquas, quæ variarum rerum repræſentant imagines.

Quin ſi liberiùs exſpaciari tibi ad paucos dies libeat, ulterùs hac via pergas velim, Montargiſium uſque, urbem non nimis quidem amplam, ſed elegantiſſimam: *Diſtinctas internè vias mirere*: ut Auſonianum illud huc transferam. Per vineta amœniſſima urbem accedes, ex altera parte pratis adiacet latiſſimis. Arx urbi imminet regia, ampliſſima, rotundis turribus duodecim, ni fallit memoria, cincta, extra foſſam aggere iacto munita. Illam non licebat *Montargis.*

intrare, cùm propter Condæi Principis militem in vicinia palantem excubiæ agerentur diligentissimæ, ac duæ etiam urbis portæ clausæ tenerentur. Atriũ habere dicitur omnium totius Galliæ amplissimum: ipsum Regem Henricum IV. pila maiore in eo lusisse ferunt. Vni ex caminis huis arcis insculptam narrant historiam notabilem de cane, vindice homicidii in dominum suum patrati, cum recognito cœdis auctore ipsum totum armatum collo prehenderit, & in Regis conspectu, quaqua etiam vi se defenderet, obtruncârit.

Ex hac urbe erumpebat Henricus Guisiæ Dux cum copiis suis, cùm turmas illas copiásque Germanorum passim & inprimis prope *Auneau* conficeret.

Cæterùm in hoc diverticulo præ-

præteristi Iargolium, & duabus pòst leucis *Chasteauneuf*, Burgum elegantem cum arce: Cœnobium S.Benedicti, in ripa Ligeris situm, locũ, munitũ, emin⁹ vidisti. Egressus sylva transmisisti Lorriacum, vulgò *Lorris*, urbem parvam quidem sed non inamœnam, quæ territorio vicino nomẽ dat, *le pays de Lorris*. Hinc per opaca insidiisq; prompta loca, proceris arboribus prata sepientibus pervenisti ad locũ in quibus magnus etiam Germanorum numerus cecidit, & tandem Montargisiũ te excepit. Videbis ex te aliâan eâdem viâ reverti Aureliam præstet. Mihi non nisi semel hac via itum, nec reditum fuit. Ac hoc diverticulum ideo huic inserui, quia ratio itinerum, quam tibi hîc describo, ea est, ut Montargisium nunquam feraris. *Lorris.*

La source. Scaturiginem aquarum, leuca distantem Aurelia, dignam quæ adeatur prædicant: nam ego non uidi. Nunquam ſicca, nunquam gelu concreta cernitur, & magna commoditate beat Aurelianenſes: quippe fons ſtatim in fluvium ſe diffundit, ad exemplum illius qui eſt in valle clauſa (Vaucluſe) prope Avenionem.

Olivet. Amœniſſimus etiam eſt Domini *Eſcuyr* ſeceſſus. Aedificium elegans, viridarium hortuſque pulcherrimus: & in eo ad ripam fluvii ambulacrum umbroſum. Seceſſus iſte eſt in angulo Oliveti, pagi amœniſſimi.

Hæc verè tibi, nec ex ullo adfectu, de Aurelia retuli. Cave tamen aut hic garritus meus, aut ullæ deliciæ ultra modum te hîc morentur. Vt regnum luſtres,

ne addicas te unicæ, licèt præleganti, urbi.

Avaricum Biturigum hinc te nunc evocat. Audi & ausculta. Commoditatē eundi tibi quot septimanis ferè diebus Mercurii tolerabili pretio (ni ipse incautè pecuniam tuam prostituis) præbebunt equi meritorii Bituricenses, qui huc sessoribus onerati cucurrêre, domum, nisi fortuitus obtingat vector, vacui reversuri.

Solonia, vulgò *Soloigne*, à siligine, cuius ferax est, quasi siliginea dicta, transeunda tibi. Vide de ea Merulam *pag. 497. & 498.* Nulla in hoc itinere videbis oppida, utram (duplex enim est) insistas viam: & si pluvio aut hyemali tempore eò ibis, negotium tibi facessent lutum & aquæ, pluribus rivis viam intersecantibus. Sicco tempore com-

Solonia.

modiores non requireres vias. Hoſpitia tamẽ in pagis invenies commoda & ex voto tuo. Vtrâque via ivi redivi aliquoties. Sed prętulerim hanc, ut eas *a la Ferté* ad 4. leucas. Vbi iuxta habitationem terſam, hortum amœniſſimum incolit Baro *de Senneterre*. Hîc refectus, prӕterita arce & vico adiacente *la Motte*, in loco paluſtri ſitis, veſperi pertinges *à Pierrefuit*. Inde occurrent tibi *Soiſme, Neufuy*, ubi prãdendum, eminus ad dextram videbis apices arcis *Nançay*, familiӕ Caſtręӕ dominos agnoſcentis, tranſibis *Loigny*, & tandem Biturigum Avaricum intrabis.

Bituriges *vulgò* Berry.

Sedes hîc fuit Biturigum Cuborũ, à quis indubiè emigrârunt Bituriges Viviſci, de quibus cap. 2. de Burdigala tango. Provincia hӕc conterminos habet à Septẽtrione, Solonios, Belſiӕ populũ; ab

ab ortu, Nivernensem terram & ferè Borbonium; à Meridie, Lemouices; ab Occasu deniq; , Pictonium, veniente in partem Turania. Comitatus fuit olim, pòst Ducatus. De Comitibus & Ducibus Bituricensibus vide Merulam pag. 512. Præter frumēti viniq; copiam, pascuis, pratis, indéque gregibus & velleribus abundant. Hinc textrinæ & negotiationi pannariæ tantopere invigilant: Hinc vervecem etiã metropolis in insignibus gestat: Hinc incolæ etiam ioculare adepti sunt nomen, *les moutons de Berry*.

Metropolis totius regionis olim Avaricum nominata fuit: hodie *Bourges*. Qui Avaricum fuisse credunt illic ubi nunc oppidum *Viaron*, confutãtur ipso loci situ: qui talis hodieque est Biturigibus, qualis à Cæsare in *Bourges*

Vnde nomen Avarici. Commentariis describitur. Avarici nomen, ab Eura fluviolo quo alluitur derivant. Ego N. L. fateor. *Auron fluvium.* Alluitur fluvio quem *Auron* vocant: hactenus catarractis factis navigabili, ut naves fale oneratæ huc & Dunum Regis (*Dun le Roy* oppidum 7. leucis altiùs situm, adscendere possint. Arenis tamen quotannis purgari solet hinc inde medius alveus, ne vadis naves hæreant. Por a qua in Pictonium & Lemovices itur nomen habet à ponte quo fluvius hic stratus. Exeuntibus à sinistra monstratur locus ubi undis eius suffocatus interiit Princeps Germaniæ unà cum præfecto suo: quos ferunt ideo periisse, quòd cum lintre veherentur canemque secum haberent, illum, in undas sæpe deturbando incauto motu lintrem everterent. Vlvâ & her-

Princeps Germaniæ in undis periit.

bis

bis paluſtribus unda impedita erat, ut natari non facilè poſſet. Enaverat tamen præfectus. Sed cùm videret Dominum ſuum laborare, ſuppetias ipſi laturus denuo aquis ſe committens unà cum ipſo periit. Ad dexrrum latus, paullo exteriùs, oſtenditur parilis locus, dictus *La foſſe des Alemands*, à Germano iſtic ſuffocato. Alluitur etiam aliis ab altera parte fluviis, quîs vicina tribus locis prata ita irrigantur, ut pediti, nedum equiti, difficilis ſit tranſitus, adeoque triplicia caſtra metari neceſſe ſit illum, qui urbem obſidione cingere velit. Vna extra portam Borboniam, altera extra Pontis Auronii, tertia extra S. Privati. Vrbs antiqua & conditoris incerti. Ex qua, incenſis una die 20. oppidis, Biturigibus Duce vercingetorige C. Iulio Cæſari reſiſtere placuit *Foſſe des Alemands.*

cuit. Monstratur adhuc locus inter vicos *Solange* & *Nohant*, ubi Vercingetorix castra contra Romanos posuerat. Vineis tamen & pluteis turribúsque admotis vi summa expugnata, & ad 40. Gallorum millia in ea cæsa fuêre.

Veteris Avarici descriptio.

Sed ut fuerit potissima illo etiam tempore huius provinciæ urbs, longè tamen minor fuit hodiernâ. Merulæ verbis descriptionem tibi depromo: *Veteris paulo sequior quàm hodierna, urbis fuit situs. Ad paludes sc. vergebat, cuius etiam nunc cũ admiratione visũtur muri, propemodũ integri, solidißima materia, ut paßim veterũ Romanorũ opera, constructi. Initiũ capiunt ab turri quam magnam vocãt, pergentes per mediũ D. Stephani templum, plateã D. Ioannis Cãpestris, portámq; Gordia-*

nam

nam usq; ad Novam, cui olim ab S. Andrea nomen: Inde per plateam Amphitheatri, vulgò des arenes, *se ad portã Turonensem extendunt. Hinc autem porrecto ambitu versus portã. D. Pauli, paulatim turrim, quã dixi, repetũt. Postea prolatis variè pomeriis, ita fuit hæc urbs amplificata ab Carolo Magno & aliis, ut iam nunc cũ maximis & munitissimis Galliæ civitatibus contendat. Formam habens oblongam, amplissimam, spaciosissimã. Munita est* 80. *editis crassisque turribus. Inter eas principẽ tuetur locum quam ante magnam dixi appellatã,* la grosse tour, *ab insolita crassitudine, minoribus undiq; turribus, muróq; & fossis profundissimis, Philippo II. Augusto Galliarum Rege circa annũ* 1190. *curãte, cincta. Forma est rotunda, magnæ altitudinis.*

Aliam

Aliam omnino similem fuisse aiunt, sed dirutam, â binis turribus Biturigibus nomen inditum fabulantes: Et laudat antiqui Grammatici carmen Calamam:

Turribus à binis inde vocor Bituris.

Hæc talia potior aliis persuasa magis quàm mihi. Hactenus Merula.

Aspectus urbis exterior Aureliâ & Issoduno venientibus urbis aspectus magnificentiæ præ se fert multum: Duno Regio, parum. Illinc enim acclivis colli tota patet. Hinc vix eminentiores apices videas.

Loci cōmoditates. *Vinum Bituricense.* Vrbi vicinus ager & frugum leguminúmque & vini optimi proventu commendatissimus est. Aureliâ venientibus & eius urbis vini gustu corruptis non adeò Bituricense hoc temerum sapit.

sapit. Sed paucorum dierum assuetudo & valetudinis commodum paulatim gratiam saporis conciliabit.

Pascua lætissima, carnes; sylvæ vicinæ, lepores & volatilia; fluvii stagnantesque aquę, pisces & anates, horti, olera & fructus mensis subministrant. Hinc illa mediocri vivendi commoditas: maximè si quis conducto hospitio ipse rem familiarem instituat. Id quod tamen nemini suaderem, nisi minimùm 4. sint convictores.

In suburbio S. Privati fons est acidularum quò æstivo tempore matutinis horis magnum hominum numerum confluere videbis, ab illo sanitati præsidium quærentium. Calculo laborantibus inprimis conducibilis fertur. *Acidulæ.*

Linguæ elegantia ferè eadem (cer-

(certè quàm proximè accedit) quæ Aureliæ. Nec mirum, quippe enim in ipso centro Galliæ sita creditur: monstratúrque tilia centri index.

Templũ S. Stephani.

Aedificiis omnibus superеminet templum D. Stephani, destinatum quidem ruinæ olim, sed incolume conservatum. Moles magnifica, structuræq; elegantia vix ulli in Galliis secunda. Ornatur exteriùs artificiosè insculptis lapidi historiis biblicis, quas tamen turpavit civilis belli licentia. Imminet uni ex portis templi sculptura novissimi iudicii: ubi expanso Abrahæ sinu excipiuntur beati: ad quod curiosi advertere solent. Turres duæ harúmque una excelsa & elegans huic ædi iunguntur: in qua ceu totius urbis speculâ, cùm turbæ sunt in regno, excubiæ aguntur diligentissimæ & equi-

equitum ad urbem tendentium numerus totidem ictibus campanæ significatur excubantibus ad portas, vexillo, quod erectũ est in turri, versùs illam portam, unde acceditur, declinato. Subtus alterum insuper visitur tẽplum, sed exiguius: nec ibi quidquam ferè videas præter saxeas imagines hinc inde mutilatas.

Sacellum in hoc templo est, pone chorum generosissimi Herois Claudii Castræi Gubernatoris Bituricensis, Aureliani, &c. strenui pro sex regibus novissimis, in bello Ducis.

In festo 3. Regum, videbis istic stellam ex una templi parte in aliam obversam ambulantem, imposito igne lucidam.

Videri meretur & D. Petri templum, vel ob hoc, quòd humati in eo fuêre summi ICti Dua- *Templũ D. Petri*

Duarenus, Contius, Cuiacius: nullo tamen monimento, quod doleas tantis viris posito. Carbone pia manus notaverat hunc versum:

Hic iacet aeternis victurus Concius annis.

Quisquis es auctor huius versus, non indicta aliis pietas tua abiit.

Sacellũ sanctũ. Inprimis verò adeas sacellum sanctum, vulgò *la Saincte Chapelle*: conditum à Ioanne Biturigum Duce, Regis Caroli V. fratre, ad exemplum Parisiensis. Sepultus is hîc: item Ioanna LVD. XII. sponsa. Suspensa istic corona lychnigera perelegans. Cervus in proximo constitutus est ex ligno, magnitudine ea, qua captus unus à Biturigum Duce fertur, ibique tibia Gigantis. Huius sacelli κειμήλια ne invisa relinquas. Videbis hîc vasa au-

aurea, argentea, & dubiæ incognitæque materiæ, gemmis interstincta, miræ elegantiæ, tum coronam Ducis Biturigum & alia. Sacello contiguum est palatium olim Ducum Biturigũ, nunc regium & iustitię tribunal magnificè extrui cœptum, sed ex parte tantùm absolutum.

Haut procul nunc abes à famosa illa magna turre, pluribus aliis circumcincta, tutela urbis ab ea parte qua siccus, & planus ad eam est aditus. Saxeæ huic moli vix vllam æques aliam. Accedunt ferè turres Norimbergenses iuxta portas ædificatæ: tum etiam turris, Constantiæ appellata, Aquæmortensis in Gallia Narbonensi. Quis ædificarit non constat. Attilâ, orbis terrore, furente, metu eius excitatam quorundam est opinio. Nam vt à Iulio Cæsare sit, nulla *La grosse tour.*

fides

ſides ſit ab hiſtoria, nec ſuſpicio à ſtructuræ modo. Quis muris, turribus minorum gētium aliis & foſſa cinxerit, verbis P. Merulę antè retuli. In imo geminus in hanc aditus eſt: ex urbe, ponte & porta ſatis patula: ex foſſa urbis, ianua anguſta, qua intraverant olim illi qui clam occupaturos ſe pacto cum quibuſdam inito turrim ſperabant, ſed à Caſtræo, urbis & turris præfecto, cæſi, capti, diſſipati. Quomodo detectæ inſidiæ, iiſque per inſidias alias obviatū fuerit, ex quovis incolarum reſcire potes. Superior pars unicum eúmque anguſtum habet aditū. Viſitur iſtic baliſta miræ magnitudinis: tum clauſtrum ex ligno clathrato ferreiſque laminis roborato inſtar caveæ conſtructum, in quo Ludovicus Dux Aurelianenſis, pòſt Rex eius nominis XII, quòd

Ca-

Caroli IIX. Germanæ matrimonium abnuerat, captivus detentus fertur. Puteum etiam ostendunt profundissimum, & perpetuarum aquarum. In summo eius tormenta bellica tutandæ urbi constituta sunt. Perpetuum hîc habetur præsidium.

Basilica urbis ad extremum Avarici antiqui in medio ferè urbis hodiernæ collocata est, à tergo habet vicum Augustinianorum, olim fossam urbis ab ea parte. *Basilica urbis.*

A Basilica collegium Iesuitarum angiporto separatur. *Collegiũ Iesuitarum.*

Amphitheatri nec rudera nũc quidem, sed locus tantùm apparet, hodie dictus *les arenes.* *Amphitheatrum.*

Privatas ædes plurimas habet splendidas & magnificas. Omnes tamen antecellunt quæ à conditore suo Iacobo Cordo, thesaurario regio, dicuntur *Domus Iacobi Cordi.*

la

la maison de Iacques Cœur. Vixit is sub Carolo VII. Atriis & cubiculis pollent splendidissimis Tot luminibus diem haurire eas perhibent, quot diebus annus distinguitur. Horum vnum in vitro elegantissimè picto tibi exhibet solemnem Regum Galliæ inaugurationem.. Ex his ædibus sub terra ad aliquot millia passuum abire posse fama est.

Area. Areas complures habet hæc urbs patulas, quarum tamen maximæ duæ sunt. Vna S. Petri, arboribus ad lineam duplici ordine positis peramœna. Ambulacrum hîc est studiosorum. Alterius nomen excidit, estq; pratum latissimum in inferiore vrbis parte ad paludes vergente, prope portam S. Privati.

Hortus Mercerij Hortum hîc adeas Domini Mercerii ICti, in quo videbis effigies pleroiúmque omnium

An-

Antecessorum Bituricensium, qui scriptis in ius civile nomen sibi quæsiverunt.

Ex lapidicinis in via Dun-le Regiensi saxa cæduntur ædificandis domibus. In illis in magnum spatium excavatis obambulare, cum calet, non iniucundum est. *Lapidicinæ.*

Dignitate fulget urbs Archiepiscopali. Archiepiscopatus de primatu Aquitaniæ contendit cum Burdigalensi: de quo in Burdigalâ nostrâ. *Archiepiscopatus.*

Academiam habet celeberrimam, & cui vix ulla totius Galliæ par. Erecta sub regno Ludovici, cui Sancti nomen inditum. Docuerunt hîc iurisprudentiam Andreas Alciatus, Eguinarius Baro, Petrus Rebuffus, Franciscus Balduinus, Fr. Duarenus, Antonius Contius, Hugo Donellus, Fr. Hotomanus, Iacobus *Academia.* *Antecessores.*

E Cu-

Cuiacius, Ioh. Mercerius. Nomina eorum in auditorii ICtorum pariete notata: icones, quod modò retuli, in horto Mercerii appensi sunt. Magistratus hodiéque pretiosi huius thesauri magnam, quo laudari meretur, curam gerit.

Sedes præsidialis. Tribunal iustitiæ hîc est præsidiale & Baillivatus, cui subalternantur Issodunum, Miliodunum, Dunum Regis & alia loca.

Mala. Mala sustinuit plurima, toties à Romanis, Gothis aliísque expugnata; toties etiam incendio in favillam redacta. Ipsa ædificia iacturæ factæ testimonium perhibent in vico S. Privati, tum & propè pontem Auronium, & alibi; quæ eiusdem ætatis & ad eundem modum tumultuariè excitata unusquisque facilè dignoscere potest. Revixit tamen

ſemper & caput ex cineribus altiùs extulit.

Quod ſi quandoque tædium urbis vitare, exercitiorúmque moleſtias refectione aliqua abſtergere velis, tria loca ſunt in quæ diverſis vicibus excurrere poſſis. *Extra urbem viſenda.*

1. Boibellam: Olim ignobilem pagum, ſuæ tamen iuriſdictionis & regiæ exemptum. Nunc poſtquam ab illuſtriſſ. Nivernii Duce ad illuſtriſſ. Sullianum pervenit, pulcherrima urbs ædificari cœpta eſt, ordine aptiſſimo diſpoſitis plateis. Palatia dicas ædes ad forum collocatas. Merebatur tantum opus inferuliori ſolo, nec in hoc dumis & vepribus obſito angulo incipi. Præſtitit tamen magnus Princeps, quod pollicitus vulgò fertur, ſe ex furum & latronum (huc enim fugere ſoliti fuêre, *1. Boibelle.*

quò regii apparitores ipsos non insequebantur) receptaculo redditurum elegantem urbem. In gratiam Magni Regis Henrici IV. qui liberalitate sua opus iuvabat, nomen ipsi inditum *Henrichmont*. Antiquæ appellationi *Boibelle* originem præbuisse aiunt rem fortuitam, quæ istic contigerit. Regem nempe cum Reginâ in his secessibus venatui operam dedisse. Reginam nescio quomodo à comitatu aberrasse, & fatigatam tandem in hunc pervenisse locum, ubi è fontis scaturigine aquam haustam urceis fœmina paupercula domesticis usibus asportabat. Quam cùm Regina sitibunda rogâsset haustum sibi indulgeret ex urbeo suo, illam (admiratam inusurpatam oculis facici habitúsque pulchritudinem) porrecto urceo respondisse, *bois belle*,

belle, quòd latinè ſonat. *bibe bella*, aut *pulchella*. Reginam pòſt in rei & refectionis ſuæ memoriam templum iſtic ædificaſſe, cui pagus adcreverit. Fides ſit penès vulgum, in cuius ore hæc ſive hiſtoria ſive fabula natat.

2. Miliodunum, vulgò *Mebun*. Oppidum non inelegans: cui adiacet arx antiqua, nunc ruinis deformata. Si legitimo tempore huc exieris videbis in paludibus ad ſiniſtram myriades anatum ferarum, iucundum oculis ſpectaculum. 2. *Mebun*.

3. Iſſodunum, urbem Ducatus Bituricenſis ſecundam, ſatis amplam, arce pluribúſque tam in urbe quam ſuburbiis, tẽplis ornatam: Baillivatu & ſede præſidiali, & ipſam inſignem, amœniſſimóque tandem loco ſitam. Habet & illam turrim ſuã, 3. *Iſſondun*.

Biturícensi æmulam, quam pa-
rili nomine *la grosse tour* indi-
getant. Sed ea utriusque compa-
ratio, quæ catulorum cum cani-
bus, hœdorum cum matribus.
Præteris in hoc itinere *Coudray*
arcem peramœno loco sitam,
cui spatiosum adiacet vivarium.
Transis etiam oppidulum *Char-*
roux : quod Merula ait ex pluri-
mis indiciis (ad quæ tamen ego
non adverti) antiquissimum
parere.

Castres & Argentonium lon-
gius absunt, quàm ut animi cau-
sa eò tibi eundum suadeam. V-
traque muris & propugnaculis
firma, arcem habet munitissi-
mam. Illa thermis, hæc anti-
quitatibus & in primis turre
Heraclii, cui insculpta effigies
tauri cum his verbis, VENI
VICI, clara.

Quod

Iter Biturigibus, Pictaviũ.

Quod si fortè Biturigibus Pictavium movendum tibi sit, obiter huius itineris ducem hanc tabellam hîc appendam. Loca transeunda sunt hæc.

Issodunum. 7. Leucæ.

Castellum ruffum, *Chaste aureux*, ad Indri fluenta, cum arce splendida. Comitatus titulo fulget. Hodie est illustrissimi Principis Condæi, Huc usque pluvio aut hiemali tempore viæ sunt pessimæ. Superata una pòst leuca incipit terra esse glareosa, nec pluvio etiam cœlo itineri faciundo inidonea. 7. leucæ.

Transitis *Luant*, & *Nuret*, Melam pervenies. 6. leucæ.

Transitis pariter *Siron*, *Ruffet*, & Creusâ fluvio, *Blanc en Berry*, oppidum in colle situm te excipiet. 6. leucæ.

Ingrande in ripa fluvii, cuius nomen excidit, qui pontone su-

perandus, pòſt tranſmittēda eſt. 2. leucæ.

Totidem leucis diſtat oppidulū *S. Sauin* peramœno loco ſitū, & ubi mediocri pretio in Baucidis & Philemonis ædibus benè vivitur. 2. leucæ.

Chauigny in hoc itinere ſequitur, oppidum ampla arce ſuperbiens. 4. leucæ.

Pictavium, meta itineris, hinc 5. leucis abeſt.

Sunt qui tribus diebus æſtivo tempore totum conficiant. Tribus & dimidia commodè abſolvi poteſt. Vt prima nocte te capiat Caſtellum rufum; ſecunda, *Blanc en Berry*; Tertia, *Chauigny*. Sed revertamur in orbitam.

Quo Biturigibus abeundum

Exacto iam Aureliæ & Biturigibus tempore uſque ad Paſchatos feſtum, Gallicè credo balbuties. Aliò igitur translatum

tum

tum te velim, ubi loqui tibi incipiendum: hoc est, in urbem minùs popularibus tuis celebratam. Hanc tibi nomino Molinas Borboniorum. Rectà ut pergas auctor non sum. Quid enim, excepto DunoRegio (quò animi causa etiam Biturigibus excurrere licebat) videas præter sylvas, dumeta, & pagos ignobiles?

Maturè velim exeas Avarico & aut tumultuario sumpto in itinere prādio, aut uno itu, quod ego feci, festines in urbem Ducis Sulliani S. Amandam: amœno loco inter vineta lætissima positam. Huic in proximo adiacet arx *Monron*, regia eiusdem Ducis, ab ipso in aream veteris collapsæ, eo, quo nunc conspicitur, modo ædificatam, & robuste, fossis rupi incisis, & ex lapide inde exempto propugnaculis

S. Amāde.

Monron

extructis, munitam Præsidiariorum quidam Germanicè callent, qui lubenter gratificabuntur tibi lustrandi illam cupido, uniúsque horæ impendio, dum cœna paretur, videbis omnia.

Ainay. Ad duas leucas hinc abest *Ainay* pagus cum arce satis firma & munita, generosæ familiæ dominũ & cognominis agnosceas. Quò non nisi temporis quid superfit, exitum à te velim. Nos istic fuimus propter familiaritatem, quam cum eius filio contraxeramus Molinis, quamquam sub ipsius absentiam.

Bourbon Archãbaut. Sanct-Amandâ velim te rectà tendere Borbonium: oppidum cum arce, quæ regioni & familiæ nunc regiæ nomen dedit. Vrbs hæc cognominem habet aliam transLigerim in Burgundia sitam, distinguuntur ta-

Vnde nomen.

men

men adiectione, & hæc nostra vocatur *Bourbon Archambaut*, altera *Bourbon Lancy*: indubiè à duobus fratribus Borbonii Baronibus, quorum alter *Archambaut*, hanc; alter & natu maior *Anceaume*, illam hæreditario iure obtinebat. Nisi fortè *Lancy* dictum, quasi *l' ancien*, quod fratri natu maiori obtigerit. Arx in rupe edita & accessu difficili sita, munita est non improbè: nisi quòd vicinos habet montes altiores. Quin & murorum opera interrupta agnosces. In ea sanctum sacellum *la sainte Chapelle* ad exemplum Parisiensis à Ioanne Borbonii Duce excitatum. In illa custoditur pars S. Crucis, spina coronæ Christi cristallo inclusa, visunturque admira-

Arx.

Sanctum sacellum.

biles cùm picturæ in fenestrarum vitro, tum ſtatuæ & ex ligno & ex marmore affabrè laborato. Thermæ hîc ſunt ſalu-

Therm a berrimæ in medio oppidi, iam inde à Romanorum tempore celebratæ.

Hinc quatuor leucis diſtat Molinium metropolis tractus Borbonii, urbs amœniſſimis totius Galliæ adnumeranda.

BORBONIA. Botbonius tractus ab occidente conterminos habet Lemovices Marchicos, ac ex parte Bituriges; à Meridie, Forenſes & partim Arvernos; à Septentrione, Nivernenſes & Bituriges; ab Ortu, Burgundos. Boii, Aeduis olim accenſiti, hanc regionem habitarunt, vide Cæſarem 1. de bell. Gall. Oppidum illorum idem nominat Gergoviam libr. 7. Regio bonam partem ſylvis collibúſ-

que

que occupata : ſæpe ubi nullæ ſunt ſylvæ, propter numerum arborum quîs campi, & vineta diſtinguuntur, ſylvæ faciem præ ſe ferens. Omnibus quæ ad victum neceſſaria, in primis piſcibus, tam propter ſtagna, quàm propter piſcoſum Elaverum, addo & Ligerim, ſapidiſſimis abundat. Quos Dynaſtas olim hæc regio habuerit, patior referre alios, contentus indicare Regiæ familiæ hodiernæ initia. *Ludovicus* IX. quem vitæ morúmque ſanctitas Divis intulit, duos habuit filios, duarum regiarum familiarum Valeſiæ & Borboniæ auctores, *Philippum* tertium, regni hæredem, & *Robertum* Clarimontii Comitem, patrémque *Ludovici* primi Ducis Borbonii : Philippo Rege Ducatus titulum provinciæ impertinente.

Ludovici huius filii fuêre duo, *Petrus* Dux Borboniæ, & *Iacobus* de Ponthieu Comes stabilis Fráaciæ. Ex quorum postgenito prodière illi Borbonii ad quos sceptrum Galliæ novissimè unà cum Navarrço pervenit. Eustremus hîc utrumque familiæ ramum.

- 2 Petrus filios habuit
  - 3 Ludovicum Bonū ex quo nati
    - Ludovicus Comes Clarimontii qui ἄπαις obiit.
    - 4 Ioānes cuius filii,
      - 5 Carolus qui genuit
        - 6 Ioannē II. qui obiit ἄτεκνος
        - Petrū Susannæ heredis Ducatus patrem.
      - Ludovicus Comes Montpenseri9, qui genuit Gilbertū patrē Caroli Comitis Montpenserii & pòst Ducis Borboniæ VII.
    - Iacobus
  - Iacobum

Huic

Huic Carolo, Comiti Montpenſerio, Borboniæ Duci ſeptimo, & ex Ludovici I. filii primogeniti lineâ ultimo ſuperſtiti maſculo, nupſit Suſanna Petri filia, & patrui Ioannis *II.* heres. Idque ex conſilio illorum qui cautè prævidebant futurum ut lites ipſi moverentur de hæreditate patrui, niſi maſculo ex eadem familia matrimonio iũgeretur: quippe ſuperſtitibus ſexus fœminei aliis, pari gradu venientibus. Nupta igitur Carolo Ducatum ipſi in dotem attulit, litéſque illæ, quamdiu ſuperfuit ſopitæ quieverunt. Ipſâ coniugi ſuo absque liberis præmortuâ Loyſa Sabaudica, Caroli V. Ducis Borbonii ex filiâ Margaritâ neptis, mater Franciſci I. de hæreditate defunctæ coniugis litem ipſi, tanquam proximior movit. Quod eò indigna-

dignationis Carolum redegit ut ad Caroli V. Imperatoris Rom. partes transiret. Ob quod factum Ducatus confiscatus domanio Regis adcrevit. Reliqui ex secūda linea insignia tantùm retinuêre, & nomē gentilitium: quos ecce! in serta hîc charta exhibet: (o)

Metropolis provinciæ est Molinium, vulgò *Moulins*. Nomen indubiè à moletrinis, quæ fuisse possunt in præter fluenti Elavero, fluvio navigabili & piscoso, in cuius dextra ripa sita est. Biturigibus adventanti & iam ex vicino ad dimidiam leucam colle descendenti iucundissimū spectaculum præbet amœnitas eius verno & æstivo tempore. Vrbem, hortum aut sylvam appelles, ambigendum tibi, adeò perpetuum videtur arboretum, turribus & ædificiis hinc inde emi-

Molins.

Vnde nomen.

Adspectus urbis & situs.

eminentibus distinctum. Vrbs exigua est, sed suburbia habet amplissima & elegantissima octo: quorum pars mœnibus cùm olim, tum in his novissimis turbis ante biennium cincta est. Plateas habet mundas, ædes elegantes. Quin iam ante triennium demum deiectis multarum ædium proiectis primaria platea reddita fuit latior. Hortis privatorum & viridariis tam suburbia quàm loca exteriora abundant amœnissimis. Prata duo unde venit & unde abit Elaver sunt latissima, *Champ bonnet* dicta, in quis diebus festis, cœlo sudo inprimis sub vesperam florem civitatis obambulantem videas: non secùs ac Andegavi in prato Germanorum, & Lugduni in areâ *bellecourt* dicta.

Champ bonnet.

Templa. Templa primaria sunt B. Virginis,

ginis,& D.Petri Iesuitarum collegium est in suburbio ante portam quæ Parisios ducit, satis amplum & discipulis frequens.

Arcem Ducum olim sedem, nunc regiam, habet amplissimam: in cuius xysto Ducum Borboniæ pictæ ad vivum effigies, nunc vetustate obliterari cœptæ conspiciuntur. Fons in area est elegantissimus. Est illic cubiculum in quo monstratur pictura Gigantis, cuius ossa quędam Valentiæ in Delphinatu ostenduntur. Dotalitium Reginarum Franciæ est Ducatus Borboniæ, quæ viduæ aulam suam hîc habere solent. *Arx regia.*

Hortum arx adiacentem habet amplum & amœnum. Fons in eo est salientis aquæ instar artiscocci. Domuncula in eodem est aquis circumdata, quæ per pon- *Hortus regius.*

pontem aditur. Pons ille ita fabricatus est, ut nisi clavo ferreo muniatur, qui illo incedunt, in in subiectas undas decidant. Quod fortuitò meo tempore accidit tribus Anglis sine ductore horto inambulantibus: quorum priores cùm casu decidissent, tertius, ne non omnis comes esset fortunæ, ultro secutus in easdem aquas valde lutosas prosiluit. Poma Aurantia & citrea, cum similibus fructibus, in separata horti parte educantur.

Vivariũ

Vivarium ab urbe leucæ plus min⁹ spacio abest, vulgò *le parc* vocant in quod iucunda est deambulatio.

Amœnitas circa urbem.

Cæterùm quacunque exeas ex hac urbe, semper occurrent tibi ambulationes amœnissimę. Octiduum te circumducerem, nec semel eandem viam, nisi ad urbis exitum, repeterem.

In

In suburbiis & præcipuè illo quod à Carmelitarum conventu nomen habet, magno numero fabri degunt, qui cultros & & forfices laudatissimæ bonitatis conficiunt. Cùm primùm novi hospites advenére in diversoriis, sistunt se fœminæ vænum merces illuc exteris offerentes. *Fabri cultrarij.*

Hîc ad tempus subsistere volenti tibi consilio aderunt (qua sunt humanitate erga exteros) nobilissimus Dominus Bilardus de Corgenay, vir eruditissimus, Poeta Latinus & Gallus optimus, arcis Regis Capitaneus: tum vir optimus N. Corderius, tam pater quàm filius, mercator, vulgò *Monsieur Cordier*. Ex his de habitandi commoditate rescire poteris, aliáque humanitatis officia expectabis. Nec fugere te velim *Billardus.*

hîc

hîc publico consiliarii regii & causarum criminalium Iudicis officio fungi *Gaulminum*, virum iuvenem quidem adhuc, sed nulli in Galliâ, varia eruditione nunc secundum. Cui meritas, sed nondum condignas laudes cecinimus, quæ in Germania excusæ leguntur. Hunc vidisse, adiisse, allocutum esse, gaudio tibi, si literas & literatos amas & æstimas, erit & gloriæ.

Gaulminus.

Duretus Quin nec magni illius viri Dureti, qui iuri iustitiæq; hîc præsidet, nomen indictum relinquendum. Mirantur virum hunc, qui linguarum thesaurum déque earum originibus scripta ab eo edita legerunt. Addo & N. de la Vale, Cosmographum regium, cuius de institutione Principis liber exstat Gallicè editus, apud omnes meritò in summo pretio. Meretur & is

La Vale

flori

flori virorum huius loci accẽſeri. Plures non cumulo. Hi multorum inſtar hîc nunc conſpiciãtur. Adi ipſos, alloquere, audi.

Contrahetur tibi hîc facilimè familiaritas cum iuvenibus indigenis: cum quibus hilariter abſque omni ſeria & moroſa triſtitia vivere te velim. Is enim genius eſt huius loci. Duceris ad convivia, ad honeſtas recreationes in hortos, ad choreas. Et obtinget tibi inter Veneres etiam Molinenſes, nõ Veneres linguæ Gallicanæ non inamœnum exercitium. *Humanitas & Comitas incolarum.*

In extremo deſcriptionis huiũs urbis addo: Hodie & urbi & provinciæ præfectum illuſtriſſimum Dominum, Sanct Geranium, Paliſſæ Dominum, virum in tanta dignitate humaniſſimum, quem bis tranſeuntem ſalutavimus. Peregrinorum aman- *Gubernator.*

mantem prædico. Nos certè commendarat Billardo, locum ſuum abſentis tenenti, ad inſtar ſanguinis neceſſitudine ſibi iunctorum. Cuius etiam commendationis fructum tulimus erga obtrectantes & calumniatores, qui tantùm non capitis nos, invidia & æmulatione ſtimulos ſubdente, ſi licuiſſet, accuſaſſent.

Exeundum hinc in Arvernos.

Vnum reſtat, mihi, quod doleo, neglectum, tibi non inſuper habendum. Egrediaris hinc cum comitibus, ſi quos habes, conductitiis equis in Arvernos, celebratiſſimos illos veteribus etiam populos, & inprimis videas urbium illam trigam: Clarimōtium, Montferrant, Rion, eſſe ex elegantiſſimis totius Galliæ feruntur: tum non deeſſe alia quæ ad ſe allicere poſſint hominem per hoc regnum peregrinan-

nantem. Quod ſi tempus & commoditas tua fert, poſſis per Forenſes (*le pays de Foreſt*) viſo fano S. Stephani, vulgò *S. Eſtienne*, officina illa armorum & ſclopetorum, quam iſtic locorum commoditas aquarum tum carbonum, qui iſtic ſeruiuntur, copia erigi fecit, Monbriſonium, Sanct-Germanum la Vale (loca vinis generoſiſſimis nobilitata) & Rohanam (Burgus omnium totius Galliæ elegantiſſimus audit: certè multas urbes elegantia antecellit) in ſiniſtra Ligeris navigabilis ripa primum, & inde per Paliſſam oppidum cum arce amœnum, Molinas reverti. De iſtis locis (Rohanam & Paliſſam excipio) mihi non aditis, nil quod referã habeo, ac mera aliena de iis adſuere nolo. *Roana.*

Nivers.

Molinis ſub finem Mal valedicas;

dicas, & Nivernium abeas: vulgò: *Nevers*. Ab urbe nomen suum à fluvio Niverni, vulgò *Nyeure* dicto hîc in Ligerim exeunte, adeptâ territorium appellant *le pays Niuernois*. Noviodunum, oppidúmque Aeduorum ad ripas Ligeris opportuno loco positum Cæsari vocatur. Regio pascuis abundans; unde & incolæ rem pecuariam potissimum, quod exerceant, habēt. Fluviis navigabilibus irrigatur tribus, Icauna, (*Yonne*) Elavere, & Ligeri. Comitatus olim, nunc Ducatus titulo fulget. Qui Carola Ioannis Niu. Ducis filia, ditionum hærede unica, Ludovico Gonzagæ Marchioni Mantuano, nubente, dotis nomine marito cessit. Ille multis præclarè fortitérq; gestis, hæredem & virtutis & ditionum reliquit Carolum Gonzagam decus

Prin-

Principum, hodiéq; , ac utinam diu, superstitem. Quanta in hoc Principe sit erga quosuis, summâ tamen dignitate suâ illibatâ, humanitas vidimus in aliis, experti fuimus in nobismet ipsis, cum anno cIↃ IↃc xi. mense Septembri Biturigibus eò excessissemus, visum solemnitatem Baptismi Principis recens-natæ, ac duas istic hebdomadas subsisteremus. Mirum hoc, quòd officialibus suis omnibus & prętorianis Helvetiis imperârat, accessus in quævis loca liber exteris nobis concederetur, in quæ ipsi pateret. Ne dicam quem sese exhibuerit cùm in baletto (sic vocant typus trium gruum novemque pygmæorum exhiberetur: & aliquoties, cùm Comœdiæ agerentur. Venereris hunc Principem, & , si licet tibi, cum ipsius cubiculario Aegidio

Polens Mosæ Traiectino familiaritatem, sive hîc sive Parisiis illum offenderis, contrahas. Rei pretium feres.

Adspectus urbis exterior.

Vrbs eminus & inprimis ex Borbonia venientibus magnificum præ se fert, propter turrium celsitatem, adspectum.

Templũ D. Cyri.

Templum Cathedrale est D. Cyri, satis amplum & superbũ, turris ei iuncta saxeis imaginibus exteriùs mirum in modum decorata. In choro eius collocatũ est monimentũ marmoreum Ludovico Gonzagæ Nivernii, &c. Duci, ídque in duplici tabula. In superiore hæc leguntur:

D. O. M.

Hic invicti sepeliuntur manes Herois inclyti, fortißimi & imperterriti Principis Ludovici à Gonzaga, castißima, pientißi-

tissima & illustrissima Henrica Clevensis Principis, Nivernia Retulia Ducis coniugis meritissimi. Hostium quondam domitor acerrimus, certa suorum salus innumeros hostes parva sæpe manu fudit, arcem omnem obsessam, vi aut virtute cepit: Senex Alpes iam nivibus sepultas superavit; utilitatis publicæ, fidei Catholicæ incremento & Henrici IV. precibus urbi CAMERA *hostium innumeris copiis obsessæ opem tulit, Carolo Gonzaga Clevienzi unico filio annos nato XV. Principe strenuissimo & impavido imperante, patre non inferiora secuto. Dei & Ecclesiæ serenissimus hoc monim. æterna memoria posuit Iohannes Talæus illustriss. Dominæ Medicus obseqentissimus & ordinarius.*

Tabula inferior ad dextram

 (nam

(nam ad sinistram adhuc vacua) hæc exhibet.

D. O. M.

Perenni memoriæ

Pientissimi, sapientissimi probissimi, æquissimi, strenuissimi, fortissimi & invictissimi Principis Domini Ludovi Gonsagæ Nivernensis & Retellensis Ducis, Principis Mantuani, Campaniæ, Belgicæ, Celticæque Proregis meritissimi, quem præconiorum & laudum omnium titulis verè maiorem veritas ipsa adserere, palàm prædicare, seu civilis aut bellicæ disciplinæ gloria, quibus & Divo nostro Ludovico Francorum Regi, nec non Catoni, Aristidi & Fabio Maximo componere, imò & anteferre non erubescet. In hoc enim diuturno Gallici Imperij morbo & gnosticis & nuper inauspicatò fæderatis perduellibus regio inhiantibus dia-

diademati ob ídque omnia súsque déque verti procurantibus bellum utrisque perenne Dux impiger indixit, gessit, & de manibus eorum opima spolia plurima summo Christiani totiúsque orbis applausu victor ovans reportavit, atque fide ipsâ fidelior Princeps, Principum suorum ERRICI II. FRANCISCI II. CAROLI IX. ERRICI III. ERRICI IV. *Regum potentissimorum auspiciis consecravit, quibus quidem iure agnationis & adfinitatis proximus, tum imperii sacris & naturæ legibus obnoxius sceptri Gallici ad extremum halitum adsertor indefessus & propugnator acerrimus, indesinenter exstitit. Quippe qui viribus, opibus, consilio, armis, ingenio, manu, ope, opera, velis & remis contenderet in re Christiana & maximè un-*

augenda Gallica, cui se totum voverat, dicârat, sacrârat; ita ut extremis vitæ diebus tamdiu æger & continuis bellorum laboribus exesus, turbulentissimis temporibus per longissimos terrarum anfractus Romam versus à Christianissimo ERRICO. IV. *verò Hercule Gallico & Galliarum Alexiaco, ad beatiss. Clementem VIII. Pontificem Max. legatus periculosissimi itineris tædia nō recusârit. Tanta molis erat tantos animis Principes firmandæ pacis ergo optimè convenire. Ast ut non capax urna tam magni nominis ac famæ Ducis, sic nec fasti nec tabellæ votivæ omnes annalium suorum gloriæ. Huic enim multa à multis certatim literatis dicata sunt opera, ut posteritatem nihil è tot præclaris vitæ generosissimæ facinorib. latere*

tere unquam possit. Istud ergo hic nosse satis siet. Dux noster ille inclytus tot exantlatis laboribus annos LXI emensus quorum triginta fœlicissima & interrupta sacri Hymenæi copula cum illustriss. Princ. lectiss. Heroinâ D. HENRICA Cliuensi, Niuern. & Retell. Duce transigerat, tribus è quinque iugalis tædæ pignoribus, illustriss. & generosiss. filio PR. CAROLO, dilectiss. & illustriss. natabus CATHARINA & HENRICA superstitibus totus Christum spirans in ipso penè bellico procinctu placidè & fortiter vitâ cessit, circa IX. KAL. Nouembr. anno à Virgineo partu 1595. Hinc tam earum caput charissimi coniugis charissima conjux æternum adsiduo lacrymarum obruta imbre, tot viduata solatiis, pientissimi liberi tanto

orbata parente iugiter mæstissimè lugentes suo & Galliæ luctuosæ imò & totius Christiani orbis tam lugubre funus planctu prosequentis nomine hoc Epicedion huic quod sibi suæ dilectissimæ Ducissæ suuque Mausoleo ingenti vivens paraverat P. P. C. C. P. P.

In eodem è regione introitus, cùm à ponte ascenditur, notavi hos versus antiquis literis lapidi incisos:

Erras si speres, quòd plus te diligit heres,
Sub terra positum, quàm tu te diligis ipsum,
Da bona quæ tua sunt, post mortem quæ tua non sunt.

Ad sinistram eiusdem introitus sacellum elegans videbis familiæ Fontenaicæ. Eius foribus hoc inscripsêre distichon:

Dum

Dum vivis [illegible]
bi plurima [illegible]
Tempore quod [illegible]
inane perit.

Alias ædes sacras, quarum unæ excitabantur, cùm illic essem, prætereo, tu ex te ipso visses. Collegium etiam habet hæc urbs Iesuitarum.

Arx hîc est illustriss. Ducum Nivernii satis splēdida antiqua, cui nunc nova ędificia cum area figuræ quadratæ latissima accedunt, opus tāto Principe auctore dignum. De illo in solemni baptismi festo cuius antè memini legi hos Poetæ cuiusdam versus inscriptos tabulę portæ triūphali interiori ad sinistram appēsę. Inscriptio erat talis: *Niverniij nova facies, illustrissimæ excellētissimęq; Duci Longevillææ vices gerenti.* Nempe n. nomine Reginę illustrem puellam susci- Arx.

 pie-

picbat ex fonte lustrico. Isti inscriptioni supposita pictura arcis Nivernēsis, cum area contigua, novisque ædificiis. Versus hi erant:

En tibi magna Ducum prisca
hac noxa mœnia surgunt,
Quæ veteri posito tegmine lauta vides.
Sic Cōstantinus Byzanti prisca novavit
Pergama, quem frater pectore & ore refert.

Inprimis visu dignum est *le cabinet du Prince.* Mensa ibi marmorea maximi pretii: cui eiusdem materiæ imposita tabella, visu penetrabilis si soli aut lychno obvertatur, in qua natura & ars elegantissimas ad stuporem usque picturas exhibebant. Nivernis picta in tabula appendebat parieti. In proximo ambulacro picti erāt omnis generis

neris homines, res quasuis viles venum Lutetiæ circumferentes & proclamantes: *les cris de Paris*.

Extra urbem est nemusculum cum areâ ludi, quem *balle-maille* vocant, locus ad æstivum calorem evitandum accommodatissimus.

Nec prætereo pontem quo Ligeris sternitur, qui antea longissimus nunc propter frequentem Ligeris eluviem magnam partem à nõ multo temporis porrectior cernitur. *Pons.*

Tulit hæc urbs Ioannem Ravisium textorem, congesto epithetorum Latinorum thesauro celeberrimum.

Hospitium in hac urbe tibi sit ad lilii insignia, *à la fleur de lis*: ubi tolerabili pretio optimè vivitur.

Vnam atque alteram septi-

manam, ni fortè longius tempus commoditas tua tibi indulget, hîc subsistere non abs re foret. Exspatiabundus interea lustrare posses acidulas Bugenses

Bougues (*Bougues*) totius Galliæ celebratissimas, hinc ad 2. leucas dissitas. Sub hoc tempus numerum illustrium personarum istic valetudini operam dantium videbis.

Decise. *Decisam* etiam oppidum Ducis Nivern. in medio Ligeris munitissimum adire possis, & quæ fortè alia ab aliis suadebũtur tibi loca.

Iam medius est Iunius, ex nostra temporis distributione. Cõscendas lembum, Aureliam usque conductum. Descendens videbis à dextris vineta lætissima, & miliare plus minus profectus videbis iungentem se Ligeri Elaverum. Pagus è re nata nũ-

Cõflans, cupatur *Conflans*, Qui Molinis Ela-

Elavere huc feruntur transeunt locum qui vocatur *la ruë de paradis*: cui alius propinquus, *la rue d'emfer*. Quin terristri itinere qui feruntur cognominem posteriori locum transeunt, hyberno tẽpore aut pluvioso cœlo superatu difficilimum. Confluẽtiâ prætéritâ primum oppidum quod te excipiet est Caritæum, vulgò *la Charité*, sæpe laudatũ in historiis bellorum civilium, in primis anni 1577. quo ab Henrico Andegavensi, Guisio, Nivernio, & Aumalio, Ducibus, nomine Regis Car. IX. obsessum oppugnatum & per deditionem occupatum fuit. In dextra Ligeris ponte strati ripa colli accumbit, vinum generosissimum producenti. *La Charité.*

Secundum est Sancerra, quãquam ad 500. plus minus passus Ligeri absit, in monte situm, *Sãcerra.*

cuius

cuius radices fluvius lambis. Diversorium ad ripam est, vulgò *le port de S. Thiebault*: à fano S. Theobaldi in proximo. Sancerram dictam rentur quidam quasi *sacrum Caesaris*, quòd Cęsari, alii quasi *sacrum Cereris*, quòd Cereri hîc dicatum fuerit templum. Aliis, quîs displicent hæ etymologiæ Xantodurum appellare placuit. Ex Thuani historia en brevem habe tibi situs eius delineationem: *Sancerra in Bituricensi agro, sive Sancerreum castrum, sicuti vocat Sigebertus, quod olim Rogerio Episcopo Bellovacensi patrimonii iure competebat, anno Christi* 1014. *Odoni Campaniæ Comiti pro Comitatu Bellovacensi compensationis titulo attributum, iure successionis tandem ad illustrem Buelliorum familiam pervenit cum eadem Co-*

Vnde dicta.

Situs.

Comitatus prærogativa. Oppidum 500. à Ligeri ſubiecto paſſibus monti uberi ſolo & tritici ac vini, quod inter generoſa Galliæ vina numeratur feraci præalto & omni ex parte arduo inſidet, poſitu ideo firmiſsimum, ovali forma ac pæne rotũda, ſed infirmo à munitionib. muro, qui 8. aut ad ſummũ 9. turribus etiam comprehenſis iis, quæ portas urbis tegũt, diſtinguitur, ambitu 2500. paſſuum ſpatium complectitur. Quatuor portis, Cæſariana, vetere, Andreana & Anſerina intratur. Africo obverſa Avaricum Biturigum provincia metropolim ſpectat. In ſummo arcem habet Cæſareæ & Anſerinæ portæ interiectam, cui alterum montis iugum de nomine ulmi lupini dictum, ad Meridiem oppoſitum imminet. Et quæ ſequuntur alia plura ma-

magis continentia hiſtoriam obſidionis famis incredibilis, quæque Samaritanæ Ieroſolymitanæ & Numantinæ, quæ à multis vix creditur, recenti exemplo fidem adſtruat, poſtquã à cibis non humanis, ad carnes humanas etiam deventum fuit.

Fames Sancerrana.

Deditione facta Caſtræus, dux exercitus, muris oppidum exuit. Fœminæ hîc pleræque immanis ultra ſexum ſtaturæ. Dicitur etiam maſculi quid animi ipſis inſitum. Certè ſtrenuas ſe in obſidione præſtitiſſe conſtat. Vidimus unam etiamnum ſuperſtitem quæ ſclopetum geſtans & excubias egerat, & adſultibus obſidentium repellendis crebrò interfuerat. Mœnia reparari cœpta erant, ſed ab opere deſtitum.

Fœminæ Sancerranæ maſculæ.

Reliquum Ligeris, hinc Aureliam uſq; non navigavi. Prætereundum tamen tibi Gedunũ, vul-

Gyan.

vulgò *Gyan*, (quod haut pauci Genabum veterum esse opinantur, refutati à Scaligero, & in Cosmographicis, à Merula) urbs nõ ignobilis: & pòst Iargoliũ, *Gergeau*, de quo suprà.

Aureliã reversus habitatã olim tibi urbẽ, quieti paucorũ dierũ nõ iniucundę te dare, & cũ amicis olim tibi paratis coversari, si bonagratia abisti, poteris. *Orleans*

Hinc commoditas cottidiana est tibi Blœsios descendẽdi, modico æris.

Transcunda tibi hîc oppida Magdunum, (*Mehun sur loire*, ad differẽtiam cognominis sermone vernaculo in Biturigibus *Mehun sur Yeure* oppidi) Baugentiacũ, vulgõ *Bogency*: utrũq; in dextera Ligeris ripa, & hoc posteri⁹ sitũ loco valdè amœno & fertili: quo 7. leucæ numerantur. Huc exteri quandoque *Mehun sur Loire.* *Bogency*

Au-

Aurelia ſecedere ſolent vitandi eiuſdem patriæ civium ſodalitatem & linguam Gallicam fideliùs excercendi. Sex inferiùs leucis abeſt oppidulum perexiguum *S. Dieu.* Qui tempori comparcere volunt, hîc egrediuntur navi, & vel conducto carro, aut ſi licet, equis vel etiam, ſi minùs ſunt delicati, pedites abeunt, in vicinam arcem, *Chambourt*, & inde Blœſiam.

S. Dieu.

Chambourt.

Arx hæc adiacentes hinc atque hinc habet terras frugum feraciſſimas, ſylvas feris abundantes, pagos & oppidula frequentiſſima. Cœpta fuit magnificum & verè regium in modum, à Magno Franciſco I. cùm ex Hiſpanica captivitate reverſus Madriti iconem prope Pariſios etiam poneret: ſed non perfecta, licet XII. annis continuis 1800. operarii in ea occupati eſſent.

ſent. Architectura operis ſtupendæ eſt elegantiæ. Eminus accedentibus iucundum præbēt adſpectum turriculæ & camini in ſpeciem turricularum eminentes. Teſtudine adſcenditur duplici latiſſima, & ſic ut qui hinc atque inde unà progrediuntur colloqui poſſint, neutri alteris viſi. Gradus ſunt 274. Cùm in ſummo es, per medium foramen pilam, pomum, vel quidvis aliud rectà proiicias per relictum ſpacium in medio, in imum uſque. Rivulus prælabitur piſcifer: qui circumduci cœptus, ut cymbis arx circumiri poſſit. Parietes carbonibus nomina ſua inſcribentium ubique turpati, & quod riſum omnibus exprimebat, Friſii neſcio cuius Videbranci in omnibus angulis plus centies ſcriptum legimus.

Tres

Tres hinc leucæ restant viâ amœnissimâ Blœsiam conficiendæ, vulgò *Bloys*, urbem Comitatus titulo claram, in dextra Ligeris ripa coli adclinem, cui in sinistra oppositum est suburbiũ, quod pons saxeus (in quo pyramis anno 1598. erecta, cum inscriptione, dirutum in bellis civilibus pontem ab Henrico Magno restauratum, testante) urbi iungit. Aer hîc totius Galliæ saluberrimus, ut & Reges valitudini operam dantes, hîc vivere prætulerint, & Regum liberis educandis hic locus æquè ac Ambœcia destinatus fuerit. Agri circum vitibus, segete, arborib⁹ fructiferis vestiti: fontes limpidissimi, rivuli pellucidi & grato murmure obstrepentes. Vinum commendatissimæ est bonitatis & salubritatis. Terra sigillata, bolis Turcicis virtute æquipollens

Bloys. *Sidus.* *Pons.* *Aeris salubritas.* *Commoditates loci.*

lens in vicinia ecfoditur. Agriculturæ & negotiationi in primis operam dant incolæ. Artificia insigniora sunt aurifabrorum, quorum inprimis horologia commendantur, & ephippiariorum: quippe enim vicinæ venationes pelles capreolorum huic artificio necessarias affatim subministrant.

Linguæ elegantia. Lingua Gallica purissima, nõ in urbe solùm sed & ruri, & in vicinis oppidis. Profitetur hîc illam exteris Maubasius, cui huius professionis palmam tribuunt exteri. Extant præcepta eius & observationes, eruditè, nec ad vulgi modum, scripta: magis tamen proficua aliquantum progressis, quàm incipientibus. *Incolarum mores.* Incolæ erga peregrinos comes humani & officiosi; mũditiei & elegantiæ perquam studiosi. *Plateæ ædificia.* Plateæ huius urbis sunt angu-

angustæ, nullius regulæ aut ordinis, nitidæ tamen & sine luto. Aedes saxeæ, cæruleo lapide, quem ardesiam cum vulgo voco, tectæ. Arce regiâ splendida superbit. Antiquam condidisse scribitur Gedon cognatus Rollonis Roberti, primi Normanniæ Ducis: sed hodiernæ conditores fuêre Ludovicus XII. & Franciscus I quorum symbola hinc inde, illius erinaceus, illius salamandra conspiciuntur. Introitus exhibet tibi Ludovicũ XII. equitem, cum adsculpto erinaceo, & his versibus:

Arx regia.

Hic ubi natus erat dextro Ludovicus Olympo,
Sumpsit honoratâ regia scepτra manu.
Fœlix quæ tanti fulsit lux nũcia Regis,
Gallia non alio Principe digna fuit.

Visi-

Visitur in arce moletrina equis agitata: locus ubi Dux Guisius obtruncatus, alius ubi frater eius Cardinalis captivus detentus, & obscurus alius ubi fauces ipsius lapuco elisæ fuerunt. Ambulacrum in quo Regina mater Cath. Medicea spatia conficere solebat: cubiculũ, in quo mortua; & aliud, in quo per elegantes picturæ aliquot: & inprimis sex tabulæ omnis generis eduliorum, carniũ, piscium, avium, fructum, &c.

Arci proximus est hortus regius amœnissimus in duas partes divisus, superiorem & inferiorem Xystum (galeriam vocãt) 300. passuum longitudine, in eo videbis noviter ab Henrico Magno exstructum, cui sub est cryptoporticus ex altera parte hortum inferiorem spectante aperta. Extra hortum ambulatio *Hortus regius.*

angustæ, nullius regulæ aut ordinis, nitidæ tamen & sine luto. Aedes saxeæ, cæruleo lapide, quem ardesiam cum vulgo voco, tectæ. Arce regiâ splendida superbit. Antiquam condidisse scribitur Gedon cognatus Rollonis Roberti, primi Normanniæ Ducis: sed hodiernæ conditores fuêre Ludovicus XII. & Franciscus I quorum symbola hinc inde, illius erinaceus, illius salamandra conspiciuntur. Introitus exhibet tibi Ludovicū XII. equitem, cum adsculpto erinaceo, & his versibus:

Arx regia.

Hic ubi natus erat dextro Ludovicus Olympo,
Sumpsit honoratâ regia sceptra manu.
Fælix qua tanti fulsit lux nūcia Regis,
Gallia non alio Principe digna fuit.

Visi-

Visitur in arce moletrina equis agitata: locus ubi Dux Guisius obtruncatus, alius ubi frater eius Cardinalis captivus detentus, & obscurus alius ubi fauces ipsius lapideo elisæ fuerunt. ambulacrum in quo Regina mater Cath. Medicea spatia conficere solebat: cubiculũ, in quo mortua; & aliud, in quo per elegantes picturæ aliquot: & in imis sex tabulæ omnis generis eduliorum, carniũ, piscium, avium, fructum, &c.

Arci proximus est hortus regius amœnissimus in duas partes divisus, superiorem & inferiorem Xystum (galeriam vocãt) o. passuum longitudine, in eo ædebis noviter ab Henrico Magno exstructum, cui sub est cryptoporticus ex altera parte hortum inferiorem spectante aper-. Extra hortum ambulatio

Hortus regius.

est amœnissima inter arbores istic aliquot ordinibus positas, usque ad sylvam quæ mediæ leucæ spatio abest. Ex horto superiore in inferiorem duplex est descensus, & istic duplex cisterna: fons etiam scaturientis aquæ ligneo tecto artifitiosè fabricato obtentus. In inferioris horti ambulacro destituta conspicitur sculptura cervi, cornu 24. ramorum gestantis, Ludovici XII. tempore capti.

Templũ S. Salvatoris. Templum iuxta arcem videas S. Salvatoris, ubi Comitum Blœsensium Ludovici & Guidonis, aliorúmque Principum magnifica cernũtur sepulchra. Sacellum in eo est, in quo condita, absque splendore tamen, Regina mater.

Sphæristerium. Sphæristerium etiam hîc est rarum, 57. passus longum, 20. latum: pro maixmo habetur

totius

totius Galliç. Audivi tamen perinde dici de S. Germaniano.

Aquaductus. Aquæductuum in vicinia admirandæ visuntur reliquiæ, tanti in latitudinem & altitudinem spatii, ut tres equites unà ingredi possint: Romanorum indubiè opera.

Orcheza. Duabus leucis abest locus quem Orcheze vocant: an ab orchestra Romanorum? Horreum C. Iulii Cæsaris fuisse incolæ aiunt.

Extra urbem visenda. Si fortè aut commoditas tua, aut loci elegantia, incolarũ comitas, aërisq; salubritas te invitent ut hîc moras nectas, possis in vicina videre loca sequentia:

1. Buzy. 1. Buzy, arcem 3. leucis distantem, magnificam & amplã. In medio areæ columnæ imposita est imago Regis Davidis æneæ, magni pretii æstimata: quæ Româ iam ferè ante seculum

eò translata traditur. Imperatorum & Regum imagines ibidem videbis quamplurimas: tum & monachi illius qui princeps pulverē tormentariū & consequenter bombardas invenit. Fossam terræ sigillatæ, & Orchezā uno eodéque itu accedere possis.

Vendo-sme. 2. Vindocinum, vulgò *Vendosme*, olim Comitatus, hodie Ducatus titulo insignitam urbē cum territorio *le Vendosmois* dicto. Comites & Duces recensui cum Ducibus Borboniæ suprà.

Ad radices montis in convalle sita est in ripa Leræ, vulgo *le Loir*, valde piscosi. Mons oppositus vina suppeditat optima. Castellum adiacet quatuor propugnaculis munitissimū. Mirū referunt de lacu in vicinia: qui 7. annos aquis stagnat, septē alios siccus est: & cùm siccus, apparent specus & abyssi, quîs stato tempore

Lacus mirabilis.

pore aquæ revertuntur. Revertentibus undis, ex certis obſervationibus incolæ prægnoſcunt fertilitatem ſequentium 7. annorum.

3. Caſtrodunum, *Chaſteaudun*, oppidum cum arce in edito colle ad ripam Leræ præterfluentis: natura loci, nec non opere munitum. Suburbia habet maiora & ſplendidiorum ædiū ipſa urbe. Dirutum miſerè fuit in noviſſimis bellis civilibus: ſed à civibus reſtauratum, ut rectè hoc inſignibus ſuis adſcripſerint ſymbolum: *Extincta reviviſco.* 3. *Chaſteaudun.*

Sed pergendum in noſtro itinere, & navicula denuo intranda.

Viſa ad ſiniſtram arce *Chaumont*, ſuperbè eminente, & præteritis multis habitationib⁹ ſubterraneis, Ambœcia, vulgò *Amboiſe*, *Chaumont.* *Amboiſe.*

magis continentia historiam obsidionis famis incredibilis, quæque Samaritanæ Ierosolymitanæ & Numantinæ, quæ à multis vix creditur, recenti exemplo fidem adstruat, postquã à cibis non humanis, ad carnes humanas etiam deventum fuit. Deditione facta Castræus, dux exercitus, muris oppidum exuit. Fœminæ hîc pleræque immanis ultra sexum staturæ. Dicituretiam masculi quid animi ipsis insitum. Certè strenuas se in obsidione præstitisse constat. Vidimus unam etiamnum superstitem quæ sclopetum gestans & excubias egerat, & adsultibus obsidentium repellendis crebrò interfuerat. Mœnia reparari cœpta erant, sed ab opere destitum.

Fames Sancerrana.

Fœminæ Sancerræ masculæ.

Reliquum Ligeris, hinc Aureliam usq; non navigavi. Prætereundum tamen tibi Geduniũ,

Gyan.

vul-

vulgò *Gyan*. (quod haut pauci Genabum veterum esse opinantur, refutati à Scaligero, & in Cosmographicis, à Merula) urbs nō ignobilis: & pòst Iargoliū, *Gergeau*, de quo suprà.

Aureliā reversus habitatā olim tibi urbē, quieti paucorū dierū nō iniucundę te dare, & cū amicis olim tibi paratis coversari, si bonagratia abisti, poteris. *Orleans*

Hinc commoditas cottidiana est tibi Blœsios descendēdi, modico æris.

Transeunda tibi hîc oppida Magdunum, (*Mehun sur loire*, ad differētiam cognominis sermone vernaculo in Biturigibus *Mehun sur Yeure* oppidi) Baugentiacū, vulgō *Bogency*: utrūq; in dextera Ligeris ripa, & hoc posteri⁹ sitū loco valdè amœno & fertili: quo 7. leucæ numerantur. Huc exteri quandoque *Mehun sur Loire.* *Bogency*

Au-

Aurelia secedere solent vitandi eiusdem patriæ civium sodalitatem & linguam Gallicam fideliùs excercendi. Sex inferiùs leucis abest oppidulum perexiguum *S. Dieu*. Qui tempori comparcere volunt, hîc egrediuntur navi, & vel conducto carro, aut si licet, equis vel etiam, si minùs sunt delicati, pedites abeunt, in vicinam arcem, *Chambourt*, & inde Blœsiam.

S. Dieu.

Chambourt.

Arx hæc adiacentes hinc atque hinc habet terras frugum feracissimas, sylvas feris abundantes, pagos & oppidula frequentissima. Cœpta fuit magnificum & verè regium in modum, à Magno Francisco I. cùm ex Hispanica captivitate reversus Madriti iconem prope Parisios etiam poneret: sed non perfecta, licet XII. annis continuis 1800. operarii in ea occupati essent.

ſent. Architectura operis ſtupendæ eſt elegantiæ. Eminus accedentibus iucundum præbet adſpectum turriculæ & camini in ſpeciem turricularum eminentes. Teſtudine adſcenditur duplici latiſſima, & ſic ut qui hinc atque inde unà progrediuntur colloqui poſſint, neutri alteris viſi. Gradus ſunt 274. Cùm in ſummo es, per medium foramen pilam, pomum, vel quidvis aliud rectà proiicias per relictum ſpacium in medio, in imum uſque. Rivulus prælabitur piſcifer: qui circumduci cœptus, ut cymbis arx circumiri poſſit. Parietes carbonibus nomina ſua inſcribentium ubique turpati, & quod riſum omnibus exprimebat, Friſii neſcio cuius Videbranci in omnibus angulis plus centies ſcriptum legimus.

Tres

Aurelia ſecedere ſolent vitandi eiuſdem patriæ civium ſodalitatem & linguam Gallicam fideliùs excercendi. Sex inferiùs leucis abeſt oppidulum perexiguum *S. Dieu.* Qui tempori comparcere volunt, hîc egrediuntur navi, & vel conducto carro, aut ſi licet, equis vel etiam, ſi minùs ſunt delicati, pedites abeunt, in vicinam arcem, *Chambourt*, & inde Blœſiam.

S. Dieu.

Chambourt.

Arx hæc adiacentes hinc atque hinc habet terras frugum feraciſſimas, ſylvas feris abundantes, pagos & oppidula frequentiſſima. Cœpta fuit magnificum & verè regium in modum, à Magno Franciſco I. cùm ex Hiſpanica captivitate reverſus Madriti iconem prope Pariſios etiam poneret: ſed non perfecta, licet XII. annis continuis 1800. operarii in ea occupati eſſent.

ſent. Architectura operis ſtupendæ eſt elegantiæ. Eminus accedentibus iucundum præbēt adſpectum turriculæ & camini in ſpeciem turricularum eminentes. Teſtudine adſcenditur duplici latiſſima, & ſic ut qui hinc atque inde unà progrediuntur colloqui poſſint, neutri alteris viſi. Gradus ſunt 274. Cùm in ſummo es, per medium foramen pilam, pomum, vel quidvis aliud rectà proiicias per relictum ſpacium in medio, in imum uſque. Rivulus prælabitur piſcifer: qui circumduci cœptus, ut cymbis arx circumiri poſſit. Parietes carbonibus nomina ſua inſcribentium ubique turpati, & quod riſum omnibus exprimebat, Friſii neſcio cuius Videbranci in omnibus angulis plus centies ſcriptum legimus.

Tres

Tres hinc leucæ restant viâ amœnissimâ Blœsiam conficiendæ, vulgò *Bloys*, urbem Comitatus titulo claram, in dextra Ligeris ripa coli adclinem, cui in sinistra oppositum est suburbiũ, quod pons saxeus (in quo pyramis anno 1598. erecta, cum inscriptione, dirutum in bellis civilibus pontem ab Henrico Magno restauratum, testante) urbi iungit. Aer hîc totius Galliæ saluberrimus, ut & Reges valitudini operam dantes, hîc vivere prætulerint, & Regum liberis educandis hic locus æquè ac Amboecia destinatus fuerit. Agri circum vitibus, segete, arborib⁹ fructiferis vestiti: fontes limpidissimi, rivuli pellucidi & grato murmure obstrepentes. Vinum commendatissimæ est bonitatis & salubritatis. Terra sigillata, bolis Turcicis virtute æquipollens

Bloys. *Sidus.* *Pons.* *Aeris salubritas.* *Commoditates loci.*

lens in vicinia ecfoditur. Agriculturæ & negotiationi in primis operam dant incolæ. Artificia insigniora sunt aurifabrorum, quorum inprimis horologia commendantur, & ephippiariorum: quippe enim vicinæ venationes pelles capreolorum huic artificio necessarias affatim subministrant.

Lingua Gallica purissima nō in urbe solùm sed & ruri, & in vicinis oppidis. Profitetur hîc illam exteris Maubasius, cui hujus professionis palmam tribuunt exteri. Extant præcepta eius & observationes, eruditè, nec ad vulgi modum, scripta: magis tamen proficua aliquantum progressis, quàm incipientibus. Incolæ erga peregrinos comes humani & officiosi; mūditiei & elegantiæ perquam studiosi. Plateæ huius urbis sunt angu-

Linguæ elegantia.

Incolarum mores.

Plateæ ædificia.

angustæ, nullius regulæ aut ordinis, nitidæ tamen & sine luto. Aedes saxeæ, cæruleo lapide, quem ardesiam cum vulgo voco, tectæ. Arce regiâ splendida superbit. Antiquam condidisse scribitur Gedon cognatus Rollonis Roberti, primi Normanniæ Ducis: sed hodiernæ conditores fuêre Ludovicus XII. & Franciscus I quorum symbola hinc inde, illius erinaceus, illius salamandra conspiciuntur. Introitus exhibet tibi Ludovicũ XII equitem, cum adsculpto erinaceo, & his versibus:

Arx regia.

Hic ubi natus erat dextro
Ludovicus Olympo,
Sumpsit honoratâ regia sceptra manu.
Fælix quæ tanti fulsit lux nũcia Regis,
Gallia non alio Principe digna fuit.

Visi-

Visitur in arce moletrina equis agitata: locus ubi Dux Guisius obtruncatus, alius ubi frater eius Cardinalis captivus detentus, & obscurus alius ubi fauces ipsius lapueo elisæ fuerunt. Ambulacrum in quo Regina mater Cath. Medicea spatia conficere solebat; cubiculũ, in quo mortua; & aliud, in quo per elegantes picturæ aliquot: & inprimis sex tabulæ omnis generis eduliorum, carniũ, piscium, avium, fructum, &c.

Hortus regius.

Arci proximus est hortus regius amœnissimus in duas partes divisus, superiorem & inferiorem Xystum (galeriam vocãt) 00. passuum longitudine, in eo debis noviter ab Henrico Magno exstructum, cui sub est cryptoporticus ex altera parte hortum inferiorem spectante aper-. Extra hortum ambulatio

G est

eſt amœniſſima inter arbores iſtic aliquot ordinibus poſitas, uſque ad ſylvam quæ mediæ leucæ ſpatio abeſt. Ex horto ſuperiore in inferiorem duplex eſt deſcenſus, & iſtic duplex ciſterna: fons etiam ſcaturientis aquæ ligneo tecto artifitiosè fabricato obtentus. In inferioris horti ambulacro deſtituta conſpicitur ſculptura cervi, cornu 24. ramorum geſtantis, Ludovici XII. tempore capti.

Templũ S. Salvatoris. Templum iuxta arcem videas S. Salvatoris, ubi Comitum Blœſenſium Ludovici & Guidonis, aliorúmque Principum magnifica cernũtur ſepulchra. Sacellum in eo eſt, in quo condita, abſque ſplendore tamen, Regina mater.

Sphæriſterium. Sphæriſterium etiam hic eſt rarum, 57. paſſus longum, 20. latum: pro maixmo habetur

totius

totius Galliȩ. Audivi tamen perinde dici de S. Germaniano.

Aquæductuum in vicinia admirandæ visuntur reliquiæ, tanti in latitudinem & altitudinem spatii, ut tres equites unà ingredi possint: Romanorum indubiè opera. *Aquæductus.*

Duabus leucis abest locus quem Orcheze vocant: an ab orchestra Romanorum? Horreum C. Iulii Cæsaris fuisse incolæ aiunt. *Orcheza.*

Si fortè aut commoditas tua, aut loci elegantia, incolarũ comitas, aërisq; salubritas te invitent ut hîc moras nectas, possis in vicina videre loca sequentia: *Extra urbem visenda.*

1. Buzy, arcem 3. leucis distantem, magnificam & amplã. In medio areæ columnæ imposita est imago Regis Davidis æneæ, magni pretii æstimata: quæ Româ iam ferè ante seculum *1. Buzy.*

pore aquæ revertuntur. Revertentibus undis, ex certis observationibus incolæ prægnoscunt fertilitatem sequentium 7. annorum.

3. Castrodunum, *Chasteaudun*, oppidum cum arce in edito colle, ad ripam Leræ præterfluentis: natura loci, nec non opere munitum. Suburbia habet maiora & splendidiorum ædiũ ipsa urbe. Dirutum miserè fuit in novissimis bellis civilibus: sed à civibus restauratum, ut rectè hoc insignibus suis adscripserint symbolum: *Extincta revivisco.* *3. Chasteaudun.*

Sed pergendum in nostro itinere, & navicula denuo intranda.

Visa ad sinistram arce *Chaumont*, superbè eminente, & præteritis multis habitationib⁹ subterraneis, Amboecia, vulgò *Amboise*, *Chaumont.* *Amboise.*

boise, te capiet: oppidum eo loco situm, qui nulli amœnitate & salubritate cedat, uti unà cum Blœsia regum liberorúmque regiorum selectum fuerit secessui. Minùs amplum sed nitidarum est ædium. Vineta in proximo sunt & sylvæ, unde opiparæ mēsis delitiæ. Lustranda hîc arx validissima, in contiguo monte collocata. Miraberis turrium crassitiem è Ligeris ripâ usque dum montis cacumini respondeant excitatarum.

Arx.

Cornu cervi monstratur in sacello arcis suspensum immensæ magnitudinis & multorum ramorum. Sunt qui verum, alii qui arte fabricatum dicunt. Fides sit penès illos. Ducêris in atria, cubicula, armamentarium tormentis grandioribus refertum, locum ubi subita & miserabili morte Car. VIII. obiit. Picti

cti in pariete conſpiciuntur coniuges duo magnæ & proceritatis & craſſitiei, cum pari ovium Indicarum. Neſcio cui officio in arce præfuerant. Ipſis mortuis, & par hoc beſtiarum vitæ paulo pòſt deſiiſſe ferunt.

Tribus hinc, & 12. Blœſiâ, miliaribus arx diſſita eſt *Chenonceau*, à Regina Chath. Medicæâ ædificata. Non vidi. Splendidiſſima eſſe fertur: & videri ibi ſtatuam Scip. Africani ex Lydio lapide pretioſiſſimam: alias ... rum marmoreas non parvi & ipſas pretii oẽs ex Italia magnis impenſis allatas. Alia ipſus videris, ſi eò excurrere è re tua putes. *Chenonceau.*

Ambœcia deſcendentibus prӕteribitur Burgus *Mont-louys*, nullarum ferè ædium ſuperficie terra extantium, ſed aliquot centuriarum quæ rupi inciſæ, quod mirum inſolitis ſpecta- *Mont-louys.*

culum, caminos tantùm in viridi cespite exporrigunt. Passim huiusmodi pagos integros & dimidios videas in Turania & vicinis regionibus.

Mox aderit Cęsarodunum Turonum, vulgò *Tours*. Vrbs in illa regione ad confluentiam Ligeris & Cari (*le Cher*) sita, quę propter amœnitatem incomparabilem hortus Franciæ audit: Ortelio etiam omnium totius orbis amœnissima vocari merita: vulgò *la Tourraine*, cuius incolæ *Tourrangeois* vocantur. A Turno Virgiliano nomen sunt qui derivent, ab eodémq; arcem exstructam narrent, sepulchrum etiã eius in propinquo ostendãt. Alii ad Troianos cõvolant. More multarũ gẽtiũ à celebratissimis his populis famã sibi & auctoritatem cõciliandi. Vrbs est nimis quam elegans, plateas habens lon-

Tours.

TVRANIA.

Vnde nomen.

Vrbis situs & elegantia.

longas & mundiſſimas, ædes parietum exteriorũ partem maiorem ardeſia veſtitas. Figura eius oblonga eſt. Metropolitana eſt, intérq; alios antiſtites agnoſcit B. Martinum & Gregoriũ Turonenſem, pluréſque habet ſuffraganeos, & ferè omnes Britannorum Andium, & Cenomanorũ, notatos aliis. Parlamentum Pariſienſe regnante Henrico III. huc translarum. Viget hîc negotiatio ſerica & lanificii magno lucro mercatores ditans. Diverſa colorum tinctura, inprimis ſerici, cui par nulla alibi in Gallia huius negotiationis ſuſtentaculum eſt. Sunt & ſui incolis reditus pinguiſſimi ex agris, vineis, hortis, pratis. Nobilitavit urbem clades memorabilis, quã in campis vicinis accepit numeroſiſſimus Saracenorũ exercitus ab inclyto Heroe Carolo Martello

Archiepiſcopatus.

Negociatio.

Clades Saracenorum.

tello. Mirum eſt ait Merula, ruſticos eius rei tanquam nuperæ memoriam conſervare.

Templũ D. Gratiani.

Templum elegantiſſimum eſt Divi Gratiani, opus Anglorum. Horologium in templi angulo poſitum videbis, quod inter alia dies anni, ſeptimanæ, lunæ incrementum & decrementum oſtendit. Miſſæ officium tintinnabula parva ſonant: ad quem ſonũ aperitur porta, qua presbyteri quidam ordine procedunt. Sacellum ponè chorum eſt elegans & columnis è ligno tornatis auróque obductis decorum. Duabus prominet turribus, ex quîs in urbem & circa eam deſpectus iucundus.

Templũ D. Martini.

Aliud templum amplum quidem ſed obſcuriuſculũ S. Martino dicatum: in quo buſtum viro ſancto erectum, clathris ferreis

reis circummœnitum. Tabulæ astic hi versus impositi:

Impia relligio furiis agitata malignis
Ossa viri sancti hic igne cremanda dedit.
Crudeles fuerant diro Phlegetontis ab amne:
Exciti tantum qui potuere nefas.

Perpetratum hoc fertur 8. Cal Iun. 1562. sub Rege Carolo IX. Item:

S. Martinus ad lectorem.

Tantùm olim confessor eram, nunc igne crematus:
Gente mala oblata est laurea martyrii.

Quid venerationis viro sacto tribuerint antiquitus, inde patet: quòd ut fertur, cùm solennia vel pacis vel matrimonii fœdera percutere voluerũt posteri Pharamũdi, id fecerint ad eius reli-

quias hîc servatas. Organum Musicum elegans & altare magnificum huic templo sunt ornamento.

Templū S. Saturnini. In æde S. Saturnini artificiosè depictam observabis historiam resurrectionis Dominicæ.

Arx. Arx ad Ligerim vetusta est & ruinis deformata, custodia illustriss. Ducis Guisii nobilitata. Paucis antequam istic appellaremus, diebus turris in fossam noctu prolapsa erat, cuius ruina quatuor captivos oppresserat.

Suburbia. Suburbia pulchra & ampla habet, eorum unum trans-Ligeranum eleganti ponte urbi connexum. Divertendum in suburbio ad Ligerim accedentē sito. Duo istic hospitia sunt, ad insignia trium Regum & trium Maurorum: meo tempore utrumq; dominā adgnoscebat viduā: quarū alteram matris Alemanorum

ioculari vocabulo appellabant. Altera Goguelina cognominabatur, penes quam equi cursores quos postę vocant stabulabātur. Nos quatriduum cum Goguelina substitimus, nec meminim⁹ nos mediocri pretio lauti⁹ exceptos fuisse unquam in Gallia.

Cabinet du Mōsieur le Chantre

Lustres in hac urbe pinacothecam (*cabinet* vulgò vocant) Canonici cuiusdam, *Monsieur le Chantre* dicti, optimi senis, reb⁹ rarissimis refertā. Inter alia isthic visuntur: lapis quo circūcisi Iudæorum infantes: scyphus ex cornu rhinocerotis, nil venenosi in se admittens: varii scyphi pretiosissimæ materiæ, unusque ex succino: manus ex lapide, ubi vena apparet instar veræ donata à Rege Hispaniæ nobili cuidam à quo redempta: Lares duo: imago Alexādri magni: cornu cervi marini: sceletos infantis, duos,

cum dimidio articulos digitorum æquans; vixiſſe & luſtricis undis adſperſum dicunt: Chamæleon: ſicli Iudaici: ſerpentiũ imamanium pelles: duo baſiliſci: pannus ex ligno textus, in quo Indi ſylveſtres ſomnum capiunt: pictura gehennæ artificioſiſſima: avis Paradiſi elegantiſſima: lapis Pontarbe, qui filo circumligatus in ignem ſi proiiciatur, à flammis immune præſtat filum: numiſmata vetera aurea, argentea, ærea plurima: & alia multa.

Alia rara. Vidi ab aliis adnotatum penès procuratorem quem, diu in Hiſpania & India peregrinatum tria rara viſa fuiſſe, Rolandi gladium, Librũ in pergameno Geographiæ Hydrographiæ artificioſiſſimè ſcriptum & pictum; membrum maſculum Monocerotis, maioris contra tox ca effi-

efficaciæ quã cornu. Horũ nihil ipſus cognovi: fraudandus tamen nõ videbaris rei relatione.

Ex ſpatieris hîc in locum ludi quem *Callemaille* vocant. In vera Tempe deductum te putabis, & obſtupeſces ad loci amœnitatem. Plus mille paſſus ęquat longitudo, arborum latiſſimarum ſeptem ordinibus loco opacitatem adferentibus. Cùm pluit, ludo interdictũ eſt pœna X. librarum: nec niſi areâ probè exſiccatâ vel inambulare licet. *Le callemaille*

Quin & paulo longiùs extra urbem ne contemnas ad hæc viſere loca: *Extra urbem viſenda*

1. Maius monaſterium, vulgò *Marmonſtier*, trans Ligerim, quò lembo conducto exiri ſolet. Cœnobium ampliſſimũ, amœniſſimum, monti accubuum. A S. Martino fundatum ſcribitur. Templum iſtic perelegans, *1. Marmonſtier* *Templũ.*

tri-

cum dimidio articulos digitorum æquans; vixiſſe & luſtricis undis adſperſum dicunt: Chamæleon: ſicli Iudaici: ſerpentiū imamanium pelles: duo baſiliſci: pannus ex ligno textus, in quo Indi ſylveſtres ſomnum capiunt: pictura gehennæ artificioſiſſima: avis Paradiſi elegantiſſima: lapis Pontarbe, qui filo circumligatus in ignem ſi proiiciatur, à flammis immune præſtat filum: numiſmata vetera aurea, argentea, ærea plurima: & alia multa.

Alia rara. Vidi ab aliis adnotatum penès procuratorem quem, diu in Hiſpania & India peregrinatum tria rara viſa fuiſſe, Rolandi gladium, Librū in pergameno Geographiæ Hydrographiæ artificioſiſſimè ſcriptum & pictum, membrum maſculum Monocerotis, maioris contra toxica effi-

efficaciæ quā cornu. Horū nihil ipsus cognovi: fraudandus tamen nō videbaris rei relatione.

Ex spatieris hîc in locum ludi quem *Callemaille* vocant. In vera Tempe deductum te putabis, & obstupesces ad loci amœnitatem. Plus mille passus ęquat longitudo, arborum latissimarum septem ordinibus loco opacitatem adferentibus. Cùm pluit, ludo interdictū est pœna X. librarum: nec nisi areâ probè exsiccatá vel inambulare licet. *Le câllemaille*

Quin & paulo longiùs extra urbem ne contemnas adhæc visere loca: *Extra urbem visendæ*

1. Maius monasterium, vulgò *Marmonstier*, trans Ligerim, quò lembo conducto exiri solet. Cœnobium amplissimū, amœnissimum, monti accubuum. A S. Martino fundatum scribitur. Templum istic perelegans, *1. Marmonstier* *Templū.*

tri-

tribus fenestris in modum rosæ ædificatis iubar diei splendidissimum hauriens. Multis gradibus ascenditur in domum Abbatis, ex qua prospectus iucundissimus. Custoditur hîc ampulla olei cælitus delati Regibus inungendis, similis Rhemensi. Inunctus eo fuit Henricus IV. Illam tamen alteram faciliùs quam hanc, uti videas, obtinebis. Cui rei cœlo missa fuerit sciscitantem docebunt.

S. Ampulla.

Plessis.

2. Arx *Plessis* cubiculis superbis distincta, ambulacris sive galeriis bellissimis ornata. Rex hîc degere solet, cùm in Turonibus agit. In medio hortorum sitam dicas. Viridarũ habet amœnissimum. Haut longè abest templum S. Cosmi, ubi Ronsardus, Poetarum Gallorum Homerus, sepulchrum nactus.

3. Capucini.

3. Monasterium Capucinorum:

rum: transfluvium in monte noviter ędificatum. Aedificium amplum & pulchrum.

4. *La caVe gouttiere*: caverna distans ab urbe 2. leucis. Faces lumen alluveant opus est intrantibus. Summũ intus frigus medio æstu: hyeme tepet. Desuper guttatim destillat aqua & cadēs in lapidem durissimum, vixq; malleis confringendum, congelatur. *4. La caVe gouttiere.*

5. Longiùs ab hac urbe evagari volenti adiri dignissimum est oppidum *Loche sur Indre*, cum castello rupi durissimæ imposito, inaccessibili & vix expugnando. Primæ huic tribuuntur inter fortalitia Gallicana. In propinquo ilic cœnobium est *Beaulieu*, ubi inter alia notabis pyramidem saxeam literis Gothicis inscriptam. Neque etiam longè hinc distat arx *Paulmy* una *5. Loche sur Indre.* *6. Beaulieu.* *7. Paulmy.*

una ex superbissimis & amœnissimis totius Galliæ Quin & Chinonum patria Rablæsii & locus in quo ad Regem Car. VII. perducta primùm Ioanna Darcia puella Aurelianensis.

8. *Chinō*

Saulmur.

Turonibus descendendum est Salmurium, *Saulmur*, urbē Ducatus Andegavini. Exigua est quà muris cingitur, sed si suburbia elegantissima hinc atque inde, tum in ponte & trans Ligerim adnumeres, maximis accensenda. Ponte pulcherrimo stratus est fluvius: éstque in eius initio area amœnissima, quotidie, cùm sudum est, magno in ambulantium numero celebrata. Insulæ aliquot ordine habitatæ. Suburbium trans Ligeranum munitum est vallo & fossa; pons, turre crassa & prægrandi. Vrbs ad radices montis sita est, in cuius culmine arx fortissima eminet.

Pons.

Pro-

Propugnacula, *esperons*, tria habet versùs urbem ex ſaxis quadruis prægrandibus. Campos versùs aggerem habet terreum foſſa circumductum: opus inchoatum. Nullibi vidi amœniorem proſpectum, quàm ex hac arce, in Ligerim & planitiē ſubiectam latiſſimam, arboreto iugi viridem. Vrbis mœnia ſunt elegantiſſima, & ſibi, turribúſque quibus interſtinguuntur, perpetuò reſpondentia. Vrbs una eſt ex illis quæ in ſecuritatem datæ illis quis à Religione nomen inditum: qui & templū hîc habent elegantiſſimū Germanis, Belgis & Anglis valde frequentatur, propter loci amœnitatem & victus tolerabile pretium: tum quòd plerorumq; exercitiorum, quæ exteri addiſcere ſolent, magiſtri hîc inveniuntur. In extremo ſuburbii, quà Liger

Arx.

Proſpectus ex arce.

una ex ſuperbiſſimis & amo
8. *Chinō* ſimis totius Galliç Quin & C
nonum patria Rablæſii & le
in quo ad Regem Car. VII.
ducta primùm Ioanna Da
puella Aurelianenſis.

Saul-mur. Turonibus deſcendenc
eſt Salmurium, *Saulmur*, u
Ducatus Andegavini. Exigu
quà muris cingitur, ſed ſi ſub
bia elegantiſſima hinc atqu
de, tum in ponte & trans L
rim adnumeres, maximis ac
Pons. ſenda. Ponte pulcherrimo ſt
eſt fluvius: éſtque in eius in
area amœniſſima, quotidie,
ſudum eſt, magno in ambu
tium numero celebrata. In
aliquot ordine habitatę. Sub
bium trans Ligeranum mu
tum eſt vallo & foſſa; pons,
re craſſa & prægrandi. Vrb
radices montis ſita eſt, in c
culmine arx fortiſſima em

Propugnacula, *esperons*, tria habet versùs urbem ex ſaxis quadruis prægrandibus. Campos versùs aggerem habet terreum foſſa circumductum: opus inchoatum. Nullibi vidi amœniorem proſpectum, quàm ex hac arce, in Ligerim & planitiē ſubiectam latiſſimam, arboreto iugi viridem. Vrbis mœnia ſunt elegantiſſima, & ſibi, turribúſque quibus interſtinguuntur, perpetuò reſpondentia. Vrbs una eſt ex illis quæ in ſecuritatem datæ illis quîs à Religione nomen inditum: qui & templū hîc habent elegantiſſimū Germanis, Belgis & Anglis valde frequentatur, propter loci amœnitatem & victus tolerabile pretium: tum quòd plerorumq; exercitiorum, quæ exteri addiſcere ſolent, magiſtri hîc inveniuntur. In extremo ſuburbii, quà Ligor

Arx.

Proſpectus ex arce.

Liger adlabitur, sacellum est dicatum *à nostre Dame d' Ardillier*: quod valde celebratur ab ægris, propter miracula, quæ dicuntur edita in corporibus morbidis. Libellus eâ de re extat Gallicè sctiptus. Ex eadem parte ad medium miliare sunt lapidicinę, in quîs ad mediam leucam sub terra inambulare possis. Cùm calet maximè, istic frigebis. Cave tamen sudās aut nimis æstuans ingrediâre. Ex altera parte pratum longissimum est *le Chardonnet* dictū: quo transmisso accedes ad Abbatiam S Floriani: ędificium superbum, munitum, fossis circumdatum. Monstrantur ruinæ duæ factæ duobus tormentorum ictibus, cùm ab Admiralio Colinio osideretur & per deditionem caperetur. Reversus ab huiusmodi ambulationib. indubiè

Nostre Dame d' Ardillier.

Lapidicina.

Chardonnet.

S. Florā.

biè sub hunc æstum sities vel- lésque propinari tibi poculum vini ex cella bene frigida deprōpti. Abi ad insigne mori, *au meurier*, vix alibi refrigerium tibi obtinget magis ex voto tuo.

Medio circiter Iulio huc pervenis, ex ratione viarum à me descripta Substitum hîc oportet ad medium circiter Augustum. *Extra urbem visenda*

Duplici interim vice hinc in vicina loca aditu dignissima excursum abs te velim: idque mox sub adventum tuum, cùm hospitium conduxeris, antequam tamen in illud te transferas, ut bidui aut tridui sumptuum compēdium facias:

1. *La Flecbe*, urbem amœnissimo ad Meduanæ flumen, *Mayene*, loco sitam. Dignam quæ Musis inhabitetur. Hēricus Magnus hūc conceptionis suæ locū *1. La Flechè.*

ædi-

ædificio & palatio plusquam regio ornatiorē reddidit: quòd Iesuitis habitandum concessit. Triplex est area, triplex ædificium, templum magnificum. Tribus Regibus, cum regiis satellitiis excipiendis sufficeret. In sacello supra gradus altaris suspēsam capsulam auream aut deauratam in cordis figuram factam videbis, quâ cor Henrici IV. conditum adservatur. Hospiteris ad insigne 4. ventorum, *aux quatre vents*: Bene lautéque tibi pro mediocri pecunia erit. Diem in itum, aliam in moram, tertium in reditum impendere oportet, nisi bono vectore utaris & valde maturè Salmurio exeas, ceu feci cum meo comite, ut ire, videre, redire biduo possis. In oppido *Boge* non ineleganti refectio & tibi & vectori tuo sumenda.

2. Vno

2. Vno itu bidui spatio si summo mane exeas, possis accedere hæc loca: Arcem *Bresay* fossa profunda & cavernis subterraneis innumeris circumdatã, atq; ideo difficulter, si præsidium & commeatum habeat, etsi superiora omnia sint solo æquata, expugnabilẽ. Monstratur sphæristerium collapsum in quod olim ex loco satis alto ceciderat vigilum unus, qui stationem istic agens obdormiverat. Hortus contiguus elegans est, & inprimis cupressetum. Reficiatur modico fœni & avenæ vector tuus, ut sufficere possit Iuliodunum, *Loudun*, urbem cum arce, quæ à C. Iul. Cæsare condita credita creditur, moveas. Accersas ad te virum optimum & non ineruditum, olim cum istic locorum agerem, hospitem meũ *Mõsieur du Peyrat*.

2. *Bresay*.

3. *Loudun*.

cxIc

exterorum amantem. Ex illo curiositati tuæ, quà hæc loca satisfiet. Laudatus est panis croco coloratus, quem, qui ex vicinis oppidis negotiorum gratia huc abeunt, domum redeuntes liberis aut amicis adferre secum solent. Cum eò Pictavio movissemus, & amicos nostros, per ministerium ducis nostri reverrentis, hac ambrosiâ beassemus: unus ex illis ludibundus epigramma ad me Pictavia amandabat, qud ferè excidit. Erat tamen præter propter tale:

Cur Leodunenses croceato vivere pane
Malint, quàm solito, dicite vos hodie,
Vos qui Luduni mavultis degere ruri,
Quam cum candidulis vivere Pictonibus.

(Interiectum erat integrum ad-

adhuc distichon quod excidit.)

Ignavum fucos genus à præsepibus arcent
Musa, vos fucis vivere nõ pigeat?

Cui ludibundus similiter rescribebam:

Quæris amet croceos quare vicinea paves,
Meq́ hodie nodum dissolvisse velis.
Quare ita festinas? qui me, cùm longiùs absum,
Dicere vult hodie, *quærere debet* heri.

Ac insuper:

Cur fucos adeò nostræ perstringitis urbis,
Quos tamen hinc minimè vos petiisse pudet?
Ede mihi causas, sic nulla perederit unquam
Fuligo faciem, candide Picto, tuam.

H Non

Non ægrè feret cùm videbit hæc, candidus ille animo revera, non æquè facie, Picto, me iocorum nostrorum hîc meminisse, & videbit memoriam sui penès me adhuc esse integram & illibatam. Præter hanc meliorem huius orbis notam, est & alia totius territorii Iuliodunensis (*Loudunois* vocant) quòd prægrandium gallinarum copia infinita abundant: vulgò *les poulles de Loudun* appellãt. Prandio hîc sumpto eiusdẽ diei vespera
4. *Touars*. Touarsium Principis Trimolliani urbem cum arce splendida pergere possis: in colle ad fluvium ······ sitam. Duas trésve horas matutinas impendere potes urbis & arcis magnificæ, in
* qua hortus perelegans, lustrationi. Pòst in transitu viso ad leucæ circiter spatium horto Principis peramœna tendas Dovæum,

væum, *Douay*, pagum oppidi in modum amplum & ædificiis ornatum. Vbi videbis amphitheatrum XXII graduum maximam partem rupi nativæ incisum absque ulla externa, uti Merula loqui amavit, materiatione calcis, arenæ, lignorum. Iustus Lipsius *lib. de amphith. quæ extra Romam, cap.* 6. addit aliquid amplius quàm pagum fuisse hunc locum, cùm ex hoc non pagani operis monimento, tum ex viæ antiquæ publicæque reliquiis, quæ ex pago eodem pertinuit ad pontē Cæsarianū, vulgò *Pont de Se*: cuius viæ p rs adhuc variis locis conspicitur, pars autem maxima corrupta est., lapidibus in ædificia absumptis. Plura vide apud Lipsium allegato loco. Solent etiamnum incolæ quotan-

5. *Douay* *Amphitheatrū*

nis exhibere in eo Comicôs ludos.

Quòd si non superat tibi tantum tēporis ut omnia hæc nunc adeas, itum saltem velim Dovęum. Cætera obire possis cùm Pictavii eris.

Pont de Se. Salmurio tandem descendendum in oppidum cum arce in insula Ligeris situm, *Pont de Se.* Sunt qui pontem Cæsaris appellatum velint: alii à Germano derivāt, ut sonet pontē stagni: ꝗ Ligeris istic latissimè se diffundens magis stagni quàm fluvii faciem præbeat. Inde parvâ leucâ distat Andegavum, quò pedites ire solent, conducto sarcinatore impedimentis portandis. In qua urbe quod reliquum est Augusti, & Septembrem integrum substitum velim.

ANIOV. Provincia Andina sive Andegavensis, vocatur vernaculè *Aniou.*

Aniou. Termini eius sunt ab Ortu, Turones; à Meridie, *Pictones*: ab Occasu, Britanni, à Septentrione Comitatus *la Val* & Cenomani. Regni antiquitus, pòst Comitatus, tandem Ducatus titulo insignita. Comitum, qui plerique aut Fulcones aut Gotefredi vocati, successionem vide apud Merulam pag. 490. Ego enim festino. A Rege Iohanne Ducatus factus & filio Ludovico concessus, hos agnovit Duces: Ludovicum I. Ludov. II. Ludov. III. Renatum, Carolum: quorum historiam habes in libello Francisci de Clapperiis de Comitibus Provinciæ. A tempore Ludovici XI. Coronæ Franciæ reunita & appennagium tertiò nati filii Regis facta fuit, cui inde Ducis Andini nomen. Multa habet flumina, & sunt qui ad 40. numerent. Montes,

colles, vineta, nemora, ſylvas, prata, eryceta, ſtagna, lacus, rivulos, fontes hîc non requiras. Vinum album celebratiſſimæ eſt bonitatis: *le vin d' Anion.*

Caput Provinciæ eſt Andeganum vulgò *Angers*, urbs Meduanæ flumine interſecta & ex utraque ripa in collis crepidinem exſurgens. Longo & eleganti utrinque ædificiis maiorem partem obſito ponte urbis utraque pars coniungitur. Arcem habet in editiori loco fortiſſimam, foſsâ profundâ & rupi incisâ circumdatam. Ambiunt illam illam 18. turres craſſæ & rotundæ, colore lapidum ſubnigro horrendæ. Cōditor ignoratur. Aiunt ædificatam à Regina Siciliæ, Rege Comite Andiū abſente & cœptorum ignaro. Reverſum ipſum, ut paria coniugi faceret, ædem D. Mauritii ex-

Angers.
Situs.
Arx.

excitasse. Alii Anglorum opus ferentur. In arcem exteris facilior est aditus quā indigenis. Transeundæ aliquot portæ & pontes antequam intus sis. Cúmque unum pontem superâris, illum elevant atq; egressum obserant, antequam ulteriùs intromittaris. Visuntur aliquot tormenta in vallo collocata, quîs insignia & nomen Ducis Brunsuicensis, tum aliorum Dynastarum insculpta. Inter alia in duobus leguntur hæc verba:

Der Wotsack bin ich genant/
Mich hatt Graff Hoyer zu Mansfeld Graff Wilhelm vff Dillenburg zu einem Willkum gesant.

Machina præterea ostenditur ex ea parte qua præcipitium

est versùs præterlabentem Meduanam, qua immensi ponderis sarcina à duob. facillimè ex imo attrahi potest: licétque ipsis interquiescere, quum libet, sine metu ne relabatur onus.

Templa plurima habet, quîs excelsissimæ iunguntur turres: Vnde proverbio iactatur de hac urbe: *Basse ville, hauts clochers: Riches putains, pauures Escoliers.* Duo priora vera observavi.

Templū D. Mauritij. Primum & Cathedrale Templum est dicatum S. Mauritio, tribus turribus eminens, quarū media cùm veluti arcui imposita sit & communibus cum exterioribus duabus sustētetur fundamētis, sunt qui pro miro narrent, se vidisse turrem in aëre pēdulam, nullo fulcro terræ iunctam. Pretiosum custodiri in eo aiunt thesaurum, qui publicè

cè exponitur in Festis maioribus iisque paucissimis. Quædam eius, & inter alia gladium D. Mauritii vaginæ argenteæ inditum, vidimus. Vna ex hydris Cananæis ostenditur in choro, coloris rubei ex lapide iaspidi non absimili: quam Renatus Rex Siciliæ & Solymorum, Ierosolymâ huc asportari curasse perhibetur. Sepultura hîc est Regis Renati, cum hoc Epithaphio, ineleganti quidem nec bene metrico, pio tamen:

Regia sceptra luis rutilis fulgentia thronis
Dum quondam recolis, pressa & nunc pulvere cernis.
Marcescunt flores, mũdi laudes & honores:
Gloria, fama levis, pompa rerũ fastus inanis.

Vna parit Reges & vulgus
terra potentes.
Quos dedit hæc repetit: mor-
talia cuncta recondit.
Mors dominis servos, & tur-
pibus æquat honestos,
Vnus erunt cumulus, Rex,
pastor, inersq; peritus.

Imago Regis ab ipso picta istic posita cernitur adinstar sceleti: induta habitu regali & coronam gestans. Ipse Aquis Sextiis obiit.

Templũ D. Iuliani.

In templo D. Iuliani in tabella picta est imago B. Virginis, cum hac inscriptioue*: *Ceste præsente imaige est faicte au patron de celle qui est reuerée & honorée en l'Eglise de nostre Dame de populo à Rome, qui fist Monsieur S. Luc, durãt la vie de la Vierge Marie, comme appert par la bulle qui est au reliquiere de l'Eglise de ceãs, à l'hõneur de la*

la dite Dame, Maistre Iean de Pōthoise archeprestre de la Fleche & Chanoine de ceans a fondé toutes les crastines de sept festes de ladite Dame 1531. Custoditur istic & ostenditur tunica S. Licinii Episcopi & Comitis Andegavensis, quæ *32.* circiter annis citra ullius corruptionis vestigiū in sepulchro delituerat. Mille & quod excurrit iam ab eo tempore elapsi sunt anni, Cingulo ipsius hæc verba inscripta legi: *Cingulum fidei me divinæ circumcingat custodia, Atq; suis undique invictissimis muniat armis.* S. Iuliani ibidem imago inaurata visitur. Tum lapis coctilis ex ædificio ædis Laurettanæ. In cœmiterio lapidi, qui pro basi est impositæ cruci, leguntur hæc inscripta: *Vxori optimæ T. Flavius August. lib. Asiaticus.*

Templū S. Cyri. Fxtra urbem, quà Meduana adlabitur insinistra ripa ædes est D. Cyro, *S. Cerge* dicata, ubi duo altaria cum imaginibus artificiosè sculptis notabis. In altero est historia resurrectionis Dominicæ: in altero sepultura & adsumptio B. Virginis, ubi inter alias imagines videbis unam faciem avertentis, quam dicunt referre ipsum sculptorem magistrum, ideóque aversam suam voluisse faciem, quòd non esset Catholicæ Romanæ religionis.

Capucini. Ex adversa ripæ parte in colle, Capucinorum cœnobium è fundamentis recens-extructum est loco amoeno. Rex ipse Henricus IV. primum lapidem iecit sub altari. Rei testimonio æneæ tabulæ hi versus insculpti istic leguntur.

Ce grand Henry qui rend nos iours si beaux & calmes,
Dont le front est orné de lauriers & de palmes.
Pour marque memorable à la posterité
De son zele enuers Dieu, & de sa pieté.
Dessoubs ce grand Autel mist la premiere pierre,
Et voua son desir & ses vœux en ce lieu.
Monstrāt que si sa main fut ardente à la guerre,
Son cœur ne le fut moins au service de Dieu.

Propiùs etiam urbem (de omnibus enim templis referre nimis prolixum esset) visitur hortus cum contiguo xysto sive ambulacro Regis Siciliæ Renati, Ducis Andium, manu picto. Ædes in proximo sunt, secessui & recreationi eiusdem factæ. *Hortus & xystus Regis Siciliæ.*

Insignia regia ex saxo insculpta lapidi in muro exteriori posita adhuc cognoscas. Nunc à pauperculis incoluntur, & vel ideo merentur videri ut pateat αὐτάρκεια & modestia veterum in tam sublimi fortuna positorum.

Theatrum. In suburbio quod Salmurium ducit in medio hortorum ostenduntur ruinæ & locus theatri quondam. *Grohan* nunc dicunt. Numismata vetera frequenter istic eruuntur.

Extra urbem viseda. Extra urbem ad hæc visi solet loca:

1. Lesperrieres. Dimidio paulo plus leucæ abest lapidicina, ex qua id genus lapidis cœrulei & fissilis ædium tectis obducendis, quod ardesias vocant, eruitur. Miræ profunditatis fossa est. Aquam educunt machinis robore equino circumactis, Quies huic machinæ nulla

nulla toto anno, nisi Paschatos feria prima.

2. Arx Brissacensis recens ædificari cœpta & bonã partẽ absoluta, cum vivario adiacẽte. Quatuor leucis Andegavo abest. 2. *Brissac.*

3 Arx *verger*, ex alia parte ad 3 miliaria, ni fallor, abest. Dicũt magnificam esse, ipsus nullus eam vidi. 3. *Verger.*

4. Solent qui hîc agunt exteri commodo tempore exire visum Britanniam, ac inprimis *Rhedones. Dinan, S. Malo, S Michel, Aurãches, &c.* Tui nũc arbitrii est an commodè facere id possis: norísq; pòst occasionẽ parem oblatum tibi non iri. Quin Andegavũ revertẽtes Cenomanos (*Mans*) & Fleschinam transire solent. Quod si tibi faciundũ putes, Salmurio cò exire nihil attineat. Sufficit mihi indicasse de hoc itinere, cui faciundo suppetit 4. *Excursus in Britanniam.*

petit quod decerpas ex tempore Andium civitati indulgendo.

Andegavo cum inchoante Octobre discessum, & secundo Meduanæ flumine ulteriùs descensum ex mea itinerum descriptione oportet.

Rochefort. A sinistro navigantibus confectis quatuor leucis paret turris semiruta arcis fortissimę Rupis fortis (*Rochefort*) sub finem bellorum civilium destructæ: & ex qua Andegauenses valde vexati fuerant ab illis qui eam tenuerant.

Monteian. Noctu diverti solent nautæ in pago *Monteian,* si nomen rectè notavi, ubi utrinque Ligeris ripa arce eleganti decorata est.

Encenys Præteribis pòst *Encenys*, oppidum cum arce, Et tandem Nannetum Britanniæ urbem ingredieris.

BRITANNIA. Britannis nomen inditum vo-

lunt

lunt à Britanno, uno temporibus Herculis ex Regibus Gallię, teste Parthenio. Galliæ Belgicæ populus unà cum Ambianis, Morinis, & Bellovacis à Plinio memorantur. Inde in adversam insulam Albionem concessisse, noménque ipsi Britannię dedisse putantur. Illa verò nostra Galliæ pars, ubi olim Nannetes, Rhedones, Veneti, Diablintes, Osismii & alii, Britannis à Maximo, tyranno, quem Ausonius Britannum latronem appellat *carmine de Aquileia*, habitanda concessa fuit, quòd eorum favore & auxilio Gratianum Imper. extinxisset: quod factum circa annum Christi 376. refert Sigebertus. Ex quo tempore Britanni hunc incoluerunt Galliæ Angulum: in quem multo maior quoque Britannorum vis cum suis Episcopis

vocibus Celticis, quas prisci scriptores laudant, etiamnum istic superstitibus. Aremorica vocata fuit olim pars ad mare vergens: vid. Plin. 4. *Nat. histor. cap.* 17. Cæs. *lib* 7. *bell. Gall.* nominis etymologiâ Britannicâ. *Armor* enim priscis Britannis significabat *ad mare*. Comites suos habuit & pòst Duces: quorum genealogiam vide apud Merulam pag. 542. 543. Nonus ultimúsq; Ducum fuit Franciscus II. cuius filia desponsata quidem fuit Richardo VValliæ Principi, & pòst Maximiliano I. Imperatori: sed nupta Carolo IIX. & pòst Ludovico XII. Galliæ Regibus, ad coronam Franciæ Ducatum hunc transtulit.

Vrbs Nannetum, vulgò *Nantes*, non adeò est ampla: sed munitissima, muris, turrib⁹, propugnaculis, fossis. Infimo loco ad *Nantes.*

Li-

Ligerim castellum habet fortissimum. Suburbia etiam aggere iacto circumducta sunt. Episcopalis sedes hîc est. Sepulchrum Francisci II. ultimi Ducis Britanniæ in templo (nescio an Augustinianorum) vidimus magnificum, à Michaële Columbo artifice peritissimo factum. Vrbs Mercurialis est propter commoditatem portus in Ligeri, qui æstum marinum nunc sentire incipisset. Adscendunt huc usq; naves in Oceano ambulare consuetæ, sed nõ maximæ: quîs ad 4. aut 6. leucas inferiùs hærendum. Ponte ligneo longissimo transitur hîc Ligeris. Hospitium probum habuimus *au chapeau rouge*, in suburbio.

Commoditas Rupellã eundi.

Rupellam hinc eundum cum tabellione, qui quot septimanis eques it & redit. Abitus dies est.

est Mercurii. Quòd si tamē præfestines, antevertit tēpus. Solvūtur 10. 11. 12. Frāci, prout cōveniri minimo potest cū ipso, pro vectura & victu. Tertia die te istic sister. Transibis burgum *Montaigu*, ubi arcis rudera, & aliquam multos ignobiles pagos. Hos annotavi: *S. Ieorge*, 7. leucæ: *Fargen*, 2. *Chantonay*, 3. *Langon*, 3. Rupella, 7.

Rupella in tractu Alnetensi aut Alnisiensi, ut Alii malunt, inter Pictonium inferiùs & Santonium, (quanquam huic olim accensebatur) & Oceanū Aquitanicum sita est. Vulgò *le pays de Aulnis* vocatur, nomine, ceu vulgus opinatur, inde ipsi indito, quòd Francorum rex quidam Anglos bello persequens dixisse fertur, se rebus suis satis supérq; prospecturum, si singulis diebus hostibus saltem unam territorii ul- *Pays d'Aulnis.*

ulnam (Galli *aulne* dicunt) eripiat. Sed antiquior videtur *Alnisiẽsis pagi* appellatio quàm ut hanc etymologiam ferre poſſit. Vide Mer. *pag.* 520. Alio vocabulo ab urbe territorium hoc *le Rochellois* appellatur.

La Rochelle.

Vrbem ſex circiter ſeculorum putant, eique ædificandæ portus commoditatem præbuiſſe anſam. In Anglorum fuit poteſtate, ſed illis expulſis regno Frãciæ ſe iungens ampliſſima à Carolo V. anno 1362. meruit privilegia: quorum potiora, de non exſtruendo iſtic caſtello, nõ alienanda urbe à corona Frãciæ, facultate monetam cudendi, non cogendo ad contributionem, & quæ ſunt huiuſmodi alia. Maiorem urbis habet magiſtratum annum & primum, quem eligunt 24. Scabini: quos omnes officium nobilitat, ſi pòſt à merc-

catu-

catura abſtineant. Electio ſic fit: tres quotannis nominantur, ex his unus à Rege approbatus ſolus electus cenſetur. Maior ille quotieſcunq; in publicũ prodit, ſtipatus eſt ſatellitum tunicis bicoloribus indutorum numero: quandoq; & ſenatorum aliquos laterones habet. Iurisdictionẽ tamen habet limitatam & de rebus nocturnis tantùm cognoſcit: Diurnæ à Præſide ſive Vicario regio diiudicantur. Appellationes rectà Pariſios, nec Burdigalam, devolvuntur. Sũma, ſuperiorem non agnoſcit Maior cum Senatu alium præter Regem & Principes ſanguinis.

Mœnia. Munita antè fuit mari, paludibus, & quà terra adiri poteſt, muris, turribus, propugnaculis ſed antiquum ad modum factis. Deſcriptionem huius munitionis elegantẽ habes apud Thuanum.

num *hist. lib. 5. in historia anni* 1573. Sustinuit tamen ita munita obsidionem arctam & diuturnam anno 1573. passa plurimos insultus infestissimos, inprimis ad duo propugnacula Evangelii & fœminarum dicta. Nunc magnam partem novis mœnibus & propugnaculis ad hodiernas regulas circumvallata, opere absoluto vix ulli munitissimæ urbi cedet.

Portus. Portum habet inter mœnia, non tamen multarum navium capacem: clauditur catena ex turrium alterutrâ in alteram ducta, quæ hincinde ad introitum collocatæ sunt crassissimæ. Laxare catenam & aditum aperire manè unius hominis opus est, adstringere vesperi & claudere portum non pauciorum quinque: idque certa machinâ huic rei factâ. Præfectus catenæ à sin-

à ſingulis navigiis grandioribus quæ exeunt quinos habet aſſes, à minoribus duos & dimidium. Piſcatores revertentes mari capturæ ipſum participem reddere tenentur: cui rei corbis iſtic fune demittitur & immiſſum attrahitur.

Plateas habet amplas, nitidis & ſplendidis ædificiis ornatas aliquot: ſed nonnullas fœtidas & inelegantes.

Incolæ in commune agreſte olim hominum genus. (verba ferè ſunt magni viri) mercaturæ ac rei nauticæ deditum, quæſtus avidum, ac natura ſuperbum: poſtea cultu & uſu paulo mitigatum, ſuperioribus tamen bellis, ac in primis noviſſimo ſuarum virium facto periculo audaciùs redditum. Hodie inſolentem ſe gerit erga adventantes fæx populi ad portas excubias agsẽ, *Incolarum genius.*

ut nisi retecto capite totum excubitorum ordinem, etsi longum, transeas, periculum tibi sit ne ex equo deturberis. Illustrium familiarum Germani non semel hoc experti, frontémque adeo perisse de rebus mirati fuêre. Primores tamen populi ab his moribus mihi visi sunt alieni. Nec dememini quid humanitatis cum istic essemus nobis ab ipso urbis Maiore, cui aliunde commendati fueramus, exhibitum fuerit: cùm stipatus quatuor senatoribus & satellitio ordinario cinctus ad nos in hospitium visere, nósque hinc inde circumducere dignaretur. A fæce igitur huius populi caveas tibi, à flore nihil metuas, imò omnem humanitatem expectes. Arcem olim habuit, sed diruta iã olim fuit. Nunc in area vicina templum noviter excitatum

tum elegans, figuræ ovalis. Ligneum opus lapideo impositū visu inprimis dignissimum: tignis ita invicem nexis, ut, etsi nullis in medio sustententur fulcris, mutuò se solis muris imposita sustentent.

In Basilica urbis iuxta Henrici IV. effigiem ad vivum expressam, videbis genus navigii ex arborum corticibus, quo sylvestres Indi uti dicuntur. *Basilica*

Salis eiusque candidissimi conficiēdi miram propè urbem observabis artem & industriam, ex aqua marina in factis ei rei lacubus & areis hyberno tempore conclusa, retenta, & solibus æstiuis exsiccata. *Salis cō-fectio.*

Si quò excurrere hinc tibi libeat, adire possis insulas in mari ad 4. aut 5. leucas propinquas, quarū duæ præcipuæ sunt *l' Isle* *L' isle de Rays Oleron.*

ut nisi retecto capite totum excubitorum ordinem, etsi longum, transeas, periculum tibi sit ne ex equo deturberis. Illustrium familiarum Germani non semel hoc experti, frontémque adeo perisse de rebus mirati fuêre. Primores tamen populi ab his moribus mihi visi sunt alieni. Nec dememini quid humanitatis cum istic essemus nobis ab ipso urbis Maiore, cui aliunde commendati fueramus, exhibitum fuerit: cùm stipatus quatuor senatoribus & satellitio ordinario cinctus ad nos in hospitium visere, nósque hinc inde circumducere dignaretur. A fæce igitur huius populi caveas tibi, à flore nihil metuas, imò omnem humanitatem expectes. Arcem olim habuit, sed diruta iã olim fuit. Nunc in area vicina templum noviter excita-

tum

tum elegans, figuræ ovalis. Ligneum opus lapideo impositū visu inprimis dignissimum: tignis ita invicem nexis, ut, etsi nullis in medio sustententur fulcris, mutuò se solis muris imposita sustentent.

In Basilica urbis iuxta Henrici IV. effigiem ad vivum expressam, videbis genus navigii ex arborum corticibus, quo sylvestres Indi uti dicuntur. *Basilica*

Salis eiusque candidissimi conficiēdi miram propè urbem observabis artem & industriam, ex aqua marina in factis ei rei lacubus & areis hyberno tempore conclusa, retenta, & solibus æstiuis exsiccata. *Salis cōfectio.*

Si quò excurrere hinc tibi libeat, adire possis insulas in mari ad 4. aut 5. leucas propinquas, quarū duæ præcipuæ sunt *l' Isle* *L' isle de Rays Oleron.*

de Rays & Oleron vini frumentique feracissimæ.

Terra exire possis visum fortalitium *Brouage* cum portu maris contiguo: tum & urbem *Taillebourg*, cum castello munitissimo, Ducis Tremolliæ.

Brouage

Taille-bourg.

Quin & audio in vicinia Hollandis quibusdam petentibus à Rege Henr. IV. indultum fuisse, haut exiuum terræ eluvie marina obtectum industria sua ab undis liberare & frugibus ferundis pascuisque idoneum reddere: (veluti nuper in Pemestero Hollandiæ Borealis lacu factum vidimus) immunitate insuper ad multos annos ipsis à muneribus patrimonialibus concessa. Rem probè sub manus successisse, & re nato vocabulo id territorii in vulgus parvam Hollandiam vocari perhibent. Vnius dici iactura ne patiaris te ab-

absterreri, ne in ipsa Gallia Hollandiam videas.

Rupellâ mari te abire velim Mornacum usque ad xxv. leucas. Vecturæ pretium ordinariũ sunt 12 $\frac{2}{1}$ asses. Inde meritoriis totidem solidorum mercede conductis, Roianum ad Garumnæ æstuarium situm oppidum contendes. *Mornac.*

Hinc non penitebit te enavigasse ad turrim Cordanam, *la tour de Cordan*, pharum prenobilem, scopulo impositã, & haut ita pridem Henrici Magni iussu renovatam. Geminus hîc ante ostiũ Garumnæ scopulus. Asellos vocant. Septentrionalior, Norderesel: Australior cui turris Cordana imposita, Sunderesel Belgis vocatur. Indubiè promontorii Curiani sunt reliquię. Haut procul hinc abfuit insula *La tour de Cordan.*

Antros, & in continenti Noviomagus altera Biturigum Viviscorum urbs, idem fatum cum Curiano experta, de quîs tetigi in Burdigala *cap*. 2.

Bourdeaux. Roiano æstu maris accedente gemino, si mediocriter ferente vento utaris, Burdigalam prætéritâ Blaviâ adscendes, iterum duodecim & dimidii solidorum mercede in caput constituta. Seligas tibi peritum nautam, nec cuivis obvio fidas. Nec enim ludus est Garumnam navigare.

Burdigalam seorsim depinxi: Blaviam etiam & loca alia vicina inserui, abstineo igitur ab iis hoc loco.

Blaie. Cũ satis temporis ocello urbiũ Burdigalæ dedisse te putaveris, redeundum Garumna Blaviam usq;. Blaviæ conducẽdi equi Sãtonas: quousq, merces fixa est 4. Frãcorũ: sic ut in itinere nutrias

tute-

tutemet ipſe vectorem tuum, donec Sãtonibus in hoſpitio ad inſigne crucis albæ reddideris.

Sex leucis Blavia abeſt *Petit-niort*, ubi prandendum *à la fontaine*. Bene hîc tibi erit, & videbis hoſpitio ruſtico contiguum hortum peramœnum. Dominum loci audivi vocari Dn. *de Mirambeau Seigneur de Ver*: Filiam Domini *de Mirambeau* duxerat in matrimonium, unde ipſi nomen cum dote obvenit. *Petit-niort.*

Duabus hinc leucis præteribis arcem *Plaſſacum* Ducis Eſpernouii cum vivario cõtiguo: & veſperi confectis iterum duabus leucis, excipieris hoſpitio ſuburbano nitido & bono *à l'eſcu de Frãce*, in urbe *Ponts* vocata. *Ponts.* Vrbs cognomines ſibi agnoſcit dominos, quos ex Romana Pontiorum familia oriundos

Ligerim castellum habet fortissimum. Suburbia etiam aggere iacto circumducta sunt. Episcopalis sedes hîc est. Sepulchrum Francisci II. ultimi Ducis Britanniæ in templo (nescio an Augustinianorum) vidimus magnificum, à Michaële Columbo artifice peritissimo factum. Vrbs Mercurialis est propter commoditatem portus in Ligeri, qui æstum marinum nunc sentire incipisset. Adscendunt huc usq; naves in Oceano ambulare consuetæ, sed nō maximæ: quîs ad 4. aut 6. leucas inferiùs hærendum. Ponte ligneo longissimo transitur hîc Ligeris. Hospitium probum habuimus *au chapeau rouge*, in suburbio.

Commoditas Rupellā eundi.

Rupellam hinc eundum cum tabellione, qui quot septimanis eques it & redit. Abitus dies est.

est Mercurii. Quòd si tamē præfestines, antevertit tēpus. Solvūtur 10. 11. 12. Frāci, prout cōveniri minimo potest cū ipso, pro vectura & victu. Tertia die te istic sistet. Transibis burgum *Montaigu*, ubi arcis rudera, & aliquam multos ignobiles pagos. Hos annotavi: *S. Ieorge*, 7. leucæ: *Fargen*, 2. *Chantonay*, 3. *Langon*, 3. Rupella, 7.

Rupella in tractu Alnetensi aut Alnisiensi, ut Alii malunt, inter Pictonium inferiùs & Santonium, (quanquam huic olim accensebatur) & Oceanū Aquitanicum sita est. Vulgò *le pays de Aulnis* vocatur, nomine, ceu vulgus opinatur, inde ipsi indito, quòd Francorum rex quidam Anglos bello persequens dixisse fertur, se rebus suis satis supérq; prospecturum, si singulis diebus hostibus saltem unam territorii ul- *Pays d'Aulnis.*

ulnam (Galli *aulne* dicunt) eripiat. Sed antiquior videtur *Alnisiẽsis pagi* appellatio quàm ut hanc etymologiam ferre possit. Vide Mer. *pag.* 520. Alio vocabulo ab urbe territorium hoc *le Rochellois* appellatur.

La Rochelle.

Vrbem sex circiter seculorum putant, eique ædificandæ portus commoditatem præbuisse ansam. In Anglorum fuit potestate, sed illis expulsis regno Frãciæ se iungens amplissima à Carolo V. anno 1362. meruit priuilegia: quorum potiora, de non exstruendo istic castello, nõ alienanda urbe à corona Frãciæ, facultate monetam cudendi, non cogendo ad contributionem, & quæ sunt huiusmodi alia. Maiorem urbis habet magistratum annuum & primum, quem eligunt 24. Scabini: quos omnes officium nobilitat, si pòst à mercatu-

catura abstineant. Electio sic fit: tres quotannis nominantur, ex his unus à Rege approbatus solus electus censetur. Maior ille quotiescunq; in publicū prodit, stipatus est satellitum tunicis bicoloribus indutorum numero: quandoq; & senatorum aliquos laterones habet. Iurisdictionē tamen habet limitatam & de rebus nocturnis tantùm cognoscit: Diurnæ à Præside sive Vicario regio diiudicantur. Appellationes rectà Parisios, nec Burdigalam, devolvuntur. Sūma, superiorem non agnoscit Maior cum Senatu alium præter Regem & Principes sanguinis.

Mœnia.

Munita antè fuit mari, paludibus, & quà terra adiri potest, muris, turribus, propugnaculis sed antiquum ad modum factis. Descriptionem huius munitionis elegantē habes apud Thuanum.

num *hist. lib. 5. in historia anni* 1573. Sustinuit tamen ita munita obsidionem arctam & diuturnam anno 1573. passa plurimos insultus infestissimos, inprimis ad duo propugnacula Evangelii & fœminarum dicta. Nunc magnam partem novis mœnibus & propugnaculis ad hodiernas regulas circumvallata, opere absoluto vix ulli munitissimæ urbi cedet.

Portus. Portum habet inter mœnia, non tamen multarum navium capacem: clauditur catena ex turrium alterutrâ in alteram ducta, quæ hinc inde ad introitum collocatæ sunt crassissimæ. Laxare catenam & aditum aperire manè unius hominis opus est, adstringere vesperi & claudere portum non pauciorum quinque: idque certa machinâ huic rei factâ. Præfectus catenæ

à sin-

à ſingulis navigiis grandioribus quæ exeunt quinos habet aſſes, à minoribus duos & dimidium. Piſcatores revertentes mari capturæ ipſum participem reddere tenentur: cui rei corbis iſtic fune demittitur & immiſſum attrahitur.

Plateas habet amplas, nitidis & ſplendidis ædificiis ornatas aliquot: ſed nonnullas fœtidas & inelegantes.

Incolæ in commune agreſte olim hominum genus. (verba ferè ſunt magni viri) mercaturæ ac rei nauticæ deditum, quæſtus avidum, ac natura ſuperbum: poſtea cultu & uſu paulo mitigatum, ſuperioribus tamen bellis, ac in primis noviſſimo ſuarum virium facto periculo audaciùs redditum. Hodie inſolentem ſe gerit erga adventantes fæx populi ad portas excubias agsē, *Incolarum genus.*

ut nisi retecto capite totum excubitorum ordinem, etsi longum, transeas, periculum tibi sit ne ex equo deturberis. Illustrium familiarum Germani non semel hoc experti, frontémque adeo perisse de rebus mirati fuêre. Primores tamen populi ab his moribus mihi visi sunt alieni. Nec dememini quid humanitatis cum istic essemus nobis ab ipso urbis Maiore, cui aliunde commendati fueramus, exhibitum fuerit: cùm stipatus quatuor senatoribus & satellitio ordinario cinctus ad nos in hospitium visere, nósque hinc inde circumducere dignaretur. A fæce igitur huius populi caveas tibi, à flore nihil metuas, imò omnem humanitatem expectes. Arcem olim habuit, sed diruta iã olim fuit. Nunc in area vicina templum noviter excita-

tum

tum elegans, figuræ ovalis. Ligneum opus lapideo impositũ visu inprimis dignissimum: tignis ita invicem nexis, ut, etsi nullis in medio sustententur fulcris, mutuò se solis muris imposita sustentent.

Basilica. In Basilica urbis iuxta Henrici IV. effigiem ad vivum expressam, videbis genus navigii ex arborum corticibus, quo sylvestres Indi uti dicuntur.

Salis cõfectio. Salis eiusque candidissimi conficiẽdi miram propè urbem observabis artem & industriam, ex aqua marina in factis ei rei lacubus & areis hyberno tempore conclusa, retenta, & solibus æstiuis exsiccata.

L' isle de Rays Oleron. Si quò excurrere hinc tibi libeat, adire possis insulas in mari ad 4. aut 5. leucas propinquas, quarũ duæ præcipuæ sunt *l' Isle*

de Rays & Oleron vini frumentíque feracissimæ.

Terra exire possis visum fortalitium *Brouage* cum portu maris contiguo: tum & urbem *Taillebourg*, cum castello munitissimo, Ducis Tremolliæ.

Brouage

Taillebourg.

Quin & audio in vicinia Hollandis quibusdam petentibus à Rege Henr. IV. indultum fuisse, haut exiuum terræ eluvie manna obtectum industria sua ab undis liberare & frugibus ferundis pascuisque idoneum reddere: (veluti nuper in Pemestero Hollandiæ Borealis lacu factum vidimus) immunitate insuper ad multos annos ipsis à muneribus patrimonialibus concessa. Rem probè sub manus successisse, & re nato vocabulo id territorii in vulgus parvam Hollandiam vocari perhibent. Vnius diei iactura ne patiaris te ab-

absterreri, ne in ipsa Gallia Hollandiam videas.

Rupellâ mari te abire velim Mornacum usque ad xiv. leucas. Vecturæ pretium ordinariũ sunt 12 $\frac{1}{2}$ asses. Inde meritoriis totidem solidorum mercede conductis, Roianum ad Garumnæ æstuarium situm oppidum contendes. *Mornac.*

Hinc non penitebit te enavigasse ad turrim Cordanam, *la tour de Cordan*, pharum prænobilem, scopulo impositã, & haut ita pridem Henrici Magni iussu renovatam. Geminus hîc ante ostiũ Garumnæ scopulus. Asellos vocant. Septentrionalior, Norderesel: Australior cui turris Cordana imposita, Sunderesel Belgis vocatur. Indubiè promontorii Curiani sunt reliquię. Haut procul hinc abfuit insula *La tour de Cordan.*

tutemet ipſe vectorem tuum, donec Sãtonibus in hoſpitio ad inſigne crucis albæ reddideris.

Sex leucis Blavia abeſt *Petit-niort*, ubi prandendum *à la fontaine*. Bene hîc tibi erit, & videbis hoſpitio ruſtico contiguum hortum peramœnum. Dominum loci audivi vocari Dn. *de Mirambeau Seigneur de Ver*: Filiam Domini *de Mirambeau* duxerat in matrimonium, unde ipſi nomen cum dote obvenit. *Petit-niort.*

Duabus hinc leucis præteribis arcem *Plaſſacum* Ducis Eſpernouii cum vivario cõtiguo: & veſperi confectis iterum duabus leucis, excipieris hoſpitio ſuburbano nitido & bono *à l'eſcu de Frãce*, in urbe *Ponts* vocata. Vrbs cognomines ſibi agnoſcit dominos, quos ex Romana Pontiorum familia oriundos *Ponts.*

volunt, verisimilitudinem faciente inscriptione Ælii Pontii nomen præ se ferente: mihi tamen non visa. Arcem habet fortissimam, in summo collis sitã. Cæterùm divisa est urbs in Superiorem. S. Viviani dictam, ferè desolatam: & Inferiorem, quam *les Haires* & S. Martini vocant. In imo collis alluitur fluvio Seugna, qui etiam intersecat urbem inferiorem, compluribúsque ibi sternitur pontibus: à quibus fortassis non ineptè ariolari possis inditum urbi & ab urbe Dynastis nomen. Ita naturâ & opere munita est, ut non inidonea bello urbs esse credatur.

Quatuor leucis superatis Mediolanum Santonum, vulgò *Saintes* primariam Santonii urbem intrabis.

SANTONIUM.

Vox *Santonum, Santoni, Santones*:

tones: gentem, urbem & provinciam simul notat. Hodie vernaculo idiomate provincia, *Saintonge*; gens incolæ, *Saintongeois*; urbs, *Saintes*, audiunt. Sunt qui initialem literam X, non S, constituant: lepide à Troianis se ortos, quorum fluvius *Xanthus*, hinc evincere nitẽtes. alii *Sainctes*, exarãt, inde decepti, quòd cùm tot Sãtoni Episcopos aliósque indigenas Sanctorum numero illatos habuerint, inde urbis & provinciæ populíq; nomen aliquid Sanctitatis traxisse credant. Contigui huic provinciæ populi sunt ad Septentrionem, Pictones & Alnisienses; ad Orientem, Enculismenses & Petricorii: claudunt illã à Meridie, Garumna; ab Occasu, Oceanus Aquitanicus. Terra, si qua usquam in Gallia, omnium rerum usibus humanis inser-

vientium, feracissima. Bonitas illa invitârat olim Helvetios, ut patriam relinquere & huc migrare instituerent. Migrâssent etiam, ni conatui ipsorum omni vi restitisset Cæsar, & reverti eos in sedes suas compulisset. Vide quæ de Ebromago horreo Paulinorum, cap. 6. in appendice de Burdigala noto.

Saintes. Mediolanum Santonum, sive Santonus, hodie *Saintes*, urbs totius provinciæ princeps, sita est ad Carantonum fluvium ponte stratum. Adsurgit in vicinam usque rupem, in qua castellum munitissimum. Templum cathedrale D. Petro consecratum, opus Caroli Magni, cuius statua media in moro eius ostenditur, à ruinis, quibus sub bellis civilibus deformatum, nuperâ reparatione vindicatum est. In sacello Marchionis Pisani

ſani à Principe, cui inſerviebat, interfecti monimentum videre eſt: cum & teſtudinem, qua adſcenditur in turrim, ab imo uſque ad ſummum probo artificio viſum tranſmittentem. Penultimâ alphabeti literâ Y ædificium hoc inſignitum eſt, in muro exteriore. Indicem eam literam dicunt eſſe, quòd à Carolus Magnus tot templa in Gallia ante hoc excitârit, quot hanc literam præcedunt aliæ. E regione templi palatium eſt Epiſcopi.

In ſuburbio templum aliud eſt S. Eutropii, primi Doctoris Chriſtiani in his locis, cuius etiā caput iſtic adſervatū, ſi tangatur, morbos diverſos miraculosè pellere creditur. Antiquitatem urbis, & quòd Romani hîc degere amârint, teſtantur

operũ, quæ excitarunt, reliquiæ:

Antiquitates. 1. Amphitheatri, prope urbem.

2. Aquæductuum, ex alia parte pariter extra urbem.

3. Arcus in ponte Carantoni antiqui artificii ex prægrandibus saxis quadratis: cui incisa hæc verba, uti adnotavit ea Elias Vinetus Santonus iam ante mediũ seculum: hodie enim plura abstulit tempestatum iniuria: C. IULIUS. C. IULI OTUANEUNI. F. RUFUS. C. IULI GEDOMONIS NEPOS. EPOSTERO VIDI. PRON. SACERDOS ROMAE. ET AUGUSTI ...AD ARAM QUAE EST AD CONFLUENTEM PRAEFECTUS FABRUM. D. sic exhibet hanc inscriptionem Vinetus Hodie vix mediam partem literarum agnoscas. In domuncula huic arcui contigua, stationariis militibus destinata, effigies

gies est insculpta saxo, sed vetustate valde adesa conditoris, uti aiunt, huius arcus.

Pictaviam hinc eundi duplicem habes commoditatem. Tabellarius inde quot septimanis huc venit die Martis, hospitans *aux quarte fils Aymon, au bourg des dames*, nisi mutavit. Postridie abit, & 10. circiter Francorū mercede vecturæ & victus pretio Pictaviæ te die Veneris sistet: Angeriacum etiam, si urgeas, transibit. Altera est meritoriorum equorū, vulgò *relais*: quos in hospitio *à la croix blanche* accipere oportet ad 13. leucas usque in pagum. *S. Legere Mele*: puer adiungitur pedes, nec opus est equitem insuper conducere. Conveniri potest, nullo ob id mercedis auctu, ut transeatur Angeriacū, vulgò *S. Iean d'Angely*, urbs ad sinistrā extra viam

Commoditas Santonis eundi Pictaviam.

S. Iean d'Angely.

rectam, muris, turribus, & propugnaculis probè munita. Sustinuit obsidionem acerrimam anno 1569. regnante Carol. IX. Distat Santono quatuor leucis; novem, Rupellâ. Gubernat urbem nomine regio illustrissimus Dux Rohanensis, Princeps erga exteros humanissimus. Huc se conferre, & viri optimi, cuius nomen excidit, Advocati convictu uti solent Germani, qui Pictavio vitandi conterraneorum quotidianum sodalitium secedere volunt.

Lusignā

Melæ alii equi Lusignanum usq; septem leucis distans oppidum, nobile historiâ Melusinæ, sub bellis civilibus miserè deformatum, 40. assibus conducuntur: quos permittere nobis noluere sine equite insuper conductitio adsumpto. Lusignano duo, quinque leucarum, cur-

cursus restant Pictaviam, primariam Pictonii urbem, finem secundi à me tibi præscripti itineris: ubi hibernandum tibi duco.

Vrbs hæc caput est Pictonii, vulgò *Poictu*, amplissimæ Galliarum provinciæ. Ab Ortu, Bituricensi tractui, & ferè hinc atque inde Turonibus & Lemovicibus confinis est, Britannis & Andibus à Septentrione; à Meridie Enculismensibus & Santonibus: ab Occasu alluitur Oceano. Incolæ eius Pictones, antiquiori vocabulo quàm ut à Pictis Angliæ populis descenderit, vocantur, vernaculè *les Poicteuins*. Solocioris fili homines hîc invenies extra cultiores urbes, quin & verè rusticam sermonis dialectum: qua etiam impressos libros vidi. Desierunt tamen eius qui in potioribus habitant urbibus. Nume-

PICTONIUM.

merosa & strenua pollet, si qua alia regio, nobilitate. Frugum, vini, lanæ, lini feracissima: pecore, piscibus & volatilibus ferisq;, & inter hęc leporibus & cuniculis inprimis abundans. Olera hortorúmque fructus minimè desiderat. Hinc lauti illi & delicati convictus. Viperæ confectioni theriacæ utibiles in hac regione, & inprimis in rupibus & dumetis circa metropolim inveniuntur: quarum numerum phamacopœi Venetias sæpe ablegare solent. Aquitaniæ olim accensebatur, quę regni sub Gothis censebatur titulo, pòst Ducatus. Novem Duces refero *penult. cap. de Burdigala.* Inter alias prærogativas, gaudet hæc provincia immunitate à gabella. Dividitur hodie in inferiorē, quæ ad mare vergit, & Superiorem, quæ Orientalior, metro-

po-

polim habens Pictaviam. Tres in hac provincia numerantur Episcopatus, Pictaviensis, Maleacensis, Luxonensis, & sub illis 42. Abbatiæ, & 120. parœciæ.

Augustoritum olim Pictonum, hodie Pictavia, vulgò *Poictiers*, primæ in hac provincia urbi nomen est. Colli, qui hinc Clani fluentis, inde paludibus, stagnisq; circumdatur, incumbit. Perexigua pars (Trancheam vocant) nullis alluitur undis, atque inde etiam in campos planities est. Forma, ad quam ædificata, mira est & incerta, pro loci ingenio. Situs eius facit ut nec facilè obsidenda nec expugnanda credatur. Accedit amplitudo eius, quæ par ferè est Parisiensi: magna tamen parte vineis, hortis, pratis relictâ. Caussam rei perhibent, quòd olim Rex Dagobertus ob certa admissa, desolaverit.

Poictiers

Situs.

laverit eam penitus & sale inaratam obseverit. Antiquitus longè ab hoc loco condita erat, non ita procul Castelrautio. Locus etiamnũ audit *le vieil Poictiers*, h. e. vetus Pictavia: fidemque rei faciunt reliquiæ murorum antiquorum. Vrbs Episcopatu, Academia & Sede præsidiali claret. Quæ dignitates singulæ summos viros habuêre sibi præfectos; & hæc ultima decus illud Iurisprudentiæ Andream Tiraquellum. Regitur à Consule suo sive Maiore urbis, quem vulgò *le maire* vocant. Eligi solitus annuatim: & solemne die Cypriani & insequentibus, convocato ad id Senatu & matronis puellísque primoribus, convivium non sine tripudiis & iubilis celebrans. Maioratûs dignitas nobilitatem tribuit, & durante officio Maior vocabu-

Dignitas.

lo

ſo primi Baronis Pictaviæ inſignitur. Senatus 100. capitum, quorum 25. Scabini, & 75. Cives, ad 500 uſque libras ἀνυπευθύνως iudicant excurrens ſumma appellabilis eſt.

Templum hîc eſt ſtructuræ magnificentiſſimæ ex lapide quadrato duriſſimo, D. Petro ſacrum: à D. Martiale primùm ſed non tam auguſto opere excitatum; ad factam ſibi divinitus revelationem de S. Petri martyrio. Vti hodie extat, opus eſt Henrici II. Ducis Normanniæ, pòſt Anglorum Regis & Aquitaniæ Ducis, ad inſtinctum coniugis cœptum, ſed vix ducentis annis pòſt perfectum. Cuſtoditur in eo pars barbæ D. Petri, Româ allata per D. Hilarium Epiſcopum Pictavienſem, cùm ex concilio cōtra Arrianos celebrato reverterere-

Templũ D. Petri

volunt, verisimilitudinem faciente inscriptione Ælii Pontii nomen præ se ferente: mihi tamen non visa. Arcem habet fortissimam, in summo collis sitã. Cæterùm divisa est urbs in Superiorem. S. Viviani dictam, ferè desolatam: & Inferiorem, quam *les Haires* & S. Martini vocant. In imo collis alluitur fluvio Seugna, qui etiam intersecat urbem inferiorem, compluribúsque ibi sternitur pontibus: à quibus fortassis non ineptè ariolari possis inditum urbi & ab urbe Dynastis nomen. Ita naturâ & opere munita est, ut non inidonea bello urbs esse credatur.

Quatuor leucis superatis Mediolanum Santonum, vulgò *Saintes* primariam Santonii urbem intrabis.

SANTONIUM. Vox *Santonum, Santoni, Santones*:

tones: gentem, urbem & provinciam ſimul notat. Hodie vernaculo idiomate provincia, *Saintonge*; gens incolæ, *Saintongeois*; urbs, *Saintes*, audiunt. Sunt qui initialem literam X, non S, conſtituant: lepide à Troianis ſe ortos, quorum fluvius *Xanthus*, hinc evincere nitẽtes. alii *Sainctes*, exarãt, inde decepti, quòd cùm tot Sãtoni Epiſcopos alióſque indigenas Sanctorum numero illatos habuerint, inde urbis & provinciæ populíq; nomen aliquid Sanctitatis traxiſſe credant. Contigui huic provinciæ populi ſunt ad Septentrionem, Pictones & Alniſienſes; ad Orientem, Enculiſmenſes & Petricorii: claudunt illã à Meridie, Garumna; ab Occaſu, Oceanus Aquitanicus. Terra, ſi qua uſquam in Gallia, omnium rerum uſibus humanis inſervien-

[...]vientium, feracissima. Bonitas illa invitârat olim Helvetios, ut patriam relinquere & huc migrare instituerent. Migrâssent etiam, ni conatui ipsorum omni vi restitisset Cæsar, & reverti eos in sedes suas compulisset. Vide quæ de Ebromano horreo Paulinorum, cap. 6. in appendice de Burdigala noto.

Saintes. Mediolanum Santonum, sive Santonus, hodie *Saintes*, urbs totius provinciæ princeps, sita est ad Carantonum fluvium ponte stratum. Adsurgit in vicinam usque rupem, in qua castellum munitissimum. Templum cathedrale D. Petro consecratum, opus Caroli Magni, cuius statua media in moro eius ostenditur, à ruinis, quibus sub bellis civilibus deformatum, nuperâ reparatione vindicatum est. In sacello Marchionis Pisani

ſani à Principe, cui inſerviebat, interfecti monimentum videre eſt: cum & teſtudinem, qua adſcenditur in turrim, ab imo uſque ad ſummum probo artificio viſum tranſmittentem. Penultimâ alphabeti literâ Y ædificium hoc inſignitum eſt; in muro exteriore. Indicem eam literam dicunt eſſe, quòd Carolus Magnus tot templa in Gallia ante hoc excitârit, quot hanc literam præcedunt aliæ. E regione templi palatium eſt Epiſcopi.

In ſuburbio templum aliud eſt S. Eutropii, primi Doctoris Chriſtiani in his locis, cuius etiā caput iſtic adſervatū, ſi tangatur, morbos diverſos miraculosè pellere creditur. Antiquitatem urbis, & quòd Romani hîc degere amârint, teſtantur

operũ, quæ excitarunt, reliquiæ:
Antiquitates. 1. Amphitheatri, prope urbem.
2. Aquæductuum, ex alia parte pariter extra urbem.
3. Arcus in ponte Carantoni antiqui artificii ex prægrandibus ſaxis quadratis: cui inciſa hæc verba, uti adnotavit ea Elias Vinetus Santonus iam ante mediũ ſeculum: hodie enim plura abſtulit tempeſtatum iniuria: C. IULIUS. C. IULI OTVANEVNI. F. RUFUS. C. IULI GEDOMONIS NEPOS. EPOSTERO VIDI. PRON. SACERDOS ROMAE. ET AUGUST. ... AD ARAMQVAE EST AD CONFLUENTEM PRAEFECTUS FABRUM. D. ſic exhibet hanc inſcriptionem Vinetus Hodie vix mediam partem literarum agnoſcas. In domuncula huic arcui contigua, ſtationariis militibus deſtinata, effigies

gies est insculpta saxo, sed vetustate valde adesa conditoris, uti aiunt, huius arcus.

Pictaviam hinc eundi duplicem habes commoditatem. Tabellarius inde quot septimanis huc venit die Martis, hospitans *aux quatre fils Aymon, au bourg des dames*, nisi mutavit. Postridie abit, & 10. circiter Francorũ mercede vecturæ & victus pretio Pictaviæ te die Veneris sistet: Angeriacum etiam, si urgeas, transibit. Altera est meritoriorum equorũ, vulgò *relais*: quos in hospitio *à la croix blanche* accipere oportet ad 13. leucas usque in pagum. *S. Legere Mele*: puer adiungitur pedes, nec opus est equitem insuper conducere. Conveniri potest, nullo ob id mercedis auctu, ut transeatur Angeriacũ, vulgò *S. Iean d'Angely*, urbs ad sinistrã extra viam re-

Commoditas Santonis eundi Pictaviam.

S. Iean d'Angely.

rectam, muris, turribus, & propugnaculis probè munita. Sustinuit obsidionem acerrimam anno 1569. regnante Carol. IX. Distat Santono quatuor leucis; novem, Rupellâ. Gubernat urbem nomine regio illustrissimus Dux Rohanensis, Princeps erga exteros humanissimus. Huc se conferre, & viri optimi, cuius nomen excidit, Advocati convictu uti solent Germani, qui Pictavio vitandi conterraneorum quotidianum sodalitium secedere volunt.

Lusignā Melæ alii equi Lusignanum usq; septem leucis distans oppidum, nobile historiâ Melusinæ, sub bellis civilibus miserè deformatum, 40. assibus conducuntur: quos permittere nobis noluere sine equite insuper conductitio adsumpto. Lusignano duo, quinque leucarum, cur-

cursus restant Pictaviam, primariam Pictonii urbem, finem secundi à me tibi præscripti itineris: ubi hibernandum tibi duco.

Vrbs hæc caput est Pictonii, vulgò *Poictu*, amplissimæ Galliarum provinciæ. Ab Ortu, Bituricensi tractui, & ferè hinc atque inde Turonibus & Lemovicibus confinis est, Britannis & Andibus à Septentrione; à Meridie Enculismensibus & Santonibus: ab Occasu alluitur Oceano. Incolæ eius Pictones, antiquiori vocabulo quàm ut à Pictis Angliæ populis descenderit, vocantur, vernaculè *les Poicteuins*. Solocioris fili homines hîc invenies extra cultiores urbes, quin & verè rusticam sermonis dialectum: qua etiam impressos libros vidi. Desierunt tamen eius qui in potioribus habitant urbibus. Nume-

PICTONIUM.

merosa & strenua pollet, si qua alia regio, nobilitate. Frugum, vini, lanæ, lini feracissima: pecore, piscibus & volatilibus ferisq;, & inter hęc leporibus & cuniculis inprimis abundans. Olera hortorúmque fructus minimè desiderat. Hinc lauti illi & delicati convictus. Viperæ confectioni theriacæ utibiles in hac regione, & inprimis in rupibus & dumetis circa metropolim inveniuntur: quarum numerum phamacopœi Venetias sæpe ablegare solent. Aquitaniæ olim accensebatur, quę regni sub Gothis censebatur titulo, pòst Ducatus. Novem Duces refero *penult. cap. de Burdigala.* Inter alias prærogativas, gaudet hæc provincia immunitate à gabella. Dividitur hodie in inferiorē, quæ ad mare vergit, & Superiorem, quæ Orientalior, metropo-

polim habens Pictaviam. Tres in hac provincia numerantur Episcopatus, Pictaviensis, Maleacensis, Luxonensis, & sub illis 42. Abbatiæ, & 120. parœciæ.

Augustoritum olim Pictonum, hodie Pictavia, vulgò *Poictiers*, primæ in hac provincia urbi nomen est. Colli, qui hinc Clani fluentis, inde paludibus, stagnisq; circumdatur, incumbit. Perexigua pars (Trancheam vocant) nullis alluitur undis, atque inde etiam in campos planities est. Forma, ad quam ædificata, mira est & incerta, pro loci ingenio. Situs eius facit ut nec facilè obsidenda nec expugnanda credatur. Accedit amplitudo eius, quæ par ferè est Parisiensi: magna tamen parte vineis, hortis, pratis relictâ. Caussam rei perhibent, quòd olim Rex Dagobertus ob certa admissa, desolaverit.

Poictiers

Situs.

laverit eam penitus & sale inaratam obseverit. Antiquitus longè ab hoc loco condita erat, non ita procul Castelrautio. Locus etiamnũ audit *le vieil Poictiers*, h. e. vetus Pictavia: fidemque rei faciunt reliquiæ murorum antiquorum. Vrbs Episcopatu, Academia & Sede pręsidiali claret. Quæ dignitates singulæ summos viros habuêre sibi præfectos, & hæc ultima decus illud Iurisprudentiæ Andream Tiraquellum. Regitur à Consule suo sive Maiore urbis, quem vulgò *le maire* vocant. Eligi solitus annuatim: & solemne die Cypriani & insequentibus, convocato ad id Senatu & matronis puellisque primoribus, convivium non sine tripudiis & iubilis celebrans. Maioratûs dignitas nobilitatem tribuit, & durante officio Maior vocabulo

Dignitas.

lo primi Baronis Pictaviæ insignitur. Senatus 100. capitum, quorum 25. Scabini, & 75. Cives, ad 500 usque libras ἀνυπευθύνως iudicant excurrens summa appellabilis est.

Templum hîc est structuræ magnificentissimæ ex lapide quadrato durissimo, D. Petro sacrum: à D. Martiale primùm sed non tam augusto opere excitatum; ad factam sibi divinitus revelationem de S. Petri martyrio. Vti hodie extat, opus est Henrici II. Ducis Normanniæ, pòst Anglorum Regis & Aquitaniæ Ducis, ad instinctum coniugis cœptum, sed vix ducentis annis pòst perfectum. Custoditur in eo pars barbæ D. Petri, Româ allata per D. Hilarium Episcopum Pictaviensem, cùm ex concilio cōtra Arrianos celebrato reverte- *Templũ D. Petri*

tere-

volunt, verisimilitudinem faciente inscriptione *Ælii Pontii* nomen præ se ferente: mihi tamen non visa. Arcem habet fortissimam, in summo collis sitã. Cæterùm divisa est urbs in Superiorem. S. Viviani dictam, ferè desolatam: & Inferiorem, quam *les Haires* & S. Martini vocant. In imo collis alluitur fluvio Seugna, qui etiam intersecat urbem inferiorem, compluribúsque ibi sternitur pontibus: à quibus fortassis non ineptè ariolari possis inditum urbi & ab urbe Dynastis nomen. Ita naturâ & opere munita est, ut non inidonea bello urbs esse credatur.

Quatuor leucis superatis Mediolanum Santonum, vulgò *Saintes* primariam Santonii urbem intrabis.

SANTONIUM.

Vox *Santonum, Santoni, Santones*;

tones: gentem, urbem & provinciam ſimul notat. Hodie vernaculo idiomate provincia, *Samtonge*; gens incolæ, *Saintongeoïs*; urbs, *Saintes*, audiunt. Sunt qui initialem literam X, non S, conſtituant: lepide à Troianis ſe ortos, quorum fluvius *Xanthus*, hinc evincere nitẽtes. alii *Sainctes*, exarãt, inde decepti, quòd cùm tot Sãtoni Epiſcopos alióſque indigenas Sanctorum numero illatos habuerint, inde urbis & provinciæ populíq; nomen aliquid Sanctitatis traxiſſe credant. Contigui huic provinciæ populi ſunt ad Septentrionem, Pictones & Alniſienſes; ad Orientem, Enculiſmenſes & Petricorii: claudunt illã à Meridie, Garumna; ab Occaſu, Oceanus Aquitanicus. Terra, ſi qua uſquam in Gallia, omnium rerum uſibus humanis inſervien-

vientium, feracissima. Bonitas illa invitârat olim Helvetios, ut patriam relinquere & huc migrare instituerent. Migrâssent etiam, ni conatui ipsorum omni vi restitisset Cæsar, & reverti eos in sedes suas compulisset. Vide quæ de Ebromano horreo Paulinorum, cap. 6. in appendice de Burdigala noto.

Saintes. Mediolanum Santonum, sive Santonus, hodie *Saintes*, urbs totius provinciæ princeps, sita est ad Carantonum fluvium ponte stratum. Adsurgit in vicinam usque rupem, in qua castellum munitissimum. Templum cathedrale D. Petro consecratum, opus Caroli Magni, cuius statua media in moro eius ostenditur, à ruinis, quibus sub bellis civilibus deformatum, nuperâ reparatione vindicatum est. In sacello Marchionis Pisani

ſani à Principe, cui inſerviebat, interfecti monimentum videre eſt: cum & teſtudinem, qua adſcenditur in turrim, ab imo uſque ad ſummum probo artificio viſum tranſmittentem. Penultimâ alphabeti literâ Y ædificium hoc inſignitum eſt, in muro exteriore. Indicem eam literam dicunt eſſe, quòd Carolus Magnus tot templa in Gallia ante hoc excitârit, quot hanc literam præcedunt aliæ. E regione templi palatium eſt Epiſcopi.

In ſuburbio templum aliud eſt S. Eutropii, primi Doctoris Christiani in his locis, cuius etiā caput iſtic adſervatū, ſi tangatur, morbos diverſos miraculosè pellere creditur. Antiquitatem urbis, & quòd Romani hîc degere amârint, teſtantur

gies est insculpta saxo, sed vetustate valde adesa conditoris, uti aiunt, huius arcus.

Pictaviam hinc eundi duplicem habes commoditatem. Tabellarius inde quot septimanis huc venit die Martis, hospitans *aux quarte fils Aymon, au bourg des dames*, nisi mutavit. Postridie abit, & 10. circiter Francorũ mercede vecturæ & victus pretio Pictaviæ te die Veneris sistet: Angeriacum etiam, si urgeas, transibit. Altera est meritoriorum equorũ, vulgò *relais*: quos in hospitio *à la croix blanche* accipere oportet ad 13. leucas usque in pagum. *S. Legere Mele*: puer adiungitur pedes, nec opus est equitem insuper conducere. Conveniri potest, nullo ob id mercedis auctu, ut transeatur Angeriacũ, vulgò *S. Iean d'Angely*, urbs ad sinistrã extra viam re-

Commoditas Santonis eundi Pictaviam.

S. Iean d'Angely.

rectam, muris, turribus, & propugnaculis probè munita. Sustinuit obsidionem acerrimam anno 1569. regnante Carol. IX. Distat Santono quatuor leucis; novem, Rupellâ. Gubernat urbem nomine regio illustrissimus Dux Rohanensis, Princeps erga exteros humanissimus. Huc se conferre, & viri optimi, cuius nomen excidit, Advocati convictu uti solent Germani, qui Pictavio vitandi conterraneorum quotidianum sodalitium secedere volunt.

Lusignã

Melæ alii equi Lusignanum usq; septem leucis distans oppidum, nobile historiâ Melusinæ, sub bellis civilibus miserè deformatum, 40. assibus conducuntur: quos permittere nobis noluere sine equite insuper conductitio adsumpto. Lusignano duo, quinque leucarum, cur-

cursus restant Pictaviam, primariam Pictonii urbem, finem secundi à me tibi præscripti itineris: ubi hibernandum tibi duco.

Vrbs hæc caput est Pictonii, vulgò *Poictu*, amplissimæ Galliarum provinciæ. Ab Ortu, Bituricensi tractui, & ferè hinc atque inde Turonibus & Lemovicibus confinis est, Britannis & Andibus à Septentrione; à Meridie Enculismensibus & Santonibus: ab Occasu alluitur Oceano. Incolæ eius Pictones, antiquiori vocabulo quàm ut à Pictis Angliæ populis descenderit, vocantur, vernaculè *les Poicteuins*. Solocioris fili homines hîc invenies extra cultiores urbes, quin & verè rusticam sermonis dialectum: qua etiam impressos libros vidi. Desierunt tamen eius qui in potioribus habitant urbibus. Nume-

PICTONIUM.

merosa & strenua pollet, si qua alia regio, nobilitate. Frugum, vini, lanæ, lini feracissima: pecore, piscibus & volatilibus ferisq;, & inter hęc leporibus & cuniculis inprimis abundans. Olera hortorúmque fructus minimè desiderat. Hinc lauti illi & delicati convictus. Viperæ confectioni theriacæ utibiles in hac regione, & inprimis in rupibus & dumetis circa metropolim inveniuntur: quarum numerum phamacopœi Venetias sæpe ablegare solent. Aquitaniæ olim accensebatur, quę regni sub Gothis censebatur titulo, pòst Ducatus. Novem Duces refero *penult. cap. de Burdigala*, Inter alias prærogativas, gaudet hæc provincia immunitate à gabella. Dividitur hodie in inferiorē, quæ ad mare vergit, & Superiorem, quæ Orientalior, metro-

po-

polim habens Pictaviam. Tres in hac provincia numerantur Episcopatus, Pictaviensis, Malleacensis, Luxonensis, & sub illis 42. Abbatiæ, & 120. parœciæ.

Augustoritum olim Pictonum, hodie Pictavia, vulgò *Poictiers*, primæ in hac provincia urbi nomen est. Colli, qui hinc Clani fluentis, inde paludibus, stagnisq; circumdatur, incumbit. Perexigua pars (Trancheam vocant) nullis alluitur undis, atque inde etiam in campos planities est. Forma, ad quam ædificata, mira est & incerta, pro loci ingenio. Situs eius facit ut nec facilè obsidenda nec expugnanda credatur. Accedit amplitudo eius, quæ par ferè est Parisiensi: magna tamen parte vineis, hortis, pratis relictâ. Caussam rei perhibent, quòd olim Rex Dagobertus ob certa admissa, desolaverit.

Poictiers

Situs.

laverit eam penitus & sale inaratam obseverit. Antiquitus longè ab hoc loco condita erat, non ita procul Castelrautio. Locus etiamnũ audit *le vieil Poictiers*, h. e. vetus Pictavia: fidemque rei faciunt reliquiæ murorum antiquorum. Vrbs Episcopatu, Academia & Sede pręsidiali claret. Quæ dignitates singulæ summos viros habuêre sibi præfectos; & hæc ultima decus illud Iurisprudentiæ Andream Tiraquellum. Regitur à Consule suo sive Maiore urbis, quem vulgò *le maire* vocant. Eligi solitus annuatim: & solemne die Cypriani & insequentibus, convocato ad id Senatu & matronis puellísque primoribus, convivium non sine tripudiis & iubilis celebrans. Maioratûs dignitas nobilitatem tribuit, & durante officio Maior vocabulo

Dignitas.

bo primi Baronis Pictaviæ insignitur. Senatus 100. capitum, quorum 25. Scabini, & 75. Cives, ad 500 usque libras ἀνυπευθύνως iudicant excurrens summa appellabilis est.

Templum hîc est structuræ magnificentissimæ ex lapide quadrato durissimo, D. Petro sacrum: à D. Martiale primùm sed non tam augusto opere excitatum; ad factam sibi divinitus revelationem de S. Petri martyrio. Vti hodie extat, opus est Henrici II. Ducis Normanniæ, pòst Anglorum Regis & Aquitaniæ Ducis, ad instinctum coniugis cœptum, sed vix ducentis annis pòst perfectum. Custoditur in eo pars barbæ D. Petri, Româ allata per D. Hilarium Episcopum Pictaviensem, cùm ex concilio cōtra Arrianos celebrato reverterete-

Templũ D. Petri

teretur. Ictibus aliquot tormentorum petita fuit murorum huius templi pars ea quæ ortui obversa est, vix tamen sui vestigiũ globi reliquerunt, eâ lapides sunt duritie.

Beatæ Virginis maioris. Aliud est B. Virgini dicatum in foro magno, quod vocãt *Nostre dame la grande*. Constantini Imp. equitis & gladium manu tenentis statua exteriùs in ea parte muri quæ foro obversa est, conspicitur his versibus subscriptis:

Quam Constantini pietas erexerat olim,
Ast hostis rabies straverat effigiem.
Restituit veteres cupiens imitarier huius
Vidus eques templi cœnobiarcha pius.

Quotannis uxor Maioris urbis solemniter pallium pretiossissi-

ſiſſimum in hoc templo feria Paſchatos ſecũda dedicare ſolet.

Aliud inſuper eſt in ſuperiore urbis parte D. Hilario ſacrum: ubi ex pergula turris quadratæ iucundiſſimus in ſubiecta proſpectus. Sarcophagus hîc oſtenditur in quo cadavera 24. horis conſumi dicuntur. Adfricata ferro, valde putet. Goffridi etiam dentati filii Meluſinæ ſepulchrum oſtendunt. Eſt conclave in hoc templo, ubi adſervatur trũcus arboris excavatus, bile D. Hilarii, *le berceau de S. Hilaire*. Huc mente captos deducunt, & ſtatis orationibus ſacróque aliquoties peractis, in illum lintrem dormitum ponũt: credúntque ſanam illos mentem recipere. Hinc qui dementiæ alter alter alterum arguere volunt, ablegant ſe mutuò ad cunas D. Hilarii. Similia iocula- *D. Hilarii.*

riter

riter in Narbonensi Gallia dicunt de *S Tubery.*

Arx. Præter has pluresque ædes sacras alias, ædificia & opera publica alia sunt visu digna: 1. Arx in imo urbis prope portam D. Lazari triangulari forma constructa: cuius area & tres fortissimę turres mœnibus urbis iunctæ superant.

Palatiũ 2. Palatium curiæ, arx olim, Atrium istic amplissimum, cuius laquearia nullis columnis sustentantur.

Amphitheatrũ. 3. Rudera amphitheatri, operis Romanorum, vulgò *les arenes.*

Collegiũ 4. Collegium, inque eo auditorium ICtorum, amplum & magnificum, novissimè regnante Henrico magno ab illustrissimo Duce Sulliano Prorege Pictonii nomine regio restauratum.

5. Ru-

5. Rudera aquæductuum extra urbem. *Aquæductus.*

6. Scaturigo fontis vicina Clano prope propugnaculum quod *la platte forme* vocant, unde aqua ab asinis in urbem portatur & venditur, cum fontibus destituatur. *Fons.*

7. Pinacotheca pharmacopæi Domini Content, variis iisque raris rebus referta. Edidit ipse de ea librum versibus Gallicis, figuris æri incisis ornatum. *Le cabinet de Mõsieur Content.*

8. *La pierre leuee*, lapis prægrandis & 60 in ambitu pedum, quinque aliis impositus: Rablesio in satyrico suo laudatus. Ferunt B. Radegundam illum capite, quinque reliquos sinu huc tulisse. *La pierre leuee.*

9. Ad leucæ paulo plus spatium abest specus in rupe, cuius ima alluit Clanus, vocatum *passe lourdin*, Difficillimus & cum *Le passe lourdin.*

ex-

extremo periculo in id est aditus, reditus tamen adhuc difficilior. Sub bellis civilibus rusticos huc refugium suum habuisse, & præ metu insequentiũ militum, licèt calceis ligneis indutos, citissimo tamen cursu se huc recepisse ferũt. Referebatur nobis moris olim fuisse uti coniuges novelli nuptiarum festivitate finita huc exspatiarentur & in id specus viserent. Sed desitum fuisse huius moris, postquam novella quæ marita ex præcipitio illo prolapsa miserè periisset.

Lussaldus. Amicitiam hîc contrahas cum Davide Lussaldo, vulgò *Monsieur Lussaut*, pharmacopæo viro optimo & Germanorũ amãtissimo, Germanicæ etiam linguæ pergnaro. Laudabis fidum pectus & animum commodi tui studiosum, Non abs

re

re itaque esset è regione ferè ædium ipsius hospitari, ad insigne campanæ cœruleæ, *à la cloche perse*, ut vicinitas ausam familiaritatis cum ipso contrahendæ sub adventum tibi præbeat.

In hac urbe transmissâ hyeme tot sine dubio possides amicos populares, ut metus sit non solùm ne non proficias ampliùs in lingua Gallicanâ, sed & ne didicitorum obliviscaré. Fuge ergo, uti Avarico Biturigum superiori anno fugisti, in locum amœnum quem, & ubi cum indigenis honesta familiaritate uti possis. Habes Tovarsium, habes Iuliodunum, visas, si fors, cùm Salmurio excurreres superiori anno, urbes. Nolim tamen primò has adeas. Sunt alia loca, quæ fortè placebunt præ illis. Sin minùs, illa tibi semper restant.

Vt una fidelia non unum dealbes parietem, conductitio vectore petas Bonnivetum arcem ad 4. leucas Pictavio dissitam magnificentissimè à Thalasiarcho Franciæ, regnante Francisco I. extrui cœptam, & ex parte perfectam. Miraberis architecturam ultra fidem elegantem. Dolendum non integrè absolutam esse. Consummatæ non alia comparari posset totius Galliæ.

Bonnivet.

La fosse S.Pierre

Hinc tribus leucis abest *la fossè S.Pierre*: elegans & ipsa, sed non parilis architecturæ. Insuper munita haut mediocriter. Portæ arcus elegantissimus est. Hortus amœnissim⁹, firmo muro circummœnitus, in quo præcipuè observanda sunt foramina displodēdis sclopetis ita facta, ut vix observari possit exteriùs, unde ict⁹ explosi sclopeti venerit

Duæ

Duæ prægrandes leucæ hinc restant Castelrautium, urbem in ripa Vigennæ sitam, Ducatus titulo nobilem, probè munitam, ædificiorum tamen splẽdore nullo, unas atque alteras ædes excipio, superbientem, Officina potissimùm est cultrorum, forficum & similium. Ponte hîc novem arcuum eleganti transitur Vigenna, ædificari cœpto à Regina Catharina de Medicis. Longitudo 230. passuum est; latitudo, 66. Absolutus est regnante Henrico IV. sub præfectura Pictonii illustrissimi Ducis Sulliani, uti inscriptio in turribus transfluvianis posita testatur. Vna scaturigo prope mœnia urbis, incolarum usibus aquas sufficientes præbet. Extra urbem rudera sunt vetustæ arcis, in quibus certum genus lapillorum perelegantium *Chastelraut.*

invenitur, quos *Diamans de Chastelraut* appellant.[1] Politi veros adamantes æmulantur. Hortus etiam unus atque alter extra urbem in propinquo est elegans.

Champigny. Hac urbe lustrata, septem leucæ conficiendæ sunt Campinium, vulgò *Champigny*, burgum elegantem cum arce pulcherrima Ducum olim Montpensieriorum, vivarióque amplissimo. Hic locus, si quem unquam conspexi ipsissima ipsa est amœnitas. Des operam uti possis hîc tibi similem Molinensi secessum ad aliquantum temporis constituere, & insinues te in habitantium animos. Rus, hortum & urbem sic simul habitaveris. Vrbani enim hîc sunt homines, comes & liberales. Quod si commoditatem hîc habitãdi non invenias restat Iulio-

du-

dunum, quatuor leucis, & insuper Tovars aliis quatuor distans, loca olim fortè tibi visa.

La feste de Dieu à Angers. In horum locorum uno eris sub festum corporis Christi, pridie cuius velim te Andegavi appellere (sumptus quidem alicuius res est, sed eius pretium feres) visum solemnissimam huius diei celebrationem. Quatuor facularum accensarum millia pręcedunt à totidem civibus gestatarum. Religiosorum & presbyterorum ordo procedit longissimus. Quot inhabitantium sunt tribus, (numerus excidit) totidem ex ligno tornato eleganterque picto circumferuntur ab octonis baiulis robustissimis historiarum sacrarum sculpturæ. Tanta solemnitas originem habet à Berengario, qui cùm eo loci mysterium cœnæ Dominicæ malignè allatrârit, ut expiari

 possit,

possset, vicissim tantam venera-
tionem quotannis ei habendam
existimârunt. Adfuisse volupe
erit. Quippe enim unum est ex
potissimis tribus, quæ sub unum
idémque ferè tempus in his re-
gionibus maximè notanda ia-
ctâtur: *la feste de Dieu à Angers*
les rogations à Poictiers, la ma-
rie à la Rochelle.

Revertens Pictavium ex hoc
diverticulo transeas oppidulum
Montcontour, in cuius proximo
videbis campos prelio, quo Col-
linii exercitus fusus fuit, nobi-
les. In pago *Grimodiere* scaturi-
ginem videbis aquarum tā lar-
giter prorumpentium, ut ad vi-
ginti usque passus adscendant,
& tum demum obiice repulsa
prono cursu descēdant & ad to-
tidem passus molēdinorum ro-
tas circumvolvant. Tū Mirabel-
lo, vulgò *Mirbeau*, oppido cum
arce

Montcō-tour.

Mirbe-au.

arce munita vi o, Pictavia te reducem sub finem Augusti accipiet. Eminꝰ iam ante per literas possis tibi comites insistendi itineris conciliâsse. Minimùm sitis quinq;, octo ne excedatis. Vtamini equis meritoriis & duce insuper itinerũ conducto: & cõveniatur vobis de pretio vecturæ & victus in dies singulos. Meo tempore 64, asses quisq; pro se & vectore suo; tum quotam suam 64. solidorum pro adsumpto duce solvebat. Multis molestiis hoc peregrinantes eximit, ac inprimis nulla iis cum hospitibus altercatio est. Quòd si, qui comites tibi obtingent, Rupellam & urbes alias vicinas non viderũt & eò egressum Pictaviâ suum destinatũ velint, tu interim aliâ viâ loca visu tibi nondum usurpata nec pedibus trita adeas: & Burdigalæ diem præfigatis, quà

denuo iungamini, aut certè isthic prior appellens alterum expectet.

Terram Encolismensem, vulgò *Angumois*, Lemovicensem, vulgò *Limosin*, Petrocoriensem, vulgò *Perigord*, transeas.

Angoulesme. Encolismam, vulgò *Angoulesme*, non vidi sed rectà Lemovices perrexi: nec igitur verba faciam, nisi de itinere mihi confecto. Si huc etiam tibi declinare animus, instructio tibi sufficietur ab amicis Pictaviensibus. Inprimis ne dememineris prope Enculismam nobilem illam & incomparabilem aquarum scaturiginem *Touure* dictam videre.

Pictavio duæ leucæ conficiendæ Savinium, tres in pagum *au temple* dictum: ubi ego à prandio egressus pernoctavi hospitio satis bono.

Hinc

Hinc una leuca distat *Sinot* pagus, iuxta quem cœmiterium infinitis cippis obsitum, adeò ut fabulati fuerint post nescio quē exercitum cæsum pluisse istic tumulādis mortuis lapides. vocāt *le grand Cemitiere.* Vna leuca *Bussac.* oppidum prope Vigennam, duabus post *Molimes* pagū præterivi, & tandem tribus parvis insuper cōfectis in pago *Bessier* pransus, duabus leucis mediocribus. Bonnivetum, pòst totidem aliis sed grandioribus cōfectis Bellacum, oppidū in colle declivi iuxta Vigennam situm, ducentarum ædium perveni ac ibi pernoctavi. Postridie tertiæ leucæ finis fuit *à la maison rouge*, atque exinde quartæ Lemovicum. Sinot. Bellac.

Vrbs hæc Lemovicii (vulgò *Limosin*) caput est: regionis, quæ Vicecomitatus nomine in- Lemovicum.

ſignis Bituriginibus, Borboniis, Arvernis, Petrocoriis & Pictonibus ambitur. Aſperior eſt aliis hactenus viſis. Vinum producit, ſed ignobilius. Ex frugibus inprimis ſiliginis ferax eſt, nec tamen ubique. Fructus alios fert immitiores. Caſtaneis abundat. Incolæ minùs ſunt culti, fœminæ deformes & laudatæ caſtitatis: nec ea eſt libertas iuvenibus cum puellis converſandi, quæ alibi in Gallia: ut ſæpe matrimonio iungantur, qui nunquam ante ſermonem miſcuerūt. Induſtrios hîc invenies homines & otium deteſtantes: ſobrios etiam nec deliciarū avidos, atque inde μακροβίους. Linguam loquuntur horridam, & quam vix intelligat è media Gallia oriundus. Conſtituunt Lemovicium duplex, Superius cuius caput *Limoges*; Inferiùs-quod

quod vulgò vocāt *la marche de Limosin*, in quo tres celebratæ sunt urbes *Tuille*, *Briue*, *Vzarche*: quarum ultima circumluitur Vezera, prætérque amœnitatis laudem natura & opere est munitissima, uti iactent, *Qui a maison à VZarche, a chasteau en Limosin*.

Lemovicum igitur, vulgò *Limoges*, superioris Lemovicii metropolis, urbs Mercurialis & populosa, inter colles vitiferos prope Vigennam sita; colli adclinis partim ima partim summa eius operit. Turres præaltas & acuminatas eminus venientibus ostentat. Muris fossisq; nō improbè munita. Ædificia habet excelsa sed lignea, nec tamen inelegantia: cuiusmodi ferè hinc inde in Saxonia inferiore videas. Cęsaris ævo una ex magnis & potētibus fuit: quem vide lib. 7. & 8. *Limoges*

Sphæristeria hîc pariter observavi habere parietes ligneos. In summo urbis fons est largiter promanantis aquæ, qui hinc inde rivulos per urbem dispertit diversis plateis emundandis. Templum cathedrale D. Stephano dicatum est, conditum à B. Martiale, Christianæ doctrinę primo in his oris doctore. Episcopatu & sede præsidiali fulget.

Vidimus hîc & salutavimus artifices duos incomparabiles *les Mabreaux* fratres: qui credi nequit quā subtilia conficiant opera. Inter alia vidimus par cultrorū subtilissimè elaboratū, uti tamen ligni aliquid scindere posses, cum vagina duorū receptaculorum & catenula aurea 120. orbiculorum, pōderis duorum granorum. Vir quidā nobilis cùm de veterū quadriga muscæ ala obtecta retulisset alteri ho-

Les Mabreaux.

horum, quæsivisse se dicebat, ecquo pretio illam æstimaret. Quatuor millibus coronatorũ respondenti regesserat, si mille coronatos sibi promitteret, sese similem facturum, nec nisi opere perfecto obulum postulaturum.

Lemovicibus profecto, transito, *Neson*, quò quatuor sunt leucæ minimæ, prandium tibi præbebit *la fargue* pagus, quò insuper duæ minimæ restant leucæ. Vnde quatuor prægrandes conficere habes per loca inculta & sylvas ad oppidum *Tuuiers*: ubi primariũ hospitiũ ad insigne S. Iacobi. Hinc Perigordiũ restant 5 leucæ conficiendæ.

Petrocorium, vulgò *le pays de Perigord*, provia ab Ortu, Arvernos: Septẽtrione, Lemovices, Occasu, Santones: Meridie, Vascones vicinos habens, montosa PERIGORD.

tosa est & petrosa: unde haut dubiè ipsi & populo nomen. Sylvis hinc inde atque inter alias, haut paucis castaniferis, obducta, vicino Lemovicio in plerisque similis. Vinum tamen inprimis in valle quam Lilla fluvius perlabitur, & collibus hinc inde surgentibus producit longè nobilius. Botanicæ operam dantibus perquam est commoda, propter simplicium copiam. Thermæ etiam sunt ei saluberrimæ. Aër purissimus, morbi rari, contagia rarissima. Fluviis & rivis abundat, ex quîs omnis generis piscium copia suppetit, Quin & moletrinis & officinis Vulcanicis, quas creberrimas habet, fluvii & rivi isti valde conducunt. Notant mira quædam videri in hac regione. Ac inter alia fontem prope pagum Marsan, Pliniano in epistolis simi-

similem, quòd fluxum & refluxum sentiat. Scaturiginem præterea aquarum prope oppidum Lindam, similem Grimdocrianę Pictonum, quæ undas quas eiaculatur ad 50. pedes sursum protrudat, antequam repulsa prono cursu prolabantur. Tum verò inprimis prope oppidum *Miramont*, cryptam esse, vulgò *le clusseau*, ad 5. aut 6. leucas sub terra protensam. Esse ibi atria & cubicula pavimento Musaici operis strata, altaria & picturas; fontes & fluvios: ac inprimis unum alvei ad 100. aut 120. pedes lati, rapidè procurrere. Vltra conspici longè latéque patentem adhuc planitiem, sed neminem eò progredi ausum: Non nisi magno numero cryptam intrare plurimis adsumptis facib⁹ lumen præbentibus obscuritati cavernæ, cui aliàs nullum, nisi ab

Crypta subterranea.

ab introit, lumen Similem in terra Comingicâ esse notant cryptam, sed non tam vastæ amplitudinis. Veneri in utraque sacrificia peracta credibile est. Hęc mihi non visa, lecta tamen apud alios nō tacēda hîc visa fuerunt.

Perigueux. Petricorii urbs primaria est Perigordium: Vesuna olim nuncupata: vulgò *Perigueux.* Vrbs Episcopalis. In valle peramœna ad Lillæ fluenta, montibus undique cingitur. *Antiquitas.* Antiquissimam & à Nohæ posteris in Galliam profectis conditam & Iaphet appellatam, tradunt. Vt de imâ ista antiquitate taceam, novitiam non esse, & olim longè hodiernâ ampliorem fuisse testantur tot fornices arcuati, columnæ, reliquiæ ædium in ruinas datarum.

Duplex ea nunc est, altera ab altera centum & ampliùs pas-

passuum spacio dispreta. Altera in ruinis antiquæ Petricorii ędificata hodie Civitas, *la Cité* vocatur: Altera urbs, *la Ville*. Civitatem habitat Episcopus. Istic etiam sunt Amphitheatri, figura ovali exstructi, rudera. Hodie *les Rolphies*, aut *Cacarotá* vocāt. Haud procul inde abest turris antiquum VESUNAE. nomen in vocabulo *Vusonne* aut *Vyzonne* retinens. Rotunda ea est & ampla, muro in crassitiem 7. circiter pedum, in altitudinem centum. Clavis ferreis exteriùs armata, interiùs cemento durissimo ex calce & lapide coctili facto suffulta, non ianua aditū, non fenestris lumen admisit. Dubium inde natum, cui usui fuerit. Accessus subterraneus per duas cryptas in eam inventus est, & creditur sacellum fuisse Veneri dicatum.

Amphitheatrū

Vusonne

Vrbs

ab introit, lumen Similem in terra Comingicâ esse notant cryptam, sed non tam vastæ amplitudinis. Veneri in utraque sacrificia peracta credibile est. Hæc mihi non visa, lecta tamen apud alios nõ tacẽda hîc visa fuerunt.

Periguеux. Petricorii urbs primaria est Perigordium: Vesuna olim nuncupata: vulgò *Perigueux*. Vrbs Episcopalis. In valle peramœna ad Lillæ fluenta, montibus undique cingitur. *Antiquitas.* Antiquissimam & à Nohæ posteris in Galliam profectis conditam & Iaphet appellatam, tradunt. Vt de imâ ista antiquitate taceam, novitiam non esse, & olim longè hodiernâ ampliorem fuisse testantur tot fornices arcuati, columnæ, reliquiæ ædium in ruinas datarum.

Duplex ea nunc est, altera ab altera centum & ampliùs pas-

passuum spacio dispreta. Altera in ruinis antiquæ Petricorii ędificata hodie Civitas, *la Cité* vocatur: Altera urbs, *la Ville*. Civitatem habitat Episcopus. Istic etiam sunt Amphitheatri, figura ovali exstructi, rudera. Hodie *les Rolphies*, aut *Cacarotá* vocãt. Haud procul inde abest turris antiquum VESUNAE. nomen in vocabulo *Vusonne* aut *Vyzonne* retinens. Rotunda ea est & ampla, muro in crassitiem 7. circiter pedum, in altitudinem centum. Clavis ferreis exteriùs armata, interiùs cemento durissimo ex calce & lapide coctili facto suffulta, non ianua aditũ, non fenestris lumen admisit. Dubium inde natum, cui usui fuerit. Accessus subterraneus per duas cryptas in eam inventus est, & creditur sacellum fuisse Veneri dicatum.

Amphitheatrũ

Vusonne

Vrbs

Vrbs peranguſtas habet & ſ
tidas pletáſque plateas, nec
perblentes multo nitore æc
Templum cathedrale anti
operis & architecturæ : qu
que fornicibus crucis figur
exprimentibus. Hoſpitium
ſeligas in ſuburbio ad inſig
Angelorum, *aux Anges*. In li
riore futurus es aëre, quam ſi
ſignum B. Magdalenæ in urb
divertas.

Fœminas in commune n
quam, quod ſciam vidi def
maiores, multas etiam defe
corporis conſpicuo laboran
verbi gratia, gibboſas, claud
luſcas, & veſtitu inſuper def
mitatem augentes. De vulgo
men loquor loquor ſolùm,
fortean de primoribus fami
eſt intelligendum, quòd Mer
tantopere formam commen
ſexus fœminini. Dialectus li
g

guæ Gallicæ hîc eſt ex peſſimis una.

Hinc Liburnam defluit Lilla, & interſecat vallem amœniſſimam, ſed non valdè latam, pratis, agris, vineis conſpicuam. Inprimis iucundum ſpectaculum oculis præbent ulmi & quævis aliæ excelſiſſimæ arbores vitibus maritatæ. Ipſas arbores botriferas credas. Amœnioribus totius Galliæ locis hic accenſeri meretur.

Prandio hîc ſumpto & viſis videndis pernoctare commodũ erit in pago ſatis ampla *Montenſier*, tribus leucis diſtãte. Hoſpitii inſigne excidit, ſed prope flumen eſt, & pro loci dignitate optimum. *Montẽſier.*

Hinc tribus leucis abeſt oppidum *Mußidam*, cuius mœnia in bellis civilibus, anno 1569. ut retulêre, tormentis bellicis *Mußidam.*
val-

valde quassata fuerunt. Probum hîc hospitium *à cheval blanc*.

Montpont. Tribus iterum leucis distat *Montpont*, oppidulum amœnũ ducentarum ædium. Prospectus ex aggere istic est amœnissimus in subiectam vallem.

Liburna. Sex iam, sed breviores, leucæ restant Liburnam, urbem non magnæ quidem antiquitatis, sed per elegantem. Aedes ferè ardesiis, quas vocãt, tectę. Præterfluit Dordonius, naviger & æstuosus. Translatum huc quandoque fuit Parlamentum Burdigalense propter luem contagiosam Burdigalę grassantem. Vicinã habet

Fronsac. arcẽ *Fronsac*, in cacumine mõtis sitam, & haut ita pridem ultra mœnia antiqua, vallo, fossáque circumductis, propugnaculísque latissimis munitam. Dominus eius est S. Pauli Comes. Liburna descendendum

navi

navi ad arcem *braire* dictã, quò duas leucas numerant. Inde quatuor adhuc restant, per terrã duobus maribus Dordonia & Garumnâ conclusam (vulgò *le pays entre deux mers* vocant) Burdigalam usque conficiendæ. Quò si fortè iusto tardiùs pervenias, in citeriore Garumnæ ripa hospitari potes perbene ad insigne S. Spiritus.

Hîc, si illâ viâ egressi fuerunt Pictaviâ comites tui, illos expectes oportet, aut, quod malim (vidisti enim olim Burdigalam) tu ipsis expectatus venies, & referes cùm de incultissimis locis, tum de valle amœnissima & fertilissima, & inprimis de duabus tribúsve (si & Enculismam accessisti) nobilissimis urbibus tibi visis.

Quòd si forte nemo sit ex comitibus, qui alio quàm tu itinere

nere pergere velit, Burdiga
denuo iam visere nihil att
ret, præstarétque Liburna a
nistram declinare, & visere
hæc loca *Sainte Foix, Berge*
Marmāde, Nerac, Agen; &
prosequi iter tuum, uti p
adnotaturus sum.

Excursus in Hispaniam. Fuêre qui Gallicæ peregr
tioni adiunxere Hispanican
adsumpto interprete hinc B
nam, inde per Navarræ regi
in Castiliā perrexêre, per P
gnianum tandem in Galliar
duces.

Excursus in Benearniam. Alii breviori diverticul
cto Baionnam usque, inde
strum-Palum, vulgò *Pau* B
arniæ metropolin, Henrici
gni nativitate celebrem, ar
perba hortóque amœnis
nobilem contendant, & vel
raco, ubi idem Henricus m
educatus, adito & transito

Tolosam profecti, in orbitam nostram revertantur.

Neracum, ut obiter hoc ex aliorum observationibus addā. Ducatus Albretani metropolis, oppidum est prædives. Arx ibi est magnifica, cum viridariis & hortis amœnissimis: in quîs ambulacra inter cypressos, lauros, granatos. Ostenditur hîc cupressus omnibus aliis eminentior, manu Henrici IV. plātata. Omē indubiè fastigii regalis. Videas istic fontem Delphino dicatum, eiúsque inscriptionem non illepidam. *Nerac.*

Cæterùm rectà iter Burdigalâ Tolosam est, ut transeas Cadillacum, quo de in Burdigala, 5. leucis, Fanum S. Macarii, vulgò *S. Macaire*, 5. leucis; *Reole*, duabus; Marmandam, urbem non inelegantē, ubi hospitium ad insigne 3. Regum, in quo non so- *Iter Burdigalâ Tolosam.* *Marmande.*

solùm lautis cibis, sed & b
(hunc morem à multis a
observant (excipieris ultro
3. leucis; *Tõnaın*, tribus, *Aisg*
lon, unâ; Portum S. Mariæ, u
(in proximo huius oppidul
mõte subiectam planitiem A
phitheatri modo in mo
undique surgentem, a
vineis, pratis, hortis distinct
velim contēpleris & admire
Agen, duabus; *Magistaire*,
bus; *Malause*, ubi fluvius tra
mittendus, duabus; *Castel-S*
rasin, duabus; *Grisole*, quat
Tholosa, duabus; Omnia
inquam, tot, quot nota
leucis ab se invicem dista
loca.

Satius tamen esset ad fini
declinare, & Malosa abire M
sacum, una leuca distantem
bem; Montalbanum, trib
Fronton, tribus; *Castelr*
u

una; *S. George*, una, Tolosam, duabus.

Ad tres in hoc itinere urbes aliquid notandum: Aginnam, Mossacuma, Montalbanum.

Aginnum, Nitriobrigum olim caput, nunc metropolis est Comitatus Aginnensis (vulgò vocatur *la Comté d'Aginnou*) vernaculè *Agen* dicta. Vrbs Episcopalis, Sede præsidiali clara, perantiqua (testantibus hoc ruderibus priscorum operum, de quîs vide Chesneum *parte 2. p.*124. *Antiquit. Gall.* qui in hujus urbis descriptione est ampl[9]) ad ripam Garumnæ ponte olim hîc strati, in terrâ, quam sumen Galliæ vocare possis, sita. Tēpla hîc duo antiquissima, cathedrale unum, S. Stephano; collegiale alterum, S. Caprasio dicatum. Natus hîc & denatus, orbis miraculum, IUL. CAES. SCALIGER. *Agen.*

 Aedes

Ædes Scaligeranæ visuntur adhuc è regione cœnobii Cordeliorum, sive Franciscanorum.

Moissac. Moissacum urbs Cadurcii antiquissima In ripa Tarnis posita est, qui dimidia leuca inferiùs Garumnæ limpidas aquas voluenti turbidas suas, discrimine manifesto, miscet. Templum istic pulchræ est structuræ: introitus eius columna marmorea affabrè elaborata fulcitur. Septentrionem versùs mons ipsi adiacet vineis totus obductus. D. Cyprianum in cœnobio S. Benedicti sepultum aiunt. Pons olim hîc fuit lapideus: nunc fragmina eius stantia iacentiáque conspiciuntur, & turris integra versùs urbem. Plateas habet latas & eleganti pavimento stratas. Hospitium hîc in suburbio *à l'escu de France.*

Mont-aubam. Mont-Albanum, vulgò *Mont-au-*

aubam, urbs est Episcopalis, perinde in ripa Tarnis sita. Suburbium habet trās fluvium, in quo diversorium primarium, *aux trois marchands*, ponte elegantissimæ structuræ urbi connexum, vallóque & fossâ aquis repleta munitum. Claram ipsam reddidit obsidio triplex sub bellis civilibus fortiter sustentata. Nuper novis ex coctili lapide mœnibus cincta & amplior reddita fuit. Accensetur nunc munitissimis Galliæ urbibus. Floret hîc officina fabrilis machæropœorum, uti Molinis & Castelrautii. Fons elegans in propugnaculo portæ nomen inde adeptæ *de la fontaine*, decem siphonibus aquas limpidissimas eiaculans. Haut procul mœnibus abest mons, si benè notavi *fau-montaigne*, aut non longè absimiliter dictus, vinum

producens celebratissimæ bonitatis.

Alias Cadurci (vulgò *Quercy*) urbes tibi non adeundas prętereo. Nisi quòd addo, regionis metropolin esse Duveonam Cadurcorum, vulgò *Cahors*, Episcopatu & Academia florentem. Tum propè oppidum Martellũ in Cadurcorũ finibus esse oppidũ Vxelloduni, *lo puech d' Vsoldun*, in editissima & præcipiti rupe situm: multa venerandæ antiquitatis indicia præ se ferẽs. Cum quo notant egregiè convenire descripitonẽ auctoris lib. 8. de bello Gallico, Cæsaris commentariis additi. Ait Merula, vix rusticum reperiri qui de loco interrogatus non respondeat.

Atque hæc est, triga illa urbium, de qua aliquid garrire volui, antequam ad magnam illam Tolosam, Languedoccii caput

&

& ab hac parte initium tecum ferrer.

Languedocii nomen, ut de ineptis haut paucorum derivationibus taceam à linguæ dialecto, quâ à reliqua Gallia discriminatur, inditum. Discrimen illud est vocularum *ouy* & *oc*: quarum illa Gallorum, hæc Lãguedocciorum propria, adfirmativam *sic* aut *ita* exprimit: ut sit *Languedoc* quasi *langue d'oc*: cui possis opponere *langue d'ouy*. *Lingua torta gubernamentum* Francos hanc provinciam nominasse Merula refert Licèt hãc nominis rationẽ improbet Pasquerius *lib.1.cap.3.* & à Lingua Gotthica per transpositionẽ nominatam contendat. Ab Oriente Rhodano à Provincia separatur: à Meridie alluitur mari mediterraneo, partim Pyrenæum etiam attingit: à Septentrione

LANGVEDOCIUM.

producens celebratiſſimæ bonitatis.

Alias Cadurci (vulgò *Quercy*) urbes tibi non adeundas prętereo. Niſi quòd addo, regionis metropolin eſſe Duveonam Cadurcorum, vulgò *Cahors*, Epiſcopatu & Academia florentem. Tum propè oppidum Martellũ in Cadurcorũ finibus eſſe oppidũ Vxelloduni, *lo puech d' Vſoldun*, in editiſſima & præcipiti rupe ſitum: multa venerandæ antiquitatis indicia præ ſe ferẽs. Cum quo notant egregiè convenire deſcripitonẽ auctoris lib. 8. de bello Gallico, Cæſaris commentariis additi. Ait Merula, vix ruſticum reperiri qui de loco interrogatus non reſpondeat.

Atque hæc eſt, triga illa urbium, de qua aliquid garrire volui, antequam ad magnam illam Toloſam, Languedoccii caput

&

& ab hac parte initium tecum ferrer.

Languedocii nomen, ut de ineptis haut paucorum derivationibus taceam à linguæ dialecto, quâ à reliqua Gallia discriminatur, inditum. Discrimen illud est vocularum *ouy* & *oc*: quarum illa Gallorum, hæc Lãguedocciorum propria, adfirmativam *sic* aut *ita* exprimit: ut sit *Languedoc* quasi *langue d'oc*: cui possis opponere *langue d' ouy*. *Lingua torta gubernamentum* Francos hanc provinciam nominasse Merula refert Licèt hãc nominis rationẽ improbet Pasquerius *lib.1.cap.3.* & à Lingua Gotthica per transpositionẽ nominatam contendat. Ab Oriente Rhodano à Provincia separatur: à Meridie alluitur mari mediterraneo, partim Pyrenæum etiam attingit: à Septentrione LANGVEDOCIUM.

Arverros & Forenses, ab C
su Vascones agnoscit acc
Regio Galliarum, æquato
mnium maximè vicina, ur
Provincia. Attingit enim
42. gradum elevationis poli
Fruct bus immitius cœ
non ferentibus abundat: qu
sunt poma aurea & Punica
trea, amygdala, ficus, olea.
optima in ea nascuntur, c
longè dissitas gentes porta
lita. Excellentissimum e
bum quod Frontmiacum
ducit *le muscat de Frontig*
In Germaniam delatum vc
Muscatum Lugdunense, c
Lugduno eò feratur. Isati
sive Glastum, herbam vulg
stel dictam, raris locis prov
tem, tingendis pannis neces
abunde producit. Montes &
pes obducuntur libanothi
ve rore marino, magis quàn
r

niperus in Germania, aut æquè ferè ac sentes & spineta, frequẽti: inter cuius arbusta hinc inde serpunt spica nardi aliæque optimi odoris herbæ. Quin & tam hîc, quam in Provincia, usum ligni præbet ros marinus convectus, calefaciendis cubiculis. Saliceta tamen & aliorum generum arboreta minùs invenias frequentia. Nec etiam pratis & pascuis irriguis abundat. Vnde est quòd pluris æstimatur caro bubula & ovina, quâm alibi magísque frequentes sunt ex volatilibus cibi. Linguæ dialectus in hac Galliæ parte viget pessima: ut qui Gallicum sermonẽ didiciturus in hæc loca penetrat & diu subsistit, pessimè sibi consulat. Habitarunt olim hanc provinciam celebratissimi populi Volcæ Tectosages & Volcæ Arecomici, Velauni, (nomẽ

hodiéq; exſtat in vernaculo tractus vocabulo *Velay*) Helvii ſive Albenſes, quorum ager hodie *Vivarais*, urbs verò Alba Augusta olim, *Aubenas* audit: & alii plures, de quîs vide prolixè Merulam *part.2.lib.3.cap.32.*

TOLOSA. Tolosa princeps olim Volcarum Tectoſagorum urbs, pòſt etiam diu regni Gothici caput (unde etiam Reges Toloſæ ſæpe vocantur, qui Gothorum) nunc totius Galliæ nulli quàm Lutetiæ ſecunda, nomen antiquum fideliter retinet. A Tholo, uno ex poſteris Iapheti ſunt qui conditam primùm & appellatam velint: alii ad Troianos citeriores antiquitatis indagine convolãt. Curis his nimis ſollicitis me nõ miſceo, & ſat habeo dixiſſe Romanis Gallia ſubiugantibus populum & urbem floruiſſe: olim ampliſſimam & ingentis ambitus

tus fuisse æquè ac hodie, teste Ausonio in urbibus ibi:

Coctilibus muris quam circuit ambitus ingens.

A Romanis decoratam Amphitheatro & Capitolio, honore, quà posterius præter Tolosã, Narbonem, Carthaginem novã, nulli urbium indulto. Illius vestiga adhuc exstant: de hoc dubitatur an non sit arx illa rotunda, quæ conspicitur prope locũ, Inquisitionis vocabulo appellatum. Iovis Hammonis templum fuisse volunt, quod Beatæ Virgini cõsecratum; Appollinis, quod D. Quintino. Ab illo etiam plateam nomen adhuc custodire putãt quæ Portaria dicitur, quasi porta Arietis. Vrbs est amplissima, elegans ædificiis ex lapide coctili structis constans. Garũna perfluens geminam facit. Vna tantùm, quæ maior, Languedo-

cii est portio; altera, quæ minor, Vasconiæ. Ponte ligneo iungũtur. Saxeus magnæ molis iam à longo tempore ædificari cœpt' est, eò usque perfectus ut columnę arcuum aquis iam exstent, & unus arcus planè sit perfectus. Populosissima est, victum ubere circumiacentis terræ copiosissimum suggerente.

Comites Tolosæ. Habuit olim Tolosa Comites suos Pares Franciæ. Sed Alphonsus S. Ludovici frater ducta Iohanna filia Raimundi Comitis, herede comitatus, ἄπαις moriens, ipsum Galliæ Regem heredem eius fecit.

Parlamentũ. Academia. Hodie inprimis duo uniones ornant hanc urbem, Parlamentum totius Galliæ secundum, & Academia magna studiosorum frequentia affluens, hodie Iurisprudentiæ maximè nutrix, Privilegiis amplissimis dota-

dotata est à Ioanne 22. & Innoc. 6. Pontificibus. Quîs licèter abutuntur, qui sub obtentu illorũ latrocinia exercent in transeũtes tam Gallos quam exteros alios, & sine respectu, posito omni pudore in maximos, medioxumos, minimos grassãtur. A quib. cautè caveant sibi, qui lustrandi urbẽ in vicis publicis obambulãt.

Templum cathedrale D. Stephano dicatum ante paucos annos igne conflagraverat. Ortũ id ex incuria æditui, qui faces nondum probè exstinctas cistâ concluserat, quæ resumptâ flammâ omne quod ligneum fuit absumpsêre. Restituta nunc est planè & pro ligneo operimento, obtegitur fornice lapideo. Campana hîc visi dicitur ex maximis, quæ visuntur ullibi, una. In peristylio vidi epitaphium Paschalii & Guilielmii

Templũ S. Steph.

Philandri, cuius curæ in V
vium exſtant.

S. Saturnini. Collegiale templum (
mirandum) oſtentat D. S
nini, munitiſſimum. In ſu
diſpoſita ſunt tormenta b
ad defenſionem urbis &
primēdos tumultus, ſi qui
tur. Interiùs ita ædificatu
ut etſi plurimæ eæque mu
gulæ columnę laquearia ſu
tent, nemo tamē intus ulli
cultare ſepoſſit, ut nō bon
darum ictibus deſuper pug
tium pateat. Ponè chorū X
poſtolorum videntur ſtat
gneæ: quæ dicuntur genu
xiſſe, cùm duo mæchanici
tereuntes blaſphemias iac
in Chriſtum Salvatorem. T
la è regione appenſa mi
huius exhibet relationem.
cobi imaginem uſq; ad te
ſe demiſiſſe perhibent, quā

puella prehendisset sine ullis adminiculis sursum tum illa abîsse, & in locum suum eam reposuisse. In fornice subterraneo plurimorum Apostolorum & sanctorum corpora & capita custodiuntur, cistis ex argento deaurato inclusa. De quîs visum admissi accipiunt literas patētes cum 492. annorum indulgentiis. Supra introitum notabis hoc distichon:

Omnia si lustres alienæ climata terræ,
Non est in toto sanctior orbe locus.

In choro claustrum est cancellis ferreis circumdatum, ubi S. Saturnini corpus cistæ argenteæ auro obductæ inclusum iacet. Homo quidam sacrilegus noctu ex parte, qua cancelli aliquantulū patent, se intromiserat & deraso hincinde argento re-

retrogredi nequiens postri
comprehensus & in area a
templum combustus fuerat.

Aurum Tolosanum. Locum hîc ostendunt c
olimlacus fuit, in quem mo
à Sacerdotibus suis proiecer
Tectosagi aurum rapinis, a
primis è templi Delphici, D
Brenno, direptione quæsitu
ut averterent, à se pestilenti
qua adfligebantur De auro T
losano, in proverbium trac
possessores suos magnis mul
malis, en tibi Iustini locũ lib.
Tectosagi cũ in antiquã pat
Tolosam venissent cõprehen
pestifera lue essent non priu
nitatē recuperavere quã ar
picum responsis mon-ti aurũ
geniũq; bello sacrilegiũq; q
situm in lacum Tolosensem m
gerent. Quod omne magno
tempore Capio Romanus Con
abstulit. Inere autem arge

P.

pondo centum millia, auri pondo quinquies decies centũ millia, quod sacrilegium excidii caussa Capioni exercituiq; eius postea fuit. Romanos quoq; Cimbrici belli tumultus, velut ultor sacræ pecuniæ, insecutus est. Alia de eodẽ vide apud Agell. & Strabonem.

Aliud templum est Beatæ Virginis, à *nostre Dame d' aurade*: ubi baptisterium ex solido marmore nigro, venulis candidis interstincto. Gradus, quîs ad illud adscenditur, pariter sunt marmorei. Altare in eodem videbis ex ære magnificum. Ex turre contigua contemplari potes situm & figuram urbis, tum etiã planitiem circumiacentem.

Nostre dame d' Aurade

Alias ædes sacras complures, & quæ in illis, sciens prætereo: nisi quòd innuo S. Dominici mereri ut videatur. Licèt enim sit parvum, elegantissimum tamen est.

Ba-

Basilica urbis. Basilica urbis Capitolii n
mine donata ædificium est pr
magnificum. Ad introitum m
lites & apparitores sunt destit
ti, penès quos deponere opor
arma. In porticu areæ ad finis
depictum conspicies Carol
IX. In loco eminentiori è reg
ne introitus collocata est sta
Henrici Magni cum hac insc
ptione : *Henrico Magno pa*
caussâ armato publicorum a
ficiorum magnique patriæ op
restitutori magna Tolosa re
olim alterius caput, regnū
Franciæ augere maluit, c
patriis & suis sub pedibus re
suorumque hinc inde Capit
norum insignibus insigniq; f
actorū amante animorū & f
cib. mali ereptorū nota hoc
debuit dicavit : 1606. 1607.
Ad sinistram interioris
troitus depictus est Ludov

Galliæ Delphinus Carol. VII. filius) qui matrem suam Reginã in eodem equo secum gestans cũ patre Tolosam ingressus est. Anno 1142, 1143. Tabula picta fuit anno 1569. renovata 1613. Ad dextram istic intratur in atrium in quo Senatus Tolosanus congregari solet, in cuius angulo dextro collocata visitur statua fœminæ ex candido marmore cum hac inscriptione in æs incisa:

Ludi florales Tolosani

Epitaphium CLE. ISAV.

CLE. ISAV. L. ISAV. F. EX PRAECLARA ISAV. FA. QVVM IN PP. CAELI. OP. VI. TAM. DELEGI CAS. Q. ANNIS L. VIXI FOR. FRV. VINA. PISCA. ET HOLITO P. S. IN PUB. VSUM STATUIT C. P. Q. T. LG. HAC LEGE, VT QVOT AN-

ANNIS LUDOS FLO. IN AEDEM PUBLICAM QVAM IPSA SUA IMPENSA EXTRUXIT CELEBRENT RHOSAS AD M. EIUS DEFERANT ET DE RELIQUO IBI EPULEN. QVOD SI NEGLEXE. SINE CO FISCUS VENDICET CONDITIONE SUPRADICTA. H. S. V. F. M. UBI R. I. P. W. F.

Quatuor florum picturæ erãt huic inscriptioni subiectæ ni fallor erant *Aquileia*, *rosa*, *gareophilum*, & nescio quis quartus.

Celebrantur hi ludi Florales, olim passim per urbes Gallicanas consueti, quotannis die S. Crucis, mense Maio, noménque antiquitus impositum etiamnũ retinent *les ieux Floraux*. Proponitur iuvenibus materia, ex qua versus in vernacula lingua com-

componunt. Præmia victoribus sunt flosculi ex argento cõtecti. Convivium lautum pòst in curia instituitur, & impenduntur 400. circiter libræ. Ianuæ qua introitur in locum convivii hujus, inscriptum.

VITAE SOCIA VIRTUS
MORTIS COMES GLORIA.

In parvo, quod vocant, consistorio in angulo sinistro visitur pictura S. Saturnini, urbis patroni â plebe trucidati & à tauro per urbem tracti, usque ad locum ubi eius nomini dedicatũ est templum: unde nullis ictibus dicunt abigi potuisse taurum. Eadẽ pictura amplior visitur introitũ templi cuiusdã *à la grãd ruë*, per quam tractus dicitur. In eodem consistorio Regis & Reginæ ab Episcopo conspon-

ſponſorum pictura eſt. Sub
rum pedibus in medio h
conſpicies figuram:

Formula antiqua ibi
marmori nigro inſcripta:
DEANT CONSULES
QVID DETRIMENTI
PL

PUBLICA CAPIAT. Supra quam formulam picturam videbis hieroglyphicam iuvenis laureati & clepſydram manu tenentis, à cuius dextra conſiſtit Prudentia, cuius humeros ſtryx inſidet, &c. ſubſcripto tetraſticho:

Vir medius ſertum geſtans & clepſydra, ſphara.
Stryx, oculos ſceptro crus quoq; ſaxa gerens,
Provideas vigilesq; notant hac, tempora lauro
Vt tua Phœbeâ cingere poßit Honor.

Vidimus ibidem cubiculum pictorum, variáſque inibi picturas. Inter reliquas effigiem Pſyches Apuleianæ, ad lucernæ lumen incognitum ſuum maritũ Cupidinem cùm ſomno ſopitus iaceret, contemplantem.

Capitolinorum effigies habitu

ſponſorum pictura eſt. Sub ill
rum pedibus in medio ha
conſpicies figuram :

Formula antiqua ibidem marmori nigro inſcripta : VIDEANT CONSULES NE QVID DETRIMENTI RESPUBLI-

PUBLICA CAPIAT. Supra quam formulam picturam videbis hieroglyphicam iuvenis laureati & clepſydram manu tenentis, à cuius dextra conſiſtit Prudentia, cuius humeros ſtryx inſidet, &c. ſubſcripto tetraſticho:

Vir medius ſertum geſtans & clepſydra, ſphæra.
Stryx, oculos ſceptro crus quoq; ſaxa gerens,
Provideas vigilesq; notant hæc, tempora lauro
Vt tua Phœbeâ cingere poſſit Honor.

Vidimus ibidem cubiculum pictorum, variáſque inibi picturas. Inter reliquas effigiem Pſyches Apuleianæ, ad lucernæ lumen incognitum ſuum maritũ Cupidinem cùm ſomno ſopitus iaceret, contemplantem.

Capitolinorum effigies habitu

bitu

biid

bitu solemni indutorum passi in atriis & area Basilicæ colloc tæ visuntur: quibus pingend pictores isti habentur.

Palatiũ Curia. Superbũ non minùs ædifici est Palatium Curię Parlamenta lis, atriis, auditoriis cubiculis di stinctum ornatissimis: Philipp pulchri Gal. Regis opus, ut notãr.

Moletrina. Ac uti ad humiliora te deducam, exspatieris in locum qui *BaZade* dicitur. Molerrinas isthic videbis miro artificio & modo à nostris planè diverso constructas. Rotæ non erectæ & pendulæ, sed iacentes circumvolvũtur & longè minoris sunt circumferentiæ quam communes aliis locis usurpatæ Quindecim rotarum fuerat: undis, cum isthîc essem, valde laceratum, xundante xiv. May anno 1611. Garumnâ.

Viridarium. Viridarium in propinquo extra

tra urbem est amœnissimum. Solet ab exterisadiri, mihi non visum: indicari tamen debuit.

Quod si ex hac urbe Lugdunum quid curatum velis commendes viro cui nomen *Montault, deVant les penitens bleus* à quo fideliter expeditum.

Visis igitur his quæ notavi tibi & fortean aliis, quæ faventior sors insuper mihi incognita, tibi faciet cognita, magna hæc urbs linquenda tibi erit; & transeunda minorum gentium aliquot oppida. Primum, ubi refectio sumenda in hospitio ad insigne B. Virginis est, *Ville Franche*. Magnus hîc glasti proventus. Septies anno colligi dicebant, & ultra 100000. Coronatorum lucro annuo totam regionem beare. Secundum transeundum *Castelnau - d'Arry*. Notabis hîc magnum nu-

Ville Franche.

Castelnau d'Arry.

numerum molet rinarum vento agitarum. Vber terræ circa eam fœcundissimum. Tertium perinde transeundum solùm *Ville-nouuelle*, Quartum *Ville-Pinte* cibum potúmque tibi exhibebit. Quintum *Ville-Seiche* transmittet te solū, & Carcassona melioris notæ urbs adventantem hospitio exceptum medium fortè diem retinebit.

Ville-pinte.

Darcassona.

Nomen urbi à multis seculis hæsit. Carcasso, Carcassum, Carcassio veteribus nonnullis etiam citra geminationem literæ S, dicta. Vrbs Episcopalis, gemina. Vna, *la Cité*, in monte sita, unicâ portâ aditum præbens, muris turribusque crassissimis, fossis profundis cincta, ac inprimis loci insuper ingenio munitissima. Arma ad introitum relinquenda sunt. Cathedralis hîc Ecclesia S, Erasmi, ubi

ubi ad altare notabis picturam martyrii eius. Extra urbem in muro videbis lapidi insculptam effigiem fœminæ, quæ obstiterat ne traderetur urbs Saracenis. Hanc & inferiorem interfluit Atax, vulgò *Aude* dictus fluvius, ponte ambas ripas connexus. Inferior urbs vallo, fossis & propugnaculis firmis est munita: ordine, quod iucundū visu, platearum pulcherrimo ædificata. In medio urbis forum, inque medio fori quatuor plateas visum ad mœnia usque transmittentes videbis, ædificia pleráque omnia sunt, lignea. Cæterùm si ex saxo essent vix elegantiorem urbem videres in tota Gallia. Pectines hîc capsulęque & alia ex buxo aliisq; lignis magno numero artificiosè elaborant, & parvo pretio venum tibi adferunt in hospitium,

M quod

quod eligas *à la peste*: pro diurno convictu equitis & equi solvuntur 40. solidi.

Hinc abiens prandium cum comitibus meis sumpsi in pago *Mours* (alii solent interiungere in oppido *Lesignan*) & post per angustas montium fauces, ubi ros marinus fortuitus herbęque odoriferæ aliæ iucundam nobis auram adspirabant, in planitiem haut inamœnam progressus Narbonem extremam hac parte Galliarum urbem intravi.

Mours. *Lesignau.*

Narbo. NARBO & Narbona dicta fuit olim: quod nominis habere putatur vel à Narbone antiquo Galliæ Rege, vel à Nerbone fluvio. Nomen etiam suum communicavit provinciæ, in qua sita est. Insuper appellata fuit aliis diversis nominibus:

1. *Ata-*

1. *Atacinorum Decumanorúmque colonia.* Idq; partim ab Atacinis, populo Narbonensis Galliæ, dicto, vel ab Atace fluvio, vel Atace vico à quo & Varro Atacinus; & ex quis duobus hæc colonia conflata. *Atacinorum Decumanorumq; colonia.*

2. *Martius Narbo.* An à Marcio Rege, quo & L. Portio Catone Coss. colonia huc deducta? An à Deo Marte? Hoc præ illo. Fortè quòd ex Martiæ legionis veteranis colonia constiterit. Ac licèt quinta legio, non decima legatur Martia dicta: quid vetat ne suspicemur & decimæ hoc nomē inditum fuisse: quod & Vinero probatur. Fortè etiam inde, quòd propugnaculo esset Provinciæ Romanorum: quod firmat Sidonius in Epistolis, cùm scribit: *Dum apud Narbonem quondam Martium dictum, sed nuper factum, moras* *Martius Narbo.*

necto Cur nuper factum? Nempe quòd fortiter Gothorum obsidionem sustinuerit. Commendationes etiam Narbonis à Cicerone & Mela profectæ, cùm Martium appellant, eodem collimant, quòd bello sustinendo & hostibus resistendo per opportunus sit locus Cicero quidẽ pro Fonteio: *Est in eadem pruincia Narbo Martius colonia nostrorum civium splendor populi Romani, ac propugnaculum istis nationibus oppositum & obiectum*, Mela lib. 2, *Sed antistat omnes Atacinorum Decumanorumq; colonia: Vnde olim iis terris auxilium, nunc & nomẽ & decus est Martius Narbo.*

Iulia Paterna. 3. *Iulia Paterna.* Subintellige colonia. Deducta illa eò fuit C. Iulii Cæs. Dictatoris auspiciis. *Paterna* additur, ne Iulii filii, hoc est, Octaviani Augusti putetur.

tetur. Marmor effossum in ipsa urbe, & nunc in exteriore parte turris ædibus Archiepiscopi contiguæ infixum, continens dedicationem altaris Augusto iam inter Divos relato factam, hac de re loquitur: cui inscripta verba ecce hic exhibeo:

Titio Statilio, Lucio Cassio Longino consulibus, decimo Calendas Octobres, numini Augusti votum susceptum à plebe Narbonensium in perpetuum.

Quod bonum, faustum, fœlixque sit Imperatori Cæsari Divi filio, Augusto, Patri patriæ, Pontifici Maximo, Tribunitia potestate tricesimum quartum, coniugi, liberis gentique eius, Senatui, populóque Romano, & colonis, incolisque coloniæ Iuliæ Paternæ Narbonis Martii, qui se numini eius in perpetuum colendo obligaverunt, plebs Nar-

bonensium arã Narbone in foro posuit: ad quam quotannis nono Calendas Octobres, qua die eum seculi fœlicitas orbi terrarum Rectorem edidit, tres equites Romani à plebe, & tres libertini, hostias singulas immolent, & colonis & incolis, ad supplicandum numini eius thus & vinum de suo ea die præstent. Calẽdis quoque Ianuariis thus & vinum colonis & incolis præstent. Septimo quoque Idus Ianuarias, qua die primùm imperium orbis terrarum auspicatus est, thure, vino supplicent, & hostias singulas immolent, & colonis incolisq́;, thus vinum ea die præstent. Et pridie Calendas Iunias, quòd ea die Titio Statilio Tauro, Marco Aemilio Lepido Consulibus, iudicia plebis Decurionibus coniunxit, hostias singulas immolent: thus & vinum ad supplican-

candum numini eius colonis & incolis præstent. Exque iis tribus equitibus, Romanis ..... libertinis unus .....

Hîc effracto marmore pauca quædam interciderant. In parte altera hæc leguntur:

Plebs Narbonensis aram numinis Augusti dedicauit legibus iis, quæ infra scriptæ sunt.

Numen Cæsaris Augusti patris patriæ, quando tibi hodie hanc aram dabo dedicaboq; his legibus hisq; regionibus dabo dedicaboq; quas hîc hodie palàm dixero, Vti infimum solum huiusque aræ titulorúmque est si quis tergere, ornare, reficere volet, quod beneficii causa fiat, ius fásque esto. Siue quis hostia sacrum faxit, qui magmentum nec protollat, idcirco tamen probè factũ esto. Si quis huic aræ donum dare augeréque volet, liceto. Eademq;

demque lex ei dono esto, qua
est. Caeterae leges huic arae, tit
que eadem sunto, quae sunt
Dianae in Aventino. Hisce
bus, hisque regionibus sic, u
xi, hanc tibi aram pro Imp
tore Caesare Augusto patre
tria, Pontifice Maximo, Trib
tia potestate tricesimum q
tum, coniuge, liberis, gent
eius, Senatu populoq; Rom
colonis, incolisq; coloniae Iuli
terna Narbonis Martii, q
numini eius in perpetuum
do obligaverunt, doq;, ded
ut sies volens propitium.

Vrbs in pretio habita fuit
manis, quippe qui Amphit
tro, Capitolio, aquae ducti
balneis cum decorârint.
consulum etiam erat sedes.
die est Archiepiscoporum.
clarum eius elogium ce
Car. 25. Sidonius carmine phale
V

Vallo, mœnibúsque ac propugnaculis firmissimis munita inter prima totius Galliæ fortalitia numeratur. Antiquæ tamen formæ munitiones sunt, nec ad regulas hodiernas ædificatæ. Planities circum est maxima & fertilissima. Atace fluvio secta: gemina quasi fit urbs. Pons est super illum, instar plateæ, ædibus utrinque despectũ in undas eripientibus. Aedificia continet elegantia, & areas habet patulas.

Templum S. Iusti ædificari cœptum miræ magnificentiæ, & quod defensioni urbis cõducat cum turre cõtigua 400. graduum: in cuius fastigio iucũda est inambulatio. In templo Organon musicum est elegantissimum, distributum in utrumq; parietem & columnas intermedias; nec tamen nisi unũ folTemplum S. Iusti.

démque lex ei dono esto, quæ aræ est. Cætera leges huic aræ, titulisque eadem sunto, quæ sunt aræ Dianæ in Aventino. Hisce legibus, hisque regionibus sic, ut dixi, hanc tibi aram pro Imperatore Cæsare Augusto patre patriæ, Pontifice Maximo, Tribunitia potestate tricesimum quintum, coniuge, liberis, gentéque eius, Senatu populoque Romano, colonis, incolisque coloniæ Iuliæ Paternæ Narbonis Martii, qui se numini eius in perpetuum colẽdo obligaverunt, doque, dedicoque, ut sies volens propitium.

Vrbs in pretio habita fuit Romanis, quippe qui Amphitheatro, Capitolio, aquæ ductibus, balneis eum decorârint. Proconsulum etiam erat sedes. Hodie est Archiepiscoporum. Præclarum eius elogium cecinit
Car. 23. Sidonius carmine phaleuco.

Vallo,

Vallo, mœnibúsque ac propugnaculis firmissimis munita inter prima totius Galliæ fortalitia numeratur. Antiquæ tamen formæ munitiones sunt, nec ad regulas hodiernas ædificatæ. Planities circum est maxima & fertilissima. Atace fluvio secta gemina quasi fit urbs. Pons est super illum, instar plateæ, ædibus utrinque despectũ in undas eripientibus. Aedificia continet elegantia, & areas habet patulas.

Templum S. Iusti ædificari cœptum miræ magnificentiæ, & quod defensioni urbis cõducat cum turre cõtigua 400. graduum: in cuius fastigio iucũdaa est inambulatio. In templo Organon musicum est elegantissimum, distributum in utrumq; parietem & columnas intermedias; nec tamen nisi unã fol- Templ. S. Iusti.

lium eadémque animâ inflatur. Monimenta superba multorum Archiepiscoporũ ibidem exstãt. In pretio habetur pictura resuscitationis Lazari: in qua hæc notanda observant: 1. Sinistram manum Marthę ingenua provolutæ. 2. Dextram Christi. 3. Canos & barbam D. Petri. Picturã inchoavit Michael Angelus, perfecit Sebastianus Venetus. Referebatur nobis, Regem pro illa obtulisse 8000. coronatos, & voluisse Parisios eam transferre: cùm renueretur cõditio, misisse pictorem qui transumptum inde Lutetiam ferret. Annum cũ impendisse in hanc operam aiebant. Sacella elegantia videbis plura, quorum unum extremi iudicii & purgatorii sculptura elegantissima exornat.

Antiquitates Antiquitatis monimenta sunt infinita in muris & propugnaculis,

culis, in quæ nemini conſcendere licet ſine permiſſu gubernatoris, qui expreſsè interdicere ſolet admiſſis, ne quidquam deſcribant. Fortè ne quis ſub hoc prætextu munimentorum figuras & altitudinem demetiatur. Cæterùm facillimè, qua eſt humanitate, indultum ab eo impetrabis. Divertimus ad inſigne Angeli, & perbene lautéque viximus.

Diei itinere hinc diſtat Perpignianum, prima Hiſpaniæ urbs, eò non pauci, ut poſſint vel libatam ſaltem Hiſpaniæ ſibi fuiſſe oram gloriari, excurrunt.

Aſt nunc ab extremo hoc Galliarum angulo paulatim in interiora eius retrogredi oportet.

Narbonâ Biterras contendenti Atax tranſmittendus eſt, & mons, de quo gloriari ſolent: *i'ay veu d' une mõtaigne quarã-*

te & deux villes : nempe ideo quòd *Carante* pagus, urbésque Narbo & Biterræ conſpiciantur.

Beziers Biterræ aliàs Bœterræ, vulgò *Beziers*, urbs eſt colle ſita, ad cuius radices præterfluit Orba fluvius. Templum hîc D. Lazari eſt elegans, ex cuius propinquâ areâ proſpectus iucundiſſimus eſt in circumiacentem regionem. Ieſuitæ collegium hîc habent amplum & magnificũ. Hoſpitium lautum ad inſigne Crucis albæ: in cuius horto rudera antiqui theatri adhuc viſuntur. Adventãtes hoſpites nomine pauperum compellũt tres quatuórve puellæ ex primis & venuſtiſſimis, ipſorúmque indigentiæ ſubvenias rogant. Des pro facultatibus, certus eadem die (ſecus ac alibi in Languedoccio, ubi pollucturis & choreis impendunt) quicquid dede-

runt

runt in Prochotrophio redditura. Castellum etiam hîc sed adeò non munitum. Inscriptiones etiam quædam, aliis notatæ, mihi non visæ.

Rectà si Monspelium hinc contendas, fanum S. Tubery transeundum. In monasterio illic claustrum est in quo ad 14. dies mente capti custodiuntur, pòst in sacello subterraneo propinquo, sacro adsunt, donec mēs ipsis sana redeat. Hinc ioculare illud : *Altez à S. Tubery pour devenir sage.* *S. Tubery.*

Altera ex parte (quam præfero) ad lævam medii diei itinere abest Piscena, vulgò *Pezenas*. Vrbs elegans cum arce, nec mediocriter munita. Haut procul fluvio *Leyraut* dicto. Comes stabilis Franciæ propè urbem in secessu campestri degit: vocant *la Grange*, hortus amœnus *Pezenas.*

ſtas & ædes excelſas: ídque ad inhibendum radiorum ſolariũ vehementiam. Qualiter etiam veteribus Romanis à Solis æſtu ſe defendere commodum viſum fuit: teſte Tacito 15. *Annal.* his verbis: *Erant qui crederent veterem illam formam ſalubritate magis conduxiſſe, quoniam anguſtiæ itinerum & altitudo tectorũ non perinde ſolis vapore perrumperẽtur, at nunc patulã latitudinem & nulla umbra defenſam valentiore æſtu ardeſcere.* Nec ſecus antiqui Lugdunenſes præcipuis cis & ultra Ararim aliquot plateis illarúmque ædibus ad eundem modum opacitatem conciliarunt.

Academia. Vrbs Epiſcopatu, & inprimis Academia celebris. Nec tamen aliæ litteræ æquè in illa florent ac ſtudium Medicinæ. Cauſa citra dubiũ eſt, quòd ſub tempus

quo

quo Saracenis Hispaniâ pulsis erecta. Arabum ac inprimis Avicennæ & Averrois discipuli huc migrabant, tum quòd in vicinis montibus infinita simplicium alibi vix aut rarò inveniendorum copia suppetit. Nolim hinc moveas non visâ prius electuarii *Alkermes* confectione. *Alkermes.* Videbis ipsam penès Pharmacopœum industrium Laurentium Catellanum, Germanicæ linguæ pergnarum, cui haut pauca humanitatis officia, cùm isthac transiremus, accepta referimus. Officina etiam eius versibus Germanicis inscripta est: testibus ipsius in Germaniam & Germanos adfectus. *Laur. Catellanus.*

In hoc theatrum Asclepiadeum undique ex tota Gallia & externis etiam locis confluunt, qui huic scientiæ nomina dederunt. Titulis etiam insigniti, &

& tiarâ Doctorali Donati abeũt. Notant alii candidatos tunica Rablesii indui ipsísque inclamari: *Vade & occide Cain*: explicatione mira addita, in quam inquirere in loco potes. Chirurgi etiam & pharmacopœi exercitia sua disputationum habent diebus Dominicis: logicis quidem terminis, sed sermone vernaculo, uti Lugduni solent.

Iurisprudentiæ studium etsi non ita floreat, nec tamē omnino iacet: retinere isthic fugientem Astreiã ICto celeberrimo Iul. Pacio à Beriga: qui compellantes se humaniter admittit. *Iulius Pacius ICtus.*

Aedes magnifica hîc fuit D. Petro dicata, ex saxis quadratis prægrandibus constructa. Sed in bellis civilibus maximam partem diruta. Aliquot septimanarum obsidionem sustinuêre in *Templũ D. Petri*

ca

ea Catholici, tormentis denique ab una parte in ianua domus è regione positis probè concussa, & commeatu deficiente deditionem fecerunt.

Dicasterium & Collegia

Minoris non sunt magnificentiæ Dicasterium, vulgò *la chambre du Roy* appellatum: Collegium Medicum, Regium, & quod *du vergier* appellant.

Ceram hîc dealbant, & id genus coloris quod *verdet* appellant conficiunt, quod paucis alibi locis æquè gnarè & gnavè perficiunt. Officina etiam hæc urbs est cultrorum, forficum, & huiusmodi instrumentorum quæ integris thecis circumferri solent. Vitrea vasa pulcherrimè picta venalia habent: & huiusmodi infinita alia.

Magelonne.

Ad duas Leucas hinc abest arx *Magelonna*, in insula. Episcopum Montpessulanum dominum

minum agnoſcens. Equis pergi poteſt Villam-novam uſque in pagum circummunitum,&inde uſque ad ſtagnum Volcarum, Laterram Plinio olim dictum, ad 300.paſſus circiter à pago diſſitum: unde equi reducuntur in pagum, & ſtagnum lembo trāſmittitur. De hoc ſtagno Merula notat ex Caroli Cluſii ad Abr. Ortelium literis: *Rectè Poldus.* (nempe Lataram Pomponii eſſe Caſtellum *Lates.*) *Nam* Lates *etiamnum vocatur hoc caſtellum cum vico adiacente, vicinum ſtagno Volcarum, qua Ledum flumen in ſtagnum labitur. Id ſtagnum aliquot milliaria in longitudinem porrigitur,cui aliquot vici & oppidula adiacēt. Nōnullis locis* Eſtāg *ab indigenis appellatur, qui piſces in altiori ſtagni gurgite captos præferunt aliis,quòd cænū adeò non*

Latera, ſtagnum.

non resipiant. Littus maris quod incolæ playe de la mar *dicunt, stagnum à mari seiungit. Aqua tamen marina fluxum quibusdam in locis in stagnum præbet: & haut dubiè id stagnum tutiorem à piratarum atq; hostium incursionibus eam Galliæ Narbonensis oram reddit.* Præsidium in Magelonna nostra habetur aliquot militum, canésque prægrandes inibi aluntur & mordacissimi. Notissima est in vulgus fabula de Petro Provinciali, quem conditorem; déque pulchrâ Magelonnâ, quam hîc sepultam ferunt. Magnum quem ICtum, Rebuffum alii, alii Placentinum sepultum hîc notant. Tum esse intus duos fontes, salsum unum, alterum dulcem. Vrbs hîc fuit olim & portus maris. Sed illa à Saracenis destructa, hic arenis nunc

inge-

ingeſtis repletus. Qui huc exire volent, rectè fecerint, ſi literas commendatitias ſecum adferant. Hinc Frontignacum vini Muſcatellini feracem, in montem & Caſtellum Seti, & Thermas vicinas uno itu ire & & in urbem redire poſſis. *Frontignac. Mons Seti.*

Monſpelio Nemauſum abitum velim, ſed itinere non recto & tranſito Ponte Lunello, quo Vidrola fluvius, *Vidourle*, viatores transmittit, contiguo hoſpitio totius Galliæ optimo habito olim celebratiſſimus, ad dextrã flectendum, & prætereundus hortus peramœnus Domini de Bartenſier, qui arcem habet in propinquo. E regione ferè trãs Vidrolam ſita eſt urbs Maſſilargues. Superatis pòſt aliquot pontibus & trãsmiſſa turre ſatis forti, quam *la Carbonniere* appellant, præſidium, 5. aut 6. militum *Pont Lunel. Maßiliargues. La Carbõniere.*

tum ſemper habente, ibíque pedagio ſoluto, Aquas mortuas, vulgò *Aiguesmortes* intrabis, urbem prope oſtium Vidrolæ ſitam, figuræ quadruæ, non improbè muro ex quadratis ſaxis & turrib⁹ fortiſſimis quindecim munitam. Præminet inter alias Turris Conſtantiæ decima ſexta numero, extra ordinem & numerum poſita, aditum ponte pendulo præbens: olim pharos, cùm mari urbs allueretur, nec portus eſſet arenâ occupatus. Arcem tamen potiùs quàm turrim diceres. Secunda ab hac eſt Reginæ, *La tour de la Royne*, muro tamen & ordine reliquarum contenta. Leucæ ſpatio hinc abſunt ſalinę, vulgò *Salines de Begays*, quæ ex turri Coſtantiæ proſpicienti imagines montium candidorum tibi præſtabunt.

Aiguesmortes.

Turris Conſtantia.

Salines de Begays.

Mu-

Munimentum etiam prope est *le fort de Begays*.

Hæc urbs anno 1422. à Duce Aumico (qui erat à partibus Burgundi & Sabaudi contra Carolum VII.) occupata fuit, inque ea collocatum præsidium Burgundorum, qui tamen trucidati fuêre à populo & totum Languedocium in potestatem Regis, redactum. Monstrari adhuc aiunt locum, ubi sallitifuerunt Burgundi, *la cave des Bourguignons*. Refert Serres *in Vita Car. VII pag. mihi 603.*

Tribus prægrandibus leucis hinc abest fanum S. Aegidii, vulgò *S Gillis*. Oppidum nobile Comitatus titulo & triplici templo, sibimet invicem superstructo. In ruina id templum nunc iacet, testimonium furoris civici. Magnificum fuisse ex marmoreis columnis patet, quas

quas sculptæ imagines ornant. Ego duplex tantùm fuisse ex ruderibus cognoscere potui.

Istagela In sylva vicina *Istagela* visitur cathedra lapidea, ex qua creduntur Druydes (qui ferè sylvas inhabitabant) populo conciones habuisse.

Hinc tandem Nemausum, fidelem pulcherrimarum antiquitatum custodem pergas.

NEMAUSUS Volcarum Arecomicorum metropolis, vulgò *Nimes.* *Nimes.* De illa ita meminit Strabo: *Caput Arecomicorum est Nemausus, longè inferior Narbone, si peregrinam negotiantiũ turbam spectes sin rempublicam multo præstantior. Nam viginti quatuor habet pagos populariũ præstantes viris quibus & Latii ius. Ita ut Nemausi invenias Romanos qui ædilitatis & quæstura honorem sint consecuti, eâq;*

ob

ob causam gens ea cum præfectis Româ missis nihil habet negotii.

A Nemauso Herculis filio conditam volunt. Amplissima olim fuit, testantibus muri veteris ruderibus. Septicollem ad exemplum Romæ fuisse perhibent. Montem vicinum in quo annosa illa turris, vulgò *Tourremaigne*, (sive turrem magnam sive Romanam Latinè sonare dicas) aliis *Tourremille* (quod una fuerit ex mille turribus, quæ urbem circundabant) olim comprehenderat. Ab illa magnitudine hodie multum abest, in angustum coacta, inq; planitie iacere contenta, nec in occupatos olim colles adsurgens. Cæterùm elegantes ædes non exiguo numero hîc videre est, plateásq; & amplas & longas. Extra urbem ab ea parte, quâ planities est, horti & oliveta *A quo condita.*

N amœ-

amœnitatem summam præbent. Licet unicuique per hortos pro labitu deambulare: nec domino prohibendi ius est.

Chr. Pistorius. Degit hic vir eruditus Christianus Pistorius German⁹, Professor, qui solet Germanis adventantibus adesse & de visu dignis referre. Ego brevis ero & summa tantùm capita notabo eorum quæ vidi ἀξιμνημόνευτα.

Palmarium omnium duco Amphitheatrum: in figura ovali 470. passus continens, 63. arcuum: quod Antonini opus esse non dubitatur, cui paternum genus ex Transalpinis Gallis & Nemauso fuerat. In Istius amphitheatri structura observabis, I. Par gladiatorum saxo incisum II. Lupam altricem Romuli & Remi. III. Vultures qui Romulo & Remo Vrbs fundamenta iacientibus olim apparue-

paruerunt. IV·Priapos duos alatos, vulgò *les Vits volans* dictos, quibus insidet vetula freno illos regens. Variæ rei iactantur explicationes. Accessèrim illis qui putant Romanos sub hac figura hieroglyphica, quod apertè rarò faciebant, victoriam Gallis suam tacitè exprobasse. 5. Capita duo taurorum aut urorum ad portam, quâ intrabatur olim. 6. Duas turres ad hodiernum introitum positas à Nobili quodam, qui postquam diruta esset à Saracenis, Gotthis, Vandalis urbs, amphitheatrum occupasse & ex eo solo restitisse; idque cum posteris per aliquot secula possedisse dicitur. Hodie area interior domunculis hominum pauperculorum occupata est.

Iungo amphitheatro ædificiũ antiquũ quod *la maison carrée* *La maison carrée.*

vocant. Forma eius est ἑτερομήκης, quadrata quidem, sed quæ in longitudinem nonnihil vergit. Latera decem columnis fulciuntur: frons, & pars fronti obversa, sex. Tectum ex magnis lapidibus compositum est, deambulantibus accommodum. Plotinæ id excitatum à Traiano dudum viri docti demonstrarunt: inprimis ex Spartiano in Hadriano, ubi inquit: *Per idem tempus in honorem Plotinæ Basilicam apud Nemausum opere mirabili exstruxit.* Et ex veteri inscriptione, quam Aquis Sextiis exstare ferunt, in qua non Basilica, sed ædes sacra dicitur: PLOTINA. TRAIANI. VXOR. SVMMA. HONESTATE. ET. INTEGRITATE. FVLGENS. STERILITATIS. DEFECTV. SINE. PROLE. FECIT. CONIVGEM.

GEM. QUI. EIUS. OPERA. ADRIANUM. ADOPTATUM IN IMPERIO. SUCCESSOREM. HABUIT. A. QVO. IN. BENEFICII. MEMORIAM. NEMAUSI. AEDE. SACRA. MAXIMO. SUMPTU. SUBLIMIQVE. STRUCTURA. AC. HYMNORUM. CANTU. DECORATA. POST MORTEM. DECORATA. EST.
Subtus cella eſt, in qua initium cryptæ ſive meatus ſubterranei, quo Arelatem uſque veteres Romani pedites & equites ire potuerunt.

Tertium eſto templum quod Dianæ, alii Veſtæ fuiſſe opinantur. Duo in illo columnarum ordines operis antiqui & artis exquiſitę. Propinquus fons eſt, lacus tamen habens faciem magis, quam fontis. Fontem Dianæ ſunt qui appellent: alii *Templũ Dianæ.* *Fons Dianæ.*

lavacrum Vestalium fuisse opinantur. Sunt qui aquas eius per meatus subterraneos ex Gardo huc penitrare credant. Quidquid sit, perēnium est undarum & pellucidissimus, ut Apono eum iungere non fuerit veritus Ausonius: quo vel solo argumēto non adsentior viro doctissimo, qui alium fontem Ausonii fuisse adserit, & ex proximis collibus in urbe ductum, eiusdem fati cuius Divona Burdigalensis fuit.

Porta Coronæ. Quartum Porta Coronę, ubi præter plures alias inscriptiones visitur hæc formula substitutionis: *Si qui ex iis qui supra scripti sunt, cùm moriar non vivet, sive post mortē meam morietur, tum qui reliqui erunt in eorum locum, qui mortui erunt, alios per suffragia substituant, quos dignissimos putaverint, dum nō*

minus

minus in perpetuum triginta sint, licetq; iis qui præsentes esse iis diebus non poterunt in locum suum conviuam ex amicis suis mittere eiusq; me sol et claves dua penès aliquem libertorum meorum & curatorum cuiusq; anni sint substituti Frontius Maternus, C. Licinius Sotericus, A. Fulvius Tarentinus, L. Iulius Cosmas, T. Claudius Eteemus, P. Aelius Philodespotus. C. Caninius Eutychus, Q. Iuventius Venustus, L. Valerius Cupitus.

Breviter: ultra hæc videnda restant: *Antiquitatès complusculæ alia.*

Columna Francisco I. erecta, cum Salamandra.

Statua Geryonis, Hieroglyphicum amicitiæ.

Collegium fundatum ab Hērico II. Ad cuius introitum scripti sunt hi versus,

Anno post tercenta undaq;
lustra secundo,
Septembris nono hunc merse-
rat unda locum.

Linea subducta notat quousque eluvies aquarum ex fonte illo sive Dianæ sive Vestæ pertigerit.

In vestibulo ædium quarundam privatarum aliquot aquilæ saxis insculptę visuntur in pariete, capitibus truncatæ. Gotthi ita mutilasse creduntur, in Romanorum odium, & significationem imperii nunc divulsi, nec sub uno imperante constituti.

Statua Cynthiæ, & complusculę inscriptiones in ędibus Domini *de la Besseria*.

Statua Mimi aut Histrionis in proximo diversorii ad insigne pomi.

Triste in angulo plateæ cuiusdam monstratur lignum: arbor

patu-

patulos expandēs ramos, ex qua ſuſpendūtur qui malefactis ſuis laqueo ſuffocari meruerunt.

In horto extra urbem ductus ſubterranei, qui à ponte Gardi aquam in urbem tranſmittebant.

Hæc & alia vir optimus Dn. Piſtorius in charta connotata ſolet tranſeuntibus communicare.

Ad quatuor leucas abeſt hinc ſtupendum illud humanæ induſtriæ opus Pons Gardius. Pons appellatur à parte ſui inferiore, qua tranſitum hominibus & iumentis præbuit: Cæterùm ſuperiùs aquæductus; Gardius à fluvio Gardo, cui impoſitus. Triplex arcuum eſt ordo. Inferior ſex tantum continet, medius, undecim; ſuperior triginta. Incumbit his canalis ſex pedum in altitudinem, trium in *Pont du Gard.*

latitudinem, contectus prægrandibus saxis. Altitudinem operis qui metiti fuêre, notant esse 82. pedum. Quis magnam hanc molem excitarit non constat: nec etiam mentio eius ulla fit à scriptoribus antiquis. De eo ita cecinit, Theodorus Beza:

Montibus impositos cantavit Gracia montes.
Pyramidum ostentat barbara Memphis opus.
Plus est quod cernis, triplicis coniungere pontis
Fornicibus montes sic potuisse duos.
Et plus est (victam quo se natura fatetur)
Imposuisse ipsis flumina fluminibus.
Et rursum hoc plus est contempto laudis honore
Artificem nomen subticuisse suum.

Mira

Mire opifex quod tu fecisti, sit licèt ingens;
Quod non fecisti, plus ego miror opus.

Haud procul ab hoc sive ponte sive aquæ ductu abest specus in monte capacissimum, in quo pransum, cum hîc esset, ferunt Regem Henricum IV.

Duplici via Nemausô huc itur. Mallem illâ egredi, quæ ad dextram declinat, etsi paulò altera sit compendiosior. Sic enim montes nullos transcenderis & per vicos & rura amœnissima perrexeris.

Viso ponte Gardi Belloquadram ad dextram declinandum, vulgò *Beaucaire*, urbem in dextra Rhodani ripa situm, mercatu diei S. Magdalenæ nobilem. Arx ipsi iuncta est in edito colle munitissima. Propugnaculum extra arcem monti vicino op- *Beaucaire.*

positum fortissimum, in quod aditus est ex arce muris munitus ab ea parte, ubi duas excelsas & crassas exporrigit turres.

Tarasco. Belloquadræ opposita est in sinistra Rhodani ripa, ubi se ipsi miscet Durantius, Tarasco, urb- probè munita cum arce elegantissima. Iusula novissimis annis in medio Rhodano nata est inter has urbes. Olim proverbium erat:

Entre Beaucaire & Tarascon.
Non repaist ny brebis ny mouton,
Non plus qu'entre Tain & Tournon.

Arx. Arcem ædificavit Renatus Rex Ierosolymæ & Siciliæ. Eius & Reginæ effigies in interiore area arcis exstant cum hac inscriptione:

Rena-

Renatus D. G. Ierusalem & Siciliæ Rex. *Domina Ioanna Regina Siciliæ.*

Divi Hieroës Francis liliis crucéque illustres incedant iugiter parantes ad superos iter.

Structura magnifica est ex saxis quadratis. Tecto nullo obtenditur, sed ambulacrum latissimum habet in fastigio: in quo aliquot deposita tormenta bellica. Inde despectus in urbem peramœnus: quæ sinuata efficit figuram lunæ arcuatæ.

Primarium templum est ad D. Martham. In illo monstri effigies chartacea hominem deglutiens, cum hoc epigrammate: *Templũ D. Marthæ.*

In laudem beatæ Marthæ hospitæ Iesu Christi A. Cassoleti Bellicadrensis carmen.

N 7 Suspi-

Suspice multipedem squamosum deinde draconem,
Auritum cernas dentigerúmque caput.
Terror erat populis horrendum nomine monstrum,
Caudatumq; animal glutivorumq; pecus.
Martha tamen sævam rabiē serpentis & iras
Perdomuit, loro cōtinuitq; brevi.
Cuius in hoc templo residet venerabile corpus.
Sanctaq; sunt Christi mēbra sepulta manu.
Oßaq; sunt tandem rutilanti inclusa metallo.
Nobile regali munere fulget opus.

Primam hanc Provinciæ ab hac parte intras urbem. De ea itaque pauca præfabor in genere.

Gal-

Gallia Narbonensis tota à Romanis devicta & Provinciam redacta nomen illud ut in pleraque sui patre perdiderit, in hoc tamen tractu ubi Massilia & Aquæ Sextiæ cum aliis urbibus, hodiéque retinet: ut ostenter se primam dignitate, & cui κατ' ἐξοχὴν hoc vocabuli competat, fuisse Provinciam. Quousque patuerit tango cap. de Burdigala. Hodie ab ortu finit ad Alpes & Varum fluvium: ab Septentrione Delphinates vicinos habet: ab Occidente, Languedoccium, Venissæ Comitatum & Arausionensem Principatum: ad Meridiem, mare Gallicum. Fructus præter segetes (ut Merulæ verbis, quod & ipse notavi, referā) profert non solicitâ curâ nobilissimos. Vvarū passarum ficuúmq; tāta hîc copia, ut potiori Europę sufficiat. Rosmarinus, PROVINCIA.

rinus, myrtus, iuniperi baccæ, aliáque id genus larga hîc manu ab Natura proveniunt. Castaneæ nusquam maiores. Mala Citria, Cydonia, Granata: item Crocus, oryza, similiáque pleno ibi cornu funduntur. Vires generosissima dant vina. Solum denique passim gratũ, ferax, benignum. Cœlum, mite, clemens, & valdè purgatum. Hæc Merula. Addo ego: Portus maris habet nobilissimos, in quos ex Oriente pretiosissimæ & raræ merces, ex Barbaria nobilissimi equi adferuntur. Comitatus titulo claret. Historiam XII. Comitum (quorum bona pars ex familia Andegavina) eleganter descripsit FR. CLAPPERIUS ICtus Provincialis: qui libellus separatim olim nunc iunctim cum eius Decisionibus Fiscalibus editus sufficiet tibi

haç

hac de re ſcire volenti. Carol. III. ultimus Provinciæ & Forqualquerii Comes Ludov. XI. Gall. Regem inſtituit heredem. A quo & ſucceſſoribus regno Franciæ unita fuit. Vide hanc in rem pulchra quædam apud Fr. de Clapperiis *Deciſ. part.* I. *Cauſ.* I. *quaſt. unica*, ubi etiam inſtrumentum unionis.

Taraſcone in ſiniſtra Rhodani ripa Arelatem deſcendendum. *Arles.*

Theline olim, cùm Græci has oras inhabitarent, & Mamillaria dicta Feſtus Avienus: *Theline & Mamillaria dicta.*

Arelatus illic civitas attollitur,

Theline *vocata ſub priore ſeculo Graio incolente.*

Inſcriptio quæ in columna legitur Arelate in ædibus matronæ Vallenſis:

SALVIS

SALVIS DD. NN
THEODOSIO. ET
VALENTINIANO
P. F. V. AC TERTIUM
SEMPER AUG. XV.
CONS. VIR INL
AVXILIARIS PRAE
PRAETO. GALLIA
DE ARELATE MA-
MILIARIA PONI. S.

M. P. I.

Quam ſic interpretandã ariolatur Iſacius : *Dominis noſtris Theodoſio & Valentiniano piis fœlicibus victoribus ac triumphatoribus ſemper auguſtis decimumquintùm Conſulibus viris illuſtribus auxiliaris præfectura prætorium Galliarum de Arelate Mamillaria* (ſic enim ſcriptum fuiſſe retur) *poni ſupra mille paſſus iuſsit*. Atq; hoc nominis

minis forte obtinuit propter terræ uber aut urbis formam: quam rationē nominis in Thelina Misnorum *Ciza* sunt qui reddant. Vide prolixè Ioan. Isac. *Itin Gall. Narbon p. 66. & seqq. Merul part. 2. lib. 3. p. 590.*

Gallulam Romam vocat Ausonius in urbibus, vel quod colonia Romanorum quàm maximè genitricem suam æmularetur, ut Merula opinatur: Vel, ut Isacius, quòd in voce Roma (quæ ut Romulus & Remus à ruma seu mamilla denominata) alludat tacitè ad Mamillariæ aut Thelines appellationē: cui ingeniosissimæ coniecturæ & ipse subscripserim. Colonia Saliorum & Colonia Sextanorū dicta fuit, quòd olim ex Saliis antiquissimis Galliæ populis examina huc deducta: & ꝙ multo pòst sexta legio hîc stativa sua habuerit. *Gallula Roma.* *Colonia Saliorū & Sextanorū.*

Con-

Constantina urbs. Constantinam urbem appellatam voluit Flau. Constantinus Imperator: cuius ea de re constitutionem non ob nomen urbis, sed ob eius encomium ex Scaligeri Ausonianis lectionibus ecce hîc transcribo:

IMP. FL. CONSTANTINUS ad Agricolam præfectum prætorio Galliarum.

Saluberrima magnificentia tua suggestione inter reliquas Reip. utilitates evidēter instructi, observandâ provincialibus nostris, id est, mansurâ in aunm auctoritate decernimus, quod sperari planè ab ipsis provincialibus debuisset. Nā cum propter privatas & publicas necessitates de singulis civitatibus, non solùm de singulis provinciis vel honoratos confluere, vel mitti lega-

legatos aut possessorum utilitas aut publicarum ratio exigat functionum maximè opportunũ & conducibile iudicavimus, ut servatâ posthac quotannis consuetudine in constituto tempore, in Metropolitanâ, id est in Arelatensi urbe incipiant septẽ provinciæ habere concilium. In quo planè tam in singulis quàm in commune consulimus: primum ut optimorum conventus sub illustri præsentiâ præfectura, si id tamen ratio publica dispositionis obtuleri, t saluberrima de singulis rebus possint esse concilia. Tũ quicquid tractatum fuerit, & discussum ratiociniis constitutũ, nec latere potiores provincias poterit, ut parem necesse est inter absentes æquitatis formam iustitiaq; servari. Hinc planè præter necessitates etiam humanæ conversationi non parum cre-

credimus cõmoditatis accedere, quòd in Constantinâ urbe iubemus annis singulis esse concilium. Tanta est enim loci opportunitas, tanta est copia commerciorum, tanta illic frequentia commeantium, ut quicquid usquam nascitur, illic commodius distrahatur. Neque enim ulla provincia fructus sui facultate lætatur, ut non nisi hæc propria Arelatensis soli credatur esse fæcunditas. Quicquid enim dives Oriẽs, quicquid odoratus Arabs, quicquid delicatus Assyrius, quod Africa fertilis, quod speciosa Hispania, quod fæcunda Gallia potest habere præclarum, ita illic exhibetur affatim, quasi sibi nascantur omnia, quæ ubique constant esse magnifica. Iam verò de cursu Rhodani & Turoni rocursu, necesse est, vicinum faciant & penè conterminum,

vel

vel quod iste præterfluit, vel ille quod circuit. Cùm ergo huic serviat civitati quidquid habet terra præcipuũ, ad hanc vel navi, vel vehiculo terrâ, mare flumine deferatur quicquid singulis nascitur: quomodo sibi non multum Galliæ nostra præstitum credant cùm eâdem civitate præcipiamus esse commentum, in quâ divino quodam munere commoditatum & commerciorum opportunitas tanta præstatur? Si quidem hoc rationabili planè probatoq; consilio iam & & vir illustris. Petronius observari debere præceperit. Quod interpolatum vel iniuriâ temporum, vel desidiâ Tyrannorum reparari solitâ prudentia nostræ auctoritate decernimus, Agricola parens charissime, atq; amantissime. Vnde & illustris magnificentia tua, &c.

La-

Latinis Arelas, Arelatus & Arelate, vulgò *Arles* dicitur. Condita est à Phocensibus, de quîs paulo pòst ad Massiliam dicam. Vrbs est amplissima, unica hodie & simplex: olim interfluente Rhodano duplex & ponte connexa, teste Auson. in urb. & Cassiod. 8. epist. 11. Gothos alteram unà cum ponte destruxisse autumant.

Fossa Mariana.

Scinditur hîc Rhodanus in duas partes, quarum dextram Aquas Mortuas usque pergentem illicque se mari miscentem fossam Marianam; insulam verò, quam efficit, *Camargues*, quasi Campum Marii vocant. Ideo quòd Marius hîc castra habuerit, fossáque sive canali isto munierit. Id quod tamen ridet Merula *pag. 592.*

Camargues.

Hodie Archiepiscopi sedes hîc est. Primus præsulũ fuit D. Trophi-

phimus, D. Pauli Apostoli discipulus, qui primus in Gallia Christianæ fidei fundamenta iecit.

Visu & aditu digniora hîc sunt, quæ ordine enoto.

1. Templum S. Antonii, in quo reliquiæ eius argento deaurato inclusæ, exuviæ item crocodili. *Templũ S. Antonii.*

2. Alio in templo, ni fallor Sancti Trophimi, vidimus sepulcrum Ferreti ICti & Archiepiscopi Arelatensis; cui inscripti hi versus:

Quisquis ades & morte cares, en respice plora.
Sum quod eris modicum cineris pro me precor ora.

3. Memini & extra urbem nos ductos in templum pervetustum, ubi in cœmiterio monimentum antiquissimum Ducis Sabaudi istic sepulti. Literæ vetustate exesæ sunt. Insculptos *Templũ extra urbem.*

Latinis Arelas, Arelatus & Arelate, vulgò *Arles* dicitur. Condita est à Phocensibus, de quîs paulo pòst ad Massiliam dicam. Vrbs est amplissima, unica hodie & simplex: olim interfluente Rhodano duplex & ponte connexa, teste Auson. in urb. & Cassiod. 8. epist. 11. Gothos alteram unà cum ponte destruxisse autumant.

Fossa Mariana.

Scinditur hîc Rhodanus in duas partes, quarum dextram Aquas Mortuas usque pergentem illicque se mari miscentem fossam Marianam; insulam verò, quam efficit, *Camargues*, quasi Campum Marii vocant. Ideo quòd Marius hîc castra habuerit, fossáque sive canali isto munierit. Id quod tamen ridet Merula *pag. 592.*

Camargues.

Hodie Archiepiscopi sedes hîc est. Primus præsulũ fuit D. Trophi-

phimus, D. Pauli Apoſtoli diſcipulus, qui primus in Gallia Chriſtianæ fidei fundamenta iecit.

Viſu & aditu digniora hîc ſunt, quæ ordine enoto.

1. Templum S. Antonii, in quo reliquiæ eius argento deaurato incluſæ, exuviæ item crocodili. *Templũ S. Antonii.*

2. Alio in templo, ni fallor Sancti Trophimi, vidimus ſepulcrum Ferreti ICti & Archiepiſcopi Arelatenſis; cui inſcripti hi verſus:

Quisquis ades & morte cares, en reſpice plora.
Sum quod eris modicum cineris pro me precor ora.

3. Memini & extra urbem nos ductos in templum pervetuſtum, ubi in cœmiterio monimentum antiquiſſimum Ducis Sabaudi iſtic ſepulti. Literæ vetuſtate exeſæ ſunt. Inſculptos *Templũ extra urbem.*

Q nota-

notabis duos gryphes, cervum duos centauros & leonem. In templo ostenditur inter alia sepultura Rolandi Car. Magni nepotis. Custoditur etiam isthic saxum cancellis ferreis inclusum in quo consedisse dicitur beata Virgo, Salvatorem nostrum lactans.

Mont-maiour. 4. Spatio perexiguo & quod quadrantem leucæ constituat, Montis maioris distat hinc monasterium, in montis petrosi, qui paludibus circumdatur, parte Orientaliori. Locus satis est munitus: turri quadrata excelsa superbiens, cuius vertex pinnis distinguitur, & turriculam in angulo eminentiorem gestat ad exemplum phari Aquæ-mortensis. Monstratur istic crypta Trophimi in qua sacra peregit: Foramen, in quo se occuluit infidelibus adproximantibus: la-

pis

pis excavatus, in quo ſomnum cepit: & alius, in quo veſtimenta poſuit. Chorus à reliquo templo ſeparatur cancellis ferreis elegantiſſimè fabricatis. In cella ſubterranea oſſa ſunt militum occiſorum in prælio inter Car. Magnum & Saracenos commiſſo. In peristylio ſepultus eſt Dynaſta, qui neſcio cuius generis (certè ex grandioribus) piſcium primò captum ſibi in recognitionem debitum monaſterio legavit. Ibidem ad introitus dextram videbis effigiem lapideam Ioannæ Reginæ Ieroſol. & Siciliæ cum coronâ, & ſororis ſine coronâ ad ſiniſtram. Extra mœnia cœnobii in infimâ radice montis ſacellum eſt à Carolo magno exſtructum. In quo hæc inſcriptio legitur:

Noverint univerſi, quòd cùm ſereniſſimus Princeps Carolus

Magnus, Francorum Rex, ciuitatem Arelatem, quæ ab infidelibus detinebatur, obsedisset, & ipsam vi armorum cepisset & Saraceni in eadem existentes pro maiori parte aufugissent in montaneam Montis-maioris & ibidem se retraxissent, & in eadem se muniissent, & idem Rex ibidem cum exercitu suo venisset, pro ipsis debellandis & ipsos debellando triumphum de ipsis obtinuisset, & de ipso Deo gratias agendo insignum huiusmodi victoria præsentem Ecclesiam in honorem S. Crucis dedicari fecit, & præsens monasterium in honore sancti Petri Apostolorum Principis dedicatum quod à dictis infidelibus penitus destructum fuerat & inhabitabile redactum, idem Rex ipsum reparauit & reædificauit, & monachos ibidem pro seruiendo Deo veni-

venire fecit, & ipsum dotavit, & plura bona eidem contulit. In quo quidem monasterio multi nobiles de Francis ibidem debellantes sunt sepulti. Ideo fratres orate pro eis.

Carolus IX. Rex, & Regina mater cùm obirent regnum suum, viserant ad hoc sacellum. Rex & ministri pedibus & gladiis metiti fuerant: dixerátque Rex simile sibi videri Parisiensi cuidam quod parens ipsius exstrui fecerat. Sepulchra ibidē in area circa sacellnm visuntur infinita rupi incisa: quædam minora in quîs fragmina crurum & brachiorum aliáq; membra à corporibus abscissa reposta fuerunt. Religiosi huius monasterii sunt perhumani. Communicarunt nobis exemplum istius inscriptionis, & generosum insuper vinum propinaverunt.

Amphitheatrũ 5. In ipſa urbe viſitur amphitheatrum ſexaginta arcuum, opus ad perfectionem ſuam nunquam deductum. Hodie à mæchanicis inhabitatur.

Cella vinaria publica. 6. In proximo eſt cella vinaria publica, in qua exitus eſt meatûs illius ſubterranei, quo Nemauſo huc iri potuiſſe ſupra indicavi.

Porticus 7. Porticus duo ſtructuræ Romanæ prope Carmelitarum Cœnobium.

Baſilica. 8. Baſilica urbis, cum novitiis inſcriptionibus ſupra introitum.

Palatiũ 9. Palatium Regum Burgundiæ olim, hodie Ducis Guiſiæ Proregis in Provincia.

Pyramis 10. Pyramis ex ſaxo ſolido 60. pedum, ut dicunt, (exſtant tamen hodie tantùm 24) in loco extra urbē quem *la Roquette* appellant. Vulgò fertur ara lata

à qua

à qua nomen habeat urbs) isthic fuisse, in qua Dianæ immolati fuerint quotannis iuvenes duo & sanguine illorum populus adspersus.

11. In collegio duæ stant columnæ, opus Romanorum, & saxum prægrande, quod alii credunt aram illam latam fuisse. Non procul hinc abest turris in qua Dianæ supplicarunt prisci. Et turris insuper alia, ad quam usq; eluvies aquarum pertigit olim, ut interitum urbis metuerint incolæ. Sub turri hac 5. ostenduntur portæ triumphales Romanorum, nunc obturatæ. *Colũnæ Romanæ* *Portæ triumphales.*

12. Nosocomium hîc dedicavit Carolus IX amplissimum anno 1673. Cal. Mart. & reditibus dotavit. Munda in eo sunt atria & cubicula. Monimentum in area vidimus, venerandæ antiquitatis tumbum, 4. spithamas *Nosocomium.*

 latum,

latum, 13. longum. Cornu copiæ illi insculptum, & hæc verba fuerant inscripta:

Cæcilia. D. F. Aprulla.
Flam. designatæ colidea.
D. *Aug. voc ⊖. an. 14 mens.* M.
II. dies Maritus uxori
piissima posuit.

Aiebant Massiliensem quem, Consiliarium an presbyterum nescio, certè antiquitatum amantem voluisse Massiliã transportare, sed ne 30. quidem equis loco moveri potuisse: cùm tamen in hoc hospitale levi labore vectum fuerit.

Le Cabinet de Mõsieur Agath.

13. Aurifaber hîc habitat, cognomine Agathus, qui pinacothecam habet rarissimis & pretiosissimis rebus refertam. Singulari libello edito quicquid in ea adservatur, comprehensum est.

est, unicè hæc videri meretur. Videbis in ea picturam Arelatis ipsius Agathi manu eleganter factam.

Hospitati fuimus apud virum optimum, dictum, *Parracan*. Nulla insignia habent ædes. Quid enim hederá opus habet vinum, quod probum?

Antequam hinc decedas dandum operam tibi ut videas quomodo unicus lanio ferocem & sylvestrem taurum prosternere possit. Infiniti huiusmodi tauri in vicinis pratis aluntur: de quîs excerptum ex Petro Quinquecano Belloiocano, quod inseruit delitiis suis Scambergius, inde huc transcribi è re tua, Lector, putavi. Id tale est: *Quid totam Provinciam dictis commovere opus, cùm Insula Arelatensis agri plus quattuor millibus equarum alat, bovini verò pecoris* *Tauri sylvestres.*

ris millib. itē non minus ſexdecim? quā copiā ego ſat ſcio alibi totis Provinciis, iſdēq; cultiſsimis d.ſiderari. Ingēs numerus, ferocia par, leviter irritati hominē perſequūtur acerrimè prompta ſalus equiti, ſi haſtile, aut certādi animus minus præsēs ſit, præcipiti fuga elabi, pediti, niſi fortè ſuper ſint audacia vireſq; repellēdi, ſtratū ſubitò humi corpus. Neq; n. impet⁹ aut inſignis violētia niſi adverſus ſtantia. Sūt qui dicant eandē ipſis eſſe cū urſis naturā, nimirū non ſæviēdi in cadavera, quodq; ſi quis anhelitū tantiſper inhibeat, dū furēs animās proſtratū corpus olfacit abiturū innoxiū. Cæterū nos frequentiſs experimēto vidim⁹, eorū multos, cùm iacentia corpora, pronoq; incubitu pertinaciter ſolo hærētia, cōſequi nō poſſent pedūq; frontuq; ictibus cōtudiſſe. Nec ambigo quin qui iacebat

spiritum cupidissimè comprimeret, nimirū vulgatissimo remedio & vel in ea necessitate unico.

Arelate profectus Cāpos lapideos à multis seculis celebratos trāsire necesse habes. *Les Craux*, vernaculè appellāt: quo de vocabulo quid Chābdenus & Isacius notent vide in *Itin. Gall. Narb. p. 62.* Qui hos Cāpos in numerū montiū Galliæ referunt videant qua ratione faciant. Nulla certè planities his planior esse posset. De iis hæc Strabo: *Inter Massiliā & ostia Rhodani cāpus est à mari circiter C. dissitus stadiis, diametro eiusdē quātitatis formâ orbiculari. Is lapidosus ab evētu dicitur, Est n. plenus lapidum, qui manū implere possint, infra quos gramen nascitur abundè pascua pecoribus suppeditans. Tota quidem qua superiùs adiacet regio ventu est exposita. In hunc autē maximè campū Septentrionalis* *Campi lapidei.*

ventus incumbit ac defertur violentus & horribilis, quo ferũt & lapides agitari ac volui, & homines de vehiculis deturbari, ac vi flatus armis vestibúsque denudari. Aristoteles ait a terræ motibus quibus ob eiiciendi vim Brastôn nomen est, lapides in superficiem egestos in cava loca confertim delapsos esse. Posidonius lacum fuisse dicit, qui cùm fluctuatione quadam exaruerit, ideo in plures dissipatus sit lapides, sicut fluminum lapillos & littorum scrupos, similes inter se magnitudine lêvitatéque. Sanè uterque probabilem rei rationem exposuit. Necesse est enim lapides qui sic constituuntur non per se aut humidi alicuius concretione oriri, sed fragmina magnorum saxorum continentibus rupturis avulsa. Aeschilus quidem intel-

intelligens difficulter caussas rei exponi posse, aut ita ab aliis accipiens in fabulam detorsit. Nam apud eum Prometheus Herculi exponens iter à Caucaso ad Hesperidas in hanc loquitur sententiam:

Veniens ad impavidas Ligugurum quoq; copias,
Ibi bellicosus et si sis, tamē hoc scio,
Satis arduo tibi conflictabere prælio,
Fato iubente destitui te spiculis,
Tellure saxa nec poteris avellere
Rigidâ soli superficie sidentia.
Miserebitur tuas Iupiter angustias
Videns, rotundorum & plenam lapidum, nive

Nubem polo subtendet, atq; umbra solum
Teget: hisce tu lapidibus armatus ferum.
Facilè Ligusticum fundes exercitũ.

In mediis campis ad 3. leucas viculus est *S. Martin*, ubi refectio sumitur. Præterito pòst *Nirmas*, oppidulo in montis vertice sito quartæ leucæ terminus est, *S. Chamas*, oppidulum: ubi mons, qui id à stagno separat, perfossus transitum præbet. Hoc egressus transibis pontem, cui utrinque arcus inædificatur, ipsique inscriptum: CEDONIUS C. F. FLAVIUS FLAMEN ROMAE ET AUGUSTI TESTAMENTO FIERI IUSSIT ARBITRATU CEDONEI VENAE ET ATTEI RUFI.

S. Martin.

Stagnum pòst circumeundũ & 5. leucis superatis in oppidulo Pinnes inter iungendum: à quo 3. leucis abest Massilia.

Pinnes.

MASSILIA, vulgò *Marseille*, Phocensium est Colonia, ab ipsis Cyri tyrannidem, regnāte Romæ Tarquinio, condita. Classis Phocensis ductores fuerunt teste Iustino *lib.* 43. Furius & Peranus. Hi cū Regē Segoregiorum Senanū, in cuius finibus urbem Massiliam condere animo agitabant, eo die occupatum in apparatu nuptiarum filiæ Gyptis, quam more gentis, electo inter convivas genero, nuptum tradere illi consuetū erat, convenissent, & ad nuptias & ipsi invitati comparuissent: introducta virgo cum iuberetur aquam porrigere ei, quem virum vellet eligere, omissis aliis, ad Græcos conversa aquam Perano porrigit. Quo facto ex hospite gener evasit, & locum condendę urbis à socero accepit: Cum his mores cultiores, lingua Græ-

Marseille.

A quis condita.

Massilienses Gracè locuti.

Græca, & ſtudia artium liberalium, cultura etiam agrorum & vinearum exquiſitior in has oras migraverunt. Contractus hîc Græcâ linguâ ſcribi ſolitos, inque publicis privatíſq; rationibus Græcum ſermonẽ uſurpatũ fuiſſe (cauſſa cur Helleniſm⁹ etiamnum in Gallica lingua frequens) & nobiliſſimos quoſque Romanos antequam ad Atticas epulas proficiſcerentur, hîc veluti in promulſide guſtum elegantiorum literarum & diſciplinarum percepiſſe, & alia de frugalitate & modeſtia Maſſilienſium, tum de Reip. inſtitutis vide pulchrè apud Strabonem *lib. 4. de ſitu orbis*. Amicitia & fœdus Maſſiliæ cum Roma ferè fuit à cunabilis: ac laudatiſſimũ eſt exemplum fidei, quòd Româ à Gallis captâ, & Capitolio obſeſſo cùm pacem à Gallis redi-

me.

merent Romani[t], Massilienses funere publico hoc prosecuti fuerint, & omne aurum argentúmque publicum privatum contulerint ad explendum pondus Gallis promissum. Alia de antiquis Massiliensibus leges apud Merulam *pag.* 593. & *seq.* Pro meo instituto hæc libasse sat est.

Fœdus cum Romanis.

Cognominis Massylorum fuit populus in Africa: & dubitatur de utris intelligendum sit proverbium πλεύσειας ἐς τὴν Μασσαλίαν. Ac esse de nostris intelligendum contra Erasmum volunt Riterhus. *ad Opp.* 3. *Hal.* eúmque secutus Ludov. de la Cerda *ad* 4 *Aeneid. Virg. Vers.* 478. necnon Isacius *Itin. Gall. Narb. pag.* 59. Cæterum non nostri Europæi, sed Africani sunt Maronis Massyli equites, & gens Massylia Lucani, sine freno ephip-

Massyli Africani.

ephippióq; equis insidens quos tamen alii in Gallicana hac ora maritima, magis nauticæ quam hippeuticæ operam dante, perperam quærunt.

Hodie emporium est nobilissimum, eúntque inde in Orientem Tripolin, Alexandriam, &c. quotidiè redeúntq; naves. Munita turribus, mœnibus, ac propugnaculis fortissimis. Portus hîc natura fabricatus est tutissimus, quo nomine palmam inter omnes alios obtinere dicitur. Introitus est angusti, qui tamen paulatim se latiùs diffundit: Lacydon olim vocatus, teste Strabone ac Mela. Ad introitũ turris est crassa, in qua tormenta disposita ad impediendum illos qui vi intrare velint. Catena etiam ex illa in adversum littus ducta ipsum claudit Quin & exteriùs tria sunt fortalitia in rupibus

Portus.

& in-

& insulis mari exstantibus. Proximum vocatur *le Chasteau d'If*, scopulo impositum, totus quidem scopulus munitus est: in Australiori tamen parte arx ipsa quadratæ figuræ, ut in medio arcam relinquat, ædificata est. Vna ex turribus fortior est, gestans turriculam seu speculam eminentiorem. Posita istic sunt duo tormenta bellica maiora hostili incursui avertendo. Præsidio 80. aut 100. militum custoditur. Præfectus arcis meo tempore erat *Monsieur de la Plane*, vir humanissimus, quem convenimus. Ex hac arce duo reliqua fortalitia contemplari poteris, nec opus est ut eò usque excurras. Ad dextram quod est, vocatur *Rattonneau*, fortissimum & longè amplius: ad tuitionem sui requirens 300. minimùm milites.

Chasteau d'If.

Rattonneau.

Ad

Ad sinistram est fortalitium S. Iohannis, *la forteresse de S. Iean*, turris rotunda crassa & ampla, custodita 25 militibus.

Nostre Dame de la Garde.

Proximius urbi & in continenti positum est castellum, quod vocant *Nostre Dame de la Garde*: unde & urbi quodque circa urbem, in continenti, & mari imperant machinæ bellicæ. Signis etiam porrectis appulsus & abitus navium indicatur. Munitissimum est loci & hominum ingenio. Viginti tormenta maiora & omnis generis arma cum commeatu ad sui defensionem habens. Sacellum in in eo videri meretur. Ostenduntur etiam exuviæ duæ crocodilinæ. In proximo est templum B. Virg. quò multi peregrinantes confluunt. In portu semper aliquot triremes consistunt, quas, imprimis regiam, *La Royale*,

yale, intrare, non abs re ſit. Videbis variis operis deditos remiges, ſive ſciavos, quos vocant, & in primis Muſicâ ipſorum recreaberis : qua non inſuperhabebunt te in hoſpitio tuo beare.

Vltra portum eſt Aedes S. Victoris : ubi cuſtoditur S. Victoris Maſſilienſis caput ex argento deaurato magni ponderis ad 600. uſque libras : A latere eiuſdem materiæ conſiſtunt angeli : caput item S. Caſſiani fundatoris, coſta Lazari, barba Ap. Pauli, arcula Mariæ Magdalenæ, qua geſtaverat unguentum quo pedes Salvatoris inunxerat, & plura huiuſmodi alia. Crypta & ſacellum iſtic B. Mariæ Magdalenæ in quo 7. annis ex Aſia maxi huc cum fratre D. Lazaro primo Maſſ. Epiſcopo & ſorore Martha, profecta, pœnitentiam egiſſe

egiſſe dicitur. Lapis ibidem eſt, in quo recubuit, quem febri abigendæ conducere aiunt. In periſtylio monſtratur puteus in quo Diabolum, qui in forma coci ſervierat, ſuffocatum narrant. Audies rem ex illis qui in loco ſunt. Prolixè huiuſmodi referre nil attinet.

Primarium quod in hac urbe notari meretur, Portum, & quæ circa eum, iam ſcis. Eamus etiam, ſed curriculo ad alia, quæ ferè ſunt iſta.

Templū B. Virginis.

1. Cathedrale templum B. Virgini dicatum, manignificæ ſtructuræ. Divi Lazari reliquiæ iſtic cuſtodiuntur.

2. Porta regia, cum inſcriptione teſtificante urbis libertatem à tyrannide defenſam: quæ talis:

Quo tandem caſu cecidit Caſſalius, urbi

Li-

Libertas nondum cognita
sera fuit
Occisus iustis Liberta est Ca-
salus armis,
Laus Christo, urbs Regi, li-
bertas sic datur urbi.

Accidit hoc XVII. Febr. 1596. Historiam qui vult, legat librum qui inscribitur *Histoire des dernier troubles de France*: sub initium anni 96. pag. mihi 63. & seqq.

3. Aedes Ducis Guisiæ, in qua excepta fuit Regina cum mari huc appelleret. *Aedes Ducis Guisiæ.*

4. Palatium Curiæ. *Palatium.*

5. Iucundum est ex parte continentis contemplari tot hortos ædibus decoratos è planitiè amplissima surgere in montes vicinos. Numero 1800. excedere dicuntur. *Horti.*

6. Nec prætereundum rara quædam diversorum generũ ex cochlea- *Opera rara.*

cochlearum & concharum Testis, coralliis & similibus, inprimis verò cochlearia & pocula istic confici & mediocri pretio venalia prostare.

Capito. 7. Vidimus virum 45. circiter annorum monstruosi & enormis capitis. Quatuor pedes rotunditas eius æquabat: pondus 70. libratum credebatur. Minimę cæterũ erat staturæ & macilentus adeò ut ossa cute tantùm tecta putasses. Incedere præ nimio capitis pondere non poterat. Loquebatur sed debili & plusquam fœminina voce.

Novem milliaribus Massiliâ Italiam versus abest Telonum *Tolon.* vulgò *Tolon* : oppidum quod portus amplissimus, Massiliensi maior sed minùs securus nobilitat. Sed huc te mea delineatio non vocat.

Aix. Aquas sextias vulgò *Aix*,

5. leucarum distantem urbem pergendum tibi. AQVAE, ab aquis calidis, terrâ istic erumpentibus; SEXTIAE, à C. Sextio Calvino, qui victis Saliis hanc urbem condidit & Romanum præsidium in ea collocavit. Cæsus ad hanc urbem est à Caio Mario Cimbrorum numerosus exercitus. Vrbs hodie Provinciæ metropolis, parlamento & Archiepiscopatu fulget. Ampla est & ædificiis constat magnificis, plateis latissimis. Vix inventu est in Gallia quæ elegantia ipsam superet.

Plurima hîc sunt templa. Principale & Cathedrale est S. Salvatoris, *S. Sauveur*. Baptisterium elegans in eo, octo colũnis ex solido marmore oblongis circumdatum. Ingressui imminet statua perelegans D. Michaëlis. Palatium Curiæ magnificum

habet, erectum à Francisco I. & aream spatiosam iuxtà. Thermę à quîs nomen sumpsit, sunt in privatis ædibus.

Aedes perelegantes à Civitate Duci Guisiæ Provinciæ Proregi donatæ, adiri merentur. Pinacotheca plurimis numismatis aliisq; rebus rarissimis referta visitur penes quem. Dn. *Ferrier* an *Perrier* dubito, dictum.

Antiquæ inscriptiones, columnæ, & alia huiusmodi hinc inde inveniuntur. Locus etiam ostenditur ubi castra metatus fuerat Espernonius, cùm hanc urbem obsideret.

Aquis Sextiis tribus leucis abest *Loumas* oppidum: hinc Vrgenũ 5. leucis; inde præterita arce vulgò *Chasteau du Renard* dicta, & transito Durantio rapido & periculoso fluvio, totidem aliis Avenionem pervenitur.

Obi-

Obiter hoc addo Massiliâ recta Avenionem pergentib. *Salon des Craux*, oppidum elegans cum castello transiri. In templo S. Francisci Epitaphium visitur Nostradami, summi proximè elapso seculo, Mathematici, quod tale: *Ossa Michaelis Nostradami unius omniũ mortalium dicto digni cuius pænè divino calamo totiꝰ orbis ex astrorum influxu futuri eventus cõscriberẽtur. Vix. an. 62. M. 6. D. 17. obiit an. Salutis 1567. Quietẽ posteri ne invideant. Anna Pontia Gerena Salonia coniugi opt. V. F.*

Salon des Craux.

Attinges iam duos districtus Franciæ sceptro exemptos, alterum Comitatus Venissini Principatus Auraici nomine alterum insignitum.

Comitatus Venissa.

Comitatus Venisse, sive Avenionensis, vulgò la Comte de

Venissy, ab Ortu & Meridie, Provinciæ; à Septentrione, Delphinatui, ad Occidentem, Rhodano confinis est. Post Romanos Gothis, Burgundis, Francis, Imp. Romano-Germanis, Regibus Arelatensibus, iisque Comitibus Provinciæ successivè paruit. Donec tandem Ioanna Regina Neapolis & Siciliæ in Pontificem Romanum Clem. VI. ipsum alienavit. Caussam rei alii aliam adferunt. Merula ait factum ad compensationem tributi Romanæ sedi per multos annos non soluti nomine regni Neapolitani, quod sedis Apostolicæ est feudum. Franciscus de Clapperiis in historia de Comitibus Provinciæ ideo Ioannam hoc fecisse ait, ut Ludovico Tarentinorũ Principi consobrino suo, cui primo marito interfecto, nupserat, Regis nomen con-

conciliaretur, his verbis: *In eámque caussam Pont. Max. Clementi* VI. *& Romanæ Ecclesiæ Avenionem civitatem cum territorio omni & iurisdictione, 80. millibus florenorum auri Florentia vendidit, an.*1348. *Die 9. Iunii: sed id non sine suspicione fiduciariæ aut simulatæ venditionis, ut illâ venditione pellectus Pontifex nomine regio maritum Ludovicum cohonestaret. Nam sola pretii soluti confessio, nulla autem pecuniæ numeratio intervenit.* In tempore non conveniunt. Et in atrio quodam Palatii, ubi effigies Pontificum qui Avenione resederunt, hoc legitur: CLEMENS VI. AVENIONEM SANCTAE APOSTOLICAE EMPTIONIS TITULO ACQVISIVIT, ANNO MCCCXLIII. Adde Chesneum in Antiquitatibus Franciæ.

Regio frugum & fructuum, si qua ullibi, est fertilissima, & insuper ex optima byssi pannorumq; tinctura, tum moletrinis papyro conficiendæ paratis lucrum pecuniarium præpingue sentit. Commoditatē ei rei fluvii & rivi frequentes pręstant. Hinc tot in ea urbes & oppida elegantissima. Fluviorum, quîs alluitur, potiores sunt Rhodanus, Durantius, Sorga.

Avignō. AVENIO, vulgò *Auignon*, metropolis est Comitatus: ab eo tempore quo Romam Pontifices reversi fuêre sede Legati Apostolici (qui triennio quovis mutatur, & XII. Helvetiorum stipatur pedissequio) Archiepiscopatu & Academia (in qua Paulus Castrensis, Andreas Alciatus & Aemilius Ferretus docuêre) clara. Sita est in sinistra Rhodani ripa; A parte qua accedit

dit flumen rupes est editissima, in qua prope ędiculam S. Martini duo tormenta bellica collocata sunt. Ponte lōgo 1220. passuū, 23. arcuum, iungitur Neapoli, aut vilæ novæ oppido in adversa ripa sito. Totus ferè est Iurisdictionis regiæ. Mira narratur historia quomodo à S. Benedicto in rapidissimi hoc fluminis alveo ædificatus fuerit: quā vide in Chesnei antiquitatibus, libr. 5. c. 9. Hodie pars eius bona fluminis impetu disiecta conspicitur. Circuitus eius est amplissimus muriq; eā ambiunt elegantissimi, similes Salmuriensibus, Montpessulanis & Aquæ-mortensibus. Ædificia habet magnifica. Septies septena olim hîc numerata fuêre: *Palatia, Parochia, Xenodochia, Monasteria fœminarū, Collegia, Convētus, Porta.*

Numerus tamen in quibusdam hodie fallit.

Templa hîc complura sunt elegantissima: in quîs fere hæc notanda:

Templa.

1. Ad D. Magdalenæ Epitaphium tale:

Vnser Leben vnd Ende
Steht alls in Gottes Hän-
de.

D. O. M.

Hic iacet clarus & nobilis VVilhelmus Theodorus Nothhafft de Homberg, ex nobili illustriq; Nothhafftorum de Homberg Germanorum familia ortus, cui summo quondam desiderio Gallorum urbes ac mores cognoscere cupienti, cùm prope muros Avenionenses inopinata æstuantis Rhodani & funesta inun-

inundatio supremum diem infœliciter attulisset, incredibile suis reliquit desiderium & acerbum dolorem omnibus, præsertim cùm peregrè extincto posse iusta persolvere pro sua pia voluntate diffiderent. Veruntamen defuncti pietatis & nobilitatis inprimis conspicuæ atque etiam patriæ dulcis memor Nobilis Bartholomæus Solighoferus Sancto Gallensis suus popularis, postremum illi amicitiæ officium ac funus curavit, atque in S. Stephani ad D. Magdalenã templo, hoc monumentum familiæ insignitum stemmatis parentum impensis posuit & F. F. Obiit Anno Domini MDXCVI. *die* XI. *Iunii, Aetatis verò suæ* XX.

2. In templo Fratrum prædicatorum Epitaphium Ferreti ICti.

3. In S. Martialis, Epitaphium superbum Cardinalis Ambiani, ibidémque imagines omnium Abbatum Monasterii Cluneati, inter quos fulget Rex Poloniæ, cuius effigiei hæc epigraphe adiecta: *B. C. Polonia Rex in Galliam secedens Cluneatæ monastica vita se addixit & professione amissa frater Carolus vocatus & Diaconi ordinem suscepit. Anno sui monachatus tertio à Polonis requisitus, S. P. dispensatione à voto absolutus regno inaugurari meruit, his tamen conditionibus: 1. ut Poloni singulis diebus Mercurii ieiunent, unica tantùm refectione contenti. 2. ut omnes rotundâ coronâ in morem Monachorum utantur. 3. ut nobiles festis solemnibus dum sacra peraguntur, stolam è collo suspensam ferant. 4. ut singuli è plebe persol-*

solvant obolum in lucernam u-sturam Romæ. Anno millesimo quingentesimo primo.

4. Inprimis Celestinorum ædem visitare te velim & in ea notari Epithaphium Clem. VII. Pontif. altare ex solido marmore. In cryptâ subterraneâ sepulchrum Petri antipapæ: ubi fontis scaturigo, varios morbos sanare credita: Tabula in qua frustillatim discerpti pueri restitutique depicta historia, quâ de referam paulo pòst. Pictura Sceleti à Renato Siciliæ & Neapol. Rege, cùm abiturus in regna sua longinqua à subditis Avenionensibus, ut memoriam sui relinqueret, rogatus esset, effigiat: similis Andegavensis, qua de suprà pag. 128. Tabella etiam visitur inibi Ludovico Valesio filio Caroli Ducis Aurelio-rum suspensa, cum his versibus:

Ille ego qui gnatus, patruus sum, frater avusq;
Regem non habui regia scepttra tamen.

In eundem sensum Gallici duo sunt versus, quos non enotavi. Horti templo contigui duo sunt peramœni.

5. In Franciscanorum templo Petrarchæ amica LAURA tumulata est. Atq; hæc de ædibus sacris.

Palatium hic Pontificum est vetus & amplum.

Introitus exhibet quatuor architectorum effigies. Monstratur atrium igni & pulvere nitrato subiecto, uti narrant, disiectum: nunc sphæristerium pilæque minoris lusus. Aliud item, in quo Pontifices electi fuerunt, hodie pilæ maioris lusui destinatum. Aliud insuper, in quo vice legatus sedis Apost.

au-

audire ſolet ſe compellatum miſſos,pulchrè ornatum, in quo hi verſus:

Qui varias operum moles, turritaq; paßim
Mœnia dimenſa ſuſpicis artis opus:
Ingreſſus noſtras humiles ne deſpice ſedes.
Quærimus ex ſolâ commoditate decus.

Complura reſtant alia, quæ huc, cum dictis verſibúſque inſcriptis enotare longum eſſet. Turris ibi præalta & in ſummo data opera foramen factum, collocando tormento ad infeſtandum liberum pontis tranſitum. Ex hac neſcio an alia infans prolapſus miſerè in fruſta diſiectus à Petro Antipapa reſtitutus dicitur. Tabulam in Celeſtinorum æde cuius rei pictu-

ram continentem suspensam suprà retuli. Sacella etiam templi cum audientiâ Rotæ adiri merentur, ac vicinum armamẽtarium.

In collegio ICtorum cathedræ inscriptum notabis: *Sessio Aemilii Ferreti: Peritum ornO, imperitum dedecore.*

Iudæi. Iudæorum magnus hîc est numerus, qui Synagogam etiã suam habent, in qua quot-septimanis à Monacho concio habetur (ea enim conditio hîc morari volentibus præscripta) si fortè quem converti obtingat.

In fastigio domus cuiusdam collocatum est caput Cardinalis, qui malignis artibus nescio cuius nominis Pontifici toties dolores & morbos conciliabat, quoties eius imaginem, quam

quam ſecum geſtabat, articulis, pungebat.

Alia aliiſ notata, mihi non viſa, ut donum Regis Renati, aream *placepia* dictum, XII. Imperatorum ex marmore effigies & quæ huiuſmodi ſunt plura, indubiè ſcies cum viro CL. humaniſſimóque D. Henrico Bacmano Medic. Doct. Germano familiaritatem contraxeris: quod inſuper te habere nolim.

Caveas hîc pulpamenti Terẽtiani vẽditores & proxenetas, qui ſe ſiſtent tibi quamprimum urbem ingreſſus fueris. Noriſq; merces illos corruptiſſimas vænum exponere.

A Iudæis mirum ni negotiũ tibi faceſſetur, qui alteri9 generis nec vivas merces tibi adferẽt & omni conatu loculos tuos oppugnabunt: quîs tamen facilior expu-

expugnatu esse poteris quàm alteris.

S. Andre. Fortalitium trans Rhodanum prope Villam Novam oppositum Avenioni est fanum S. Andreæ, in edito loco situm, munitissimum cùm loci ingenio, tum propugnaculis & præsidio perpetuo.

Huc breviter de Avenione, metropoli Comitatus Venissini: qui tres alias urbes Episcopales continet, Carpentoractum, Cabalionem, & Vasionem: vulgò *Carpentras*, *Cavaillon*, & *Vaison* : prætereáque oppida complura minora amœnissima.

Avenione cùm es, imò antequam ad illam accedas (nec enim valde divertendum est à recto itinere) memineris Vallis clausæ, vulgò *Vaucluse* dictæ. Secessus hîc fuit Fr. Petrarchæ quo-

quoties meditationibus Philosophicis dedere se voluit. Rupes eam undique cingunt & scaturigines aquarum limpidissimæ largissimæque.

Ex hoc Comitatu egrediens in Principatum Arausicensem, cui nomen à primaria urbe, quæ Arausio Cavatum, minùs Latinè Auraica, vulgò *Aurange* aut *Orange* audit. Terra feracissima omnium frugum fructuúmque. Crocum etiam copiosè hîc crescit. Sola poma Auraica deesse dicuntur, ut proverbio iactetur: *En Orange il n'y a point d' Orenges* : si modò veritas sua proverbio constat. Principes nuperi Arausionis fuêre ex familia Cabillonensi & Claudia Cabillonensi Principatûs herede Renato Nassovio nuptâ, ex Nassoviensi, quos hodiéque dominos agnoscit. Vrbs

Vau. se.

Orange.

Vrbs ad fluvium Argennam, vulgò *Argente*, sita olim longè amplior fuit, indicium facientibus veterum murorum reliquiis. Secundanorum colonia. Arcem habet fortissimam & multorum præsidiariorum capacem. Tres areas in ea sunt: *la vignasse, le donion, la cortaine*. Puteus in ea immanis profunditatis Prospectus inde in VII. Provincias: Languedoccium, Provinciam, Delphinatum, Vivaresium, Arverniam, Forensès & Arausiensem terram.

Antiquitatis monimenta hîc sunt Arcuum Marii; (sic vulgò vocant) Theatri & templi Dianæ reliquiæ.

De arcu & Theatro hæc amico meo Arausione communicata fuerunt Gallicè scripta: unde quo quàm potui ex scripsi. Hiatibus ignosces.

Les

Les Romains iugeans la ville d'Orange digne de leur monuments ils l'embellirent de ce grand arc triumphal dressé cent ans avant la Nativité de nostre Seigneur Iesu Christ à l'honneur de C. Marius & Catullus Luctatius Consuls Romains apres la victoire obtenuë par eux sur le Teutons & Alimbrons Cimbres, qui furent vaincus plusieurs fois en bataille rangee, ainsi que les histo-riens & marques dudit monument tesmoignent, & de faict les combats & batailles s'en peuuent encor remarques par les ouurages releveZ du costé de midy & Septentrion, ou l'on voit les representations des pavois, picques, targes & autres sortes d'armes des Romains, des nauires brisees, des cordages, des masts, tridens,

Arcus Marii,

tridens, & autres pieces servans à la navigation. Mais principalement les noms desdicts Marius & Catulus qui se lisent fort apertement en deux endroicts, & par la figure des gens à pied, & cheval, les uns rendans le combat, les autres emportez par le fort & fureur de la guerre. On voit aussi en un coing dudict arc la figure de Marche Sirienne Pithonisse tenant le doigt à l' aureille, de laquelle ledict Marius se servoit pour la prediction des choses à venir & succès des batailles, la faisant conduire avec honneur & reverence dans une litiere vestuë d' une grande robbe de pourpre, & assister aux sacrifices, l' ayant en admiration à cause des merveilles qu' on disoit qu' elle avoit faict à Rome en presence de la femme dudict Marius, ainsi que Plu-

Plutarque & autres historiens ont laißé par escript, & à l'opposite du costé de Septentrion tirant au levant on voit la marque de l'enseigne & triflame des Romains appellé labarum, lequel ils faisoyent porter par cinquante Chevaliers, qu'ils appelloyent præpositos labarorum, *les iours des batailles & combats, en laquelle enseigne consistoit une partie de l'honneur & de la grandeur de l'empire. On y voit außi de la forme & la figure de toutes les pieces, desquelles les mesmes Romains se servoyent en leurs sacrifices. On void außi sur le midy les effigies des chefs de leurs ennemis mesme en triomphe, ayans les mains liées par derriere, & le nom du Roy de cette grande armée des Barbares, appellé Tauro-Bacchus, comme tesmoigne quelq. histo-*

historien, se trouue escript sur vne grande pierre dudict bastiment, qui est cheute par l'iniure du temps, duquel nous n'auons autre tesmoignage que celuy qui en a esté laissé par ceux qui nous ont precedez. Mais en tout ce bastiment, il semble qu'il n'y a rien de plus remarquable, que la structure & la magnificence du grand portail ... qui est au milieu des deux autres petits arcs bastis des grandes pierres auec leur pilastre ; ...... chappeaux frisez, & autres ouurages admirables. Or les plus grands combats qui sont representez audit arc, se firent en Prouence pres la ville d'Aix, & encor comme aucuns estiment auec quelque apparence, pres d'vn lieu qu'on appelle Pourrieres, ou les mesmes Romains laisserent

ſerent les marques de leurs victoires par les monuments qu'ils y firent dreſſer, l'Antiquité deſquels ſe voit encores malgré des ans: c'eſt pourquoy on a parlé depuis touſiours en memoire de ceſte grande iournée, & les combats qui furent faicts en ce quartier là; & ſe parle encore du triomphe de Pourrieres. Mais ainſi il y a apparence que partie des ennemis fut vaincue pres du lieu ou le triomphe fut dreſſé. Car il y a un quartier du terroir de ladicte ville d'Orange, boutiſſant la riviere du Rhoſne qu'on appelle Martignant par abus & corruption du mot, qui vrayſemalable derivé de Marius pluſtoſt que de Mars, comme, aucuns eſtiment. L'on dit qu'une partie des Romains y campa & fit ſeiour quelque temps,

historien, se trouue escript sur une grande pierre dudict bastiment, qui est cheute par l'iniure du temps, duquel nous n'auons autre tesmoignage que celuy qui en a esté laißé par ceux qui nous ont precedez. Mais en tout ce bastiment, il semble qu'il n'y a rien de plus remarquable, que la structure & la magnificence du grand portail .... qui est au milieu des deux autres petits arcs bastis des grandes pierres auec leur pilastre ; .... chappeaux frisez, & autres ouurages admirables. Or les plus grands combats qui sont representez audit arc, se firent en Prouence pres la ville d'Aix, & encor comme aucuns estiment auec quelque apparence, pres d'un lieu qu'on appelle Pourrieres, ou les mesmes Romains laisserent

ſerent les marques de leurs victoires par les monuments qu'ils y firent dreſſer, l'Antiquité deſquels ſe voit encores malgré des ans: c'eſt pourquoy on a parlé depuis touſiours en memoire de ceſte grande iournée, & les combats qui furent faicts en ce quartier là; & ſe parle encore du triomphe de Pourrieres. Mais ainſi il y a apparence que partie des ennemis fut vaincue pres du lieu ou le triomphe fut dreßé. Car il y a un quartier du terroir de ladicte ville d'Orange, boutiſſant la riviere du Rhoſne qu'on appelle Martignant par abus & corruption du mot, qui uray-ſemalable derivé de Marius pluſtoſt que de Mars, comme, aucuns eſtiment. L'on dit qu'une partie des Romains y

temps, pour remarquer la contenance de leurs ennemis, & s'accoustumeren leur facon de faire, & pour avoir plus de commodité de fortifier leur camp, & le munir de toutes sortes de munitions de guerre & de viures, vaincre par le temps & par la patience des Barbares, & destourner ce grand orage qui devoit aller fondre sur Italie. Marius fit faire un canal en ladicte reviere du Rhosne appellé despuis Fossa Mariana, pour rendre à bord des Navires plus aisé, & ferma de grand retranchement son camp, attendant l'opportunitè, pour commencer de venir aux mains, & donner sur l'ennemy: comme il fit lors qu'il le vit porter en desordre; En somme, cet arc triumphal est admirable, tant par son antiquitê, que pour la rareté des ouurages rele-

releuez, qui presentent lesdi-ctes batailles.

Lesdicts Romains pour gaigner la bonne grace du peuple, embellirent aussi ladicte Ville d'Orange, d'un cirqui que est au pied de la montaigne en forme de theatre, que le vulgaire appelle Cire *par abus, ayant devant & en perspective un des plus beaux ponts par des murailles, qui soit en Europe, tenant* 18. *cannes de haureur,* 64. *& un quart de long, qui revient à* 227. *pieds francois, duquel les ieux & combats se faisoient tantost des hommes seuls, & tantost auec les bestes sauuages, comme Ours, Taureaux Lyons, Pantheres, quelquesfois les hommes combattoyent entre eux à pied ou à cheval, dans ces lices & stades telles que celle qu'on voit au devant dudit cirque, ce qui se*

peut verifier par les marques des bastimens qui sont encor au dehors d'iceluy par ou on voit les sieges des spectateurs, faicts en forme de degrez, & en voutes basses tirãt contre-mont la mõtaigne, servãt pour toutes sortes de personnes: mais principalemẽt pour les chevaliers, lesquels sieges estoient appellez par les mesmes Romains Cannę, *on y remarq; encore par dedans & sur le milieu des colõnes parquets, capitaux & une cornice de marbre richement entaillée fort eslevée, ou possible estoit le lieu destiné pour le siege des Consuls & autres personnes appellé* Podiũ, *ou pieça estoit l'*Orchestre, *là où les Magistrats se tenoyent, ou plustost ce devoit estre le sige des Empereurs ou leurs Lieutenans, qui estoit eminent & eslevé, appellé* Suggestum,

com-

comme l'entroit ou ladicte corniche est posée : laquelle marque la richesse de ces ouurages, la dignité de la place destinée pour le siege des plus honnorables personnes. Il y a aussi plusieurs arcs & portes en ladicte muraille, fermans ledict cirque du costé de Septentrion, dont il y en a une au milieu tres-grande comme la principale, les autres estant tellement proportionné, & d'un costé & d'autre, avec leurs ; pilastres chapiteaux & cornices que cet edifice est du tout admirable. Mais il a grande apparence que lesdictes portes qui ont esté fermées puis peu de temps, comme se voit par le bastiment d'icelles qui n'est gueres vieux, servant principalement pour le passage des hommes & des bestes destinées au combat, & c'est

que les Hiſtoriens diſent, aditus & portulas eſſe in theatris è quibus feræ immitebantur in theatrum & emittebantur. *Et quant aux deaux corps de logis qui ſont à chaſque bout dudit cirque, il y a apparence que c'eſtoyent ordinairement les Theatres & Amphitheatres, pour enſerrer beſtes ſauuages*, è quibus poſtea emittebantur ad venationem exhibendam, *ou l'un & l'autre ſeruoit pour enfermer les gladiateurs, & les en faire ſortir pour entrer au combat ou d'homme à homme, ou avec les beſtes: Car quelques fois les hommes comme les priſonniers de guere & les Chreſtiens du temps des Empereurs eſtoyent expoſez aux beſtes dans les Theatres, pour donner paſſe temps au peuple, c'eſt que les Iuriſconſultes diſent en pluſieurs parts*, in arenam aut

ad

ad bestias damnari: unde arenarii dicebantur. *Laquelle sorte de combat estoit extremement cruelle & effroyable se faisant de sang froid. C'est pourquoy la plus part du temps ceux qui estoyent condamnez à tels spectacles aimoyent mieux se des faire de leurs propres mains, que de servir de passetemps au peuple, & de pasture aux animaux. Or tous ces cōbats se faisoyēt premierement, lors qu'on devoit aller en quelque expedition, & à la guerre, pour accoustumer les soldats aux armes & combats, & au sang, & lors desdits combats, on avoit accoustumé de ietter du sable au fond du Theatre, à fin que le sang ne fist horreur aux gladiateurs, & pour y alldr plus à l'aise. C'est pourquoy on appelle les cirques & theatres* des Arenes,

on avoit aussi dans ledit cirque des degrez servans pour monter aux sieges & lieux plus eslevez & eminents,

Atque hæc ita in commune credita fuerunt. Aliter hac de re sensit Isacius: qui arcum illum non Marii, sed Q. Fab. Maximi trophæum fuisse coniicit: cùm ex authoritate Flori, tum quòd in ipso Arcu, qua parte Lugdunum spectat, statuę Regis manus à tergo devinctas habentis in pectore inscriptum BUDUACUS: quod nominis Arvernis usitatum apud Florum, & inscriptioni veteri apud Goltzium, tum simile fœminę apud Tacitum restituendum sit. Observavit idem tres veluti effigies triumphantiũ in hoc arcu conspici, quas opinatur esse C. Sexti, Cn. Domitii Aenobarbi, & Q. Fabii Maximi: à quorum primo

mo tentata potissimùm hæc Galliæ pars, ab Aenobarbo victoriis plurimis conquassata, tandémq; succedente Fabio Maximo, superatoque postremum Buduaco in provinciam redacta fuit. Idem observat has de iisdem populis diversorum victorias sæpe confundi. Idem etiam murum, qui templum Dianæ fuisse creditur, Martis & Herculis templorum reliquias esse cõiectat, ex loco Flori, cùm ait: *Quo loco Isara & Rhodanus Fluuii confluunt prope Cemmenum montem Q. Fabius Maxim. 30. millium non integrorum exercitu instructus 200. millia Gallorum concidit, ibique trophæum statuit ex albo lapide, ac duo templa, unum Martis, alterum Herculis.* Hæc Isacius. Ego valdè metuo ne loci situs contradicat ipsius coniectu-

ſturæ. Longè enim abſunt Arauſione Iſaræ & Rhodani confluẽtes. Sed de hoc alio tempore.

Fons ſterilitatẽ abigens.

Fons hîc præterea eſt creditus ſterilitatem fœminis abigere ſi eius aquis lavent id, quo ſunt quod audiunt. Hinc etiam nomen, quo vulgò venit, adeptus eſt.

Pons de S. Eſprit.

Non procul hinc abeſt, pons S. Spiritus, oppidum elegans munitúmque, ubi elegantiſſimo ponte ex lapide quadrato Rhodanus tranſitur. Longus eſt 1206. latus 15. paſſus: arcus habet 22. Columnæ intermediæ omnes in medio ſui lata veluti feneſtra undam, ſi plenior ſit Rhodani alueus, tranſmittunt. Paulò hic locus extra viam ad ſiniſtram abeſt: meretur tamen videri. Qui adverſo itinere Rhodano deſcendunt, ſi in minimo tempeſtas adverſetur, rectiùs egre-

egrediātur navi antequam huc perveniant. Cum periculo enim hic pons transitur.

Rectà, præterito oppido *Mornas* cum arce in prærupta rupe, item alio elegantissimo *Bolaine* ditionis Pontificiæ, ad oppidū *Pierre-late* contēdenti quinque Arausione sunt leucæ. Inde montosa via superata, transmissa gemina olim in duplici utrinque monte (quas muros tamen unit) arce *Castelnau de ratte*, & confectis tribus leucis occurret *Montelimur* urbs non inelegans & Mercurialis. Quatuor leucis hinc fereris in oppidum *Loriaut*: & post præteritis oppido & arce *Livron* in monte sitis prope Rhodani & Isaræ confluentiam, totidem restant Valentiam usq; superioris Delphinatus urbem primariam.

Mornas.

Bolaine.

Pierre-late.

Castelnau de ratte.

Montelimar.

Loriaut.

Livron.

Delphinatus.

DELPHINATUI nomen esse

Q 5

esse volunt à regionis huius castello antiquo *Chasteau Dauphin*: alii à Delphino filio Comitis Grisinandæ, qui circa annum 1061 rebus in his oris valde turbatis, occupatis his terris & Gratianopoli metropoli cõstituta à filio suo eas denominavit. Vide Chesnæum pag. 145. Ab Ortu Sabaudiam & Pedemontium; ab Occidente, Venissinũ Comitatum & Vivaresium Lãguedoccii portionem: à Septentrione Lugdunesium & Bressiam habet conregionales. Principes nomen Delphini gessere, & ultimus Humbertus, qui regno Galliarum has terras adiecit, voluit uti primogenitus Regis filius vocabulo Delphini Viennensis vocaretur; & insignia gestaret ex Francicis & Delphinaticis mixta. Vnitus regno fuit hic Ducatus regnante Philippo

lippo eiusque filio Ioanne circa annum 1340. & seqq. Delphinus primus ex Regum filiis fuit Carolus Ioannis filius, huius nominis quintus Rex Franciæ. In superiorem & inferiorem dividunt. Superior Provinciam attingit & ex parte Sabaudiam. Inferior Lugdunensem tractum & Bressiam. Terra non unius eiusdémque est genii, modò plerarúmque omnium rerum utibilium ferax, modò earum omnium sterilis. Plana alicubi, sed maiorem partem montosa. Vina diversis locis producis. Generosissima deprehendi quæ prope Gratianopolin dant annosæ & in aliarum arborum excelsitatem surgentes vites.

Nos hîc iam lustrabimus illas urbes, ad quas ratio itinerum præscripta nos ducet.

VALENTIA antiquum nomen

men retinet, vulgò *Valence*. Agro circumiacēti nomen fœnerat, ut dicatur *le pays de Valentinoys*. Vrbs Ducatus titulo, Episcopi etiam ſede & Academia fulget. Templa omnia bellis civilibus diruta fuêre: alioqui magnifica. Reparantur tamē quotidie, & ex parte reparata ſunt. Ingreſſus templum D. Apollinarii à ſiniſtra notabis hanc inſcriptionem: *Tito Pompeio Hilari Lucrino T. Pompeius Baſſus Et patri & ſibi.*

In Iacobinorū æde pictura & oſſa Gigantis Buardi, XV. cubitos proceritate æquantis, monſtrantur. Similia Molinis videri ſuprà notavi. Inſcriptiones antiquæ hîc plures ſunt inventu. Mihi iam illæ ad manus non ſunt. In ruinis templi D. Petri monſtratur antrum, quo ſubtus Rhodani fluenta in adver-

versam ripam exiri potuisse iactant. Fœminæ tumbus & corpus in speciem integrum gemmisque ornatum, mox tamen ad intromissum aërem in cineres diffluxum, olim hîc inventa, cum hac inscriptione D. IUSTINA M. Monstrari adhuc dicitur extra portam D. Felicis. Fontes hîc celebrati sunt aliquot, de quîs in re præsenti ab incolis scies. Fortalitium hîc urbis defensioni exstructum est, 5. propugnaculis constans.

Tribus leucis superatis Thinnium, vulgò *Tain*, oppidum Comitis Turnonensis te excipiet Ex spatieris protinus lembo traiectus in oppositum oppidum *Tournon*. Castellum istic fortissimum, Collegium Iesuitarum elegantissimum, Bibliotheca instructissima. Versus Gallicos de oppositis his duo- *Tain.* *Tournõ.*

bus oppidis retuli ad urbem Tarasconem.

Sex leucis hinc *Piage* abest: tribus inde Vienna.

Vienne. Viennæ divertendum ad scyphum aureum *à la couppe d'or*. Monstrabitur tibi ab hospite liber in quo omnes antiquitates, quæ in hac urbe & circa eam sunt inventu, consignatæ sunt. Huc exscribere omnes prælongum esset. Indicabo tantùm quę transeuntes adire solent loca visu digna, quanquam valde dubito an sint omnia talia, qualia iactantur.

A Venerio Africano exule biennio ædificatam & inde Biennam vocatam in vulgus tradunt. Salsè hoc ridet Merula. Quidquid sit, antiquissimam reliquiæ antiquitatum plurimæ, longè etiam hodierna ampliorem fuisse veterum mu-

murorum rudera testantur. Alpinam vocat Ausonius 4. *Parētal.* & *Carm.* 7. *de urbibus.* Notat ibi Vinetus ex Plinio & Ptolomæo Viennam Austriæ urbem non, ut hodie, cognominē huic fuisse, sed *Viana* nomen habuisse. Circumiacenti tractui nomen dat *le pays de Viennois.* Alluitur Rhodano cui se *la Giere* fluviolus miscet, qui molctrinis papyri, & officinæ in quâ laminæ gladiorum fabricantur valde conducit. Ne negligas officinam hanc Vulcaniam adire, Miraberis industriam hominum ad talia servitia aquas perduxisse: quin & solent haut pauci numerum laminarum mediocri pretio hîc sibi parare. Marti & Victoriæ olim à Gallis Senonibus cùm in Italiam irruerent ædificatum fuit templum. Aedes S. Mauritii pri-

Officina gladiorum.

primaria est. Gradibus elegantibus in eam adscenditur. Ante altare epitaphium notabis Francisci Delphini æneum, ubi & cor ipsius sepultum. Videbis cordis figuram saxo incisam cum hac epigraphe:

D. O. M. S.

Corpus abest, cor tantum hic est pars maxima nostri.
Principis, in cælo corporis umbra manet.

Domino Francisco, Francisci primi Galliarum Regis augustissimi, primogenito Delphino Viennæ, Britanniæ Ducis, Viennenses mæstissimi posuerũt. Id. Iul. 1548.

Supra introitum templi caput fundatoris ex marmore collocatum est.

In ædis D. Petro sacræ sacello sanctum Sepulchrum ex mar-

marmore ostenditur clathris ferreis circummunitum. Opus affabrè elaboratum. Aedes B. Virginis Veteris, formæ quadrangulæ octo columnis fulcitur in longitudinem, in latitudinem quatuor. Prætorium Pilati fuisse creditur. Exteriùs scriptum: *C'est la pomme du sceprre de Pilate.* Cæterùm Pilatum huc à Tiberio relegatum ex D. Hieronymo adserunt. Turrim, in qua captivuus retentus, domum eius haud ita procul in Rhodano montes ab eo dictos, pyramidem extra urbem ubi domum ei⁹ fuisse credunt, specus quo se præcipitârit nebulis perpetuò obductum, monstrant. Ego hęc omnia prætervehor.

Amphitheatrum hîc magna sui parte integrum: muri veteres, in primis ubi collegium nunc

nunc excitatum est ex prægrandibus saxis: Carcer istic vicinus, ubi Princeps Arausiensis detentus: Xenodochium cui Latini versus de ortu & interitu urbis antiquæ, ut operam ipsis impendas, magis merentur. Duo sunt hîc castella: *Piper*, fortissimum in rupe edita, & quod pro inexpugnabili venditant: *La Bastie*, non æqui roboris, & intus magna sui parte lacerum.

Quinque leuearum diastemate hinc seiunctũ est Lugdunum, Galliæ & Propugnaculũ & Emporium nobilissimum: vulgò *Lyon*, dicta urbs. Tractus vicinus à nomine eius nomen accepit, vocatúrque, *le Lyonnois*: cuius termini sunt ab Ortu, Sabaudia; à Septentrione, Brescia, ab occasu, Forenses & Arverni; à Meridie, Delphinates & Languedoccii.

Me-

Merebatur ocellus hic urbium encomia sui ampliora, quã mei instituti fert ratio. Promam nunc ea, quę omnino premi non debent. Alia videbis & experieris ex temetipso.

Nomen urbis quidam à Lugdo 13. Galliarum Rege, Berosi hypobolimæi auctoritate persuasi derivant. Qui si istius Regis tempore id huic urbi impositũ opinantur, falluntur: Quod patebit ex loco Polybii mox allegando. Rectiùs fortassis cũ aliis dixeris Plancum, ad quem per cantilenas Bardorum, quæ loco Annalium Gallis erant, memoria antiquorum Galliæ Regum (quales fuere Celtes, Belgius, Allobrox, Lugdus, Narbo, &c.) pervenerit, à Lugdi nomine Lugdunum indigetasse.

Alii à Lugendo, quòd incendio fatali, aut etiã Severiano in de-

deplorandam ceciderit calamitatem. Ridentur hi non nemini in hoc suo luctu ideo quòd constet ante hæc incendia nominis hoc ipsi inditum. Ego adeò non improbem, si pro nominis allusione id habeas. Posses etiā dicere, urbem LUGDUNUM non inepte nomē suum post illas calamitates in *Lugidunū*, aut *Luctus-dunū* transformare potuisse. Extat hanc in rem Elegidion ex vet. cod. Iacobi Tavelli Senonensis descriptū, & rei literariæ communicatum à CL. de Rubys 1. *Hist. Lug* cap. 30.

Gallia Victoris premitur dum Cæsaris armis,
Victaq; Romano subditur Imperio:
Qua fluit in Rhodanum pinguis lentusq; Sagonæ.
Conditur à Planco, Plancia magna viro.

Vrbs

Vrbs ea, seu locus hic, lento qui præsidet amni,
Monte iacēs, flammis corruit in cineres.
Instaurant cives in margine fluminis urbem,
Et meliore locant mœnia prisca solo.
Nomen ab eventu tristi renovata priori
Lucdunum, à luctu quem dedit ignis habet.
Vulcano funum, qui sacros temperat ignes,
Ponitur in tumulo quo cinis urbis erat.
Omen id, ut flamen super execrabilis esset:
Et memor exusti, plebs miseranda, loci.
Fama refert populum, quo dignis actibus esset
Clarior, & doctis urbs bene culta viris.

Mar-

Marmore candenti niveum posuisse theatrum,
Hîc ubi se flumen miscet utrumq; simul.
Palladis ara Deæ medio stetit orbe theatri,
** Mira canent quævix nomi- posse putenas.*
Palladis intacta Rhetor dicturus ad aram,
Palluit, & stupido protinus ore fuit,
Ipse licèt Cicero Diva simulachra petisset,
Ante Deæ scenam corde tremente foret.
Sed modus unus erat placandi numinis iram.
Mitescũt sacris numina quaque suis.
Fit focus ex lento, mediâ clarissimus Arâ
Lumine quo flagrans garrula pica perit.

Stat

Stat supplex circum populus, funditq; sacerdos
Thura Palatinis cum sale dona sacris.
Hic ubi libarunt (fas est) impallidus orat
Rhetor, & orantis verba Minerva probat.

Alii, quasi lucidum collem significet, Lucdunum scribunt, non adeò inconvenienter. Nam & Ericus Monachus lib. 4. de vita S. Germani in *Lugduno*, dictionem *Lucht*, agnoscere videtur:

Lugduno celebrant Gallorum famine nomen,
Impositum quondam, quod sit mons Lucidus.

Quo videntur etiam collimare versus Senecæ in morte Claudii:

Vidi,

Vidi duobus imminens flu-
viis iugum,
Quod Phœbus ortu semper
obverso videt:
Vbi Rhodanus ingens amne
prærapido fluit,
Ararq́ dubitans quo suos
cursus agat,
Tacitus quietis alluit ripas
vadis.

Alii quasi *Lucii collem*, accipiunt, quòd Lucius Munatius Plancus eam in colle, *Forum Veneris* pòst dicto, cum antè inter Rhodani & Araris fluenta ædificata tunc in ruinis iaceret, resuscitarit: tum quod antea Lugduni vocabulum, ipsi inditum fuisse nullis fide dignorum auctorum testimoniis constet. Insula enim antè vocata fuit. Livius: *Postero die profectus Annibal, adversa ripa Rhodani, medi-*

mediterranea Gallia petit: non quia rectior ad Altes via esset, sed quantum à mari recessisset, minùs obvium fore Romanum credens: cum quo priusquam in Italiam ventum foret, non erat in animo manus cōserere. Quartis castris ad Insulam pervenit. Ibi Arar, Rhodanúsque amnes diversis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulum complexi, confluunt in unum, mediis campis Insulæ nomen datum. Polybium perinde loqui, notant alii, & addere Insulam hanc fuisse, πολύοχλον καὶ σιτοφόρον: Plutarchus verò: *Annibal castra movit, & per ripam Rhodani adverso flumine profectus, paucis diebus pervenit ad locū, quem Insulam Galli vocant. Hanc Arar, & Rhodanus amnes ex diversis montibus confluentes efficiunt. Ibique nunc Lugdu-*

num est celeberrima Galliæ urbs, quam longis postea temporibus a Planco Munatio conditam fuisse accepimus. Ex dictione *nunc*, patet, antè Lugdunum non fuisse. Ac necesse erat nomen urbis mutato ipsius situ mutare. Quin retento antiquo vocabulo ineptè appellâssent Insulam, extra confluentes in colle positam urbem? Nisi fortè verius insuper est Insulam nō fuisse urbem, sed omnem illam terram quæ Rhodano, Arari & montibus interiectis concluditur, figuram literę Græcę Δ efficiens, ad exemplum Insulæ Aegypti: quod ex Polybio pulchrè deducit contra Paradinum Cl. de Rubys 1. *Hist. Lug.* 6. Huic tamen etymologiæ à contradicit quod nunquam à prænomine Romani urbes à se conditas, sed potiùs nomine familiæ, appellarunt

runt, ut patet in Aquis Sextiis, Foro Iulii, & aliis.

Sunt qui à Lugda Cæsaris legione frequenter hîc hibernante deducant. Lugda autem idem quod fulgur Gallis significabat. Cuiusmodi nomina terroris plena legionib. indere solebãt. Exẽplo sint Rapax & Fulminatrix.

Aliis nec id adeo ineptè, à voce *Luck*, quæ hodiéque Belgis fortunam significat & litera adiecta Germanis effertur *Gluck* derivare, tanquam fortunatum collem, placuit. Hinc itinerarium Burdigalâ Ierosolymas ducens interpretatur *Lugdunum*, *Desideratum Montem*. *Dunum* enim montem aut collem antiquis Gallis notasse, vulgus etiam novit, suntq; hui⁹ farinæ urbiũ nomina frequẽtissima, ut: *Augustodunum*, *Cæsarodunum*, *Noviodunũ*, *Iuliodunũ*,

Milioduunm, Verdunum, Ebrodunum, Castellodunum.

A fluviis etiam, quîs adluitur, alia urbem hanc nomina obtinuisse, tacendum non est. Rhodanusiam vocat Sidon. *lib* 1. *Epist.* 5. Vti Horatio 2. *Od ult.* Lugdunensis *Rhodani potor*, dicitur. Arariam indigetat historia Lupi Lugdun, Archiepiscopi, & perinde Lugdunensis Sidonio 1. Epist. 8. *Araricus bibitor* audit.

Hodie vulgò vocatur *Lyon*: an nomine contracto ex Lugduno? Vix me abstineo ne credam, cum & *Laudunum*, in *Laon*, & similia in similia abîsse videam. Nec tamen abs re est quod Claudius de Rubys adfert. Postquam & urbs & urbis nomen abolitũ & oblivioni damnatum esset, verisimile nõ fuisse & Christianos & paganos qui in planicie qua-

qualem qualẽ moliebãtur urbẽ, pristinum & damnatum nomen ipsi imponere ausos fuisse. Aliúdque potiùs ipsi indidisse, idque à coloniæ hîc collocatæ insigni, quod fuit Leo: quemadmodum Piceni, à Pico insigni suo appellati fuêre. Vide pluribus hac de re Rub. lib. 1. c. 30. pag. 113.

Hodie huius urbis ambitus & iugum istud sive collem, in quo. *là* Munatio Planco posita, *Forviere* dictum, & Insulam, in qua antiquitus collocata quibusdam creditur, cum imminente monte, S. Sebastiani dicto, complectitur. Suntque quadrigemina de quîs gloriari possit: *Duplicem se esse urbem, duos ambitu suo complecti montes, ripis duorum fluviorum navigabilium impositam, duobus in ea aut ad eam pontibus saxeis elegan-*

 tissi-

tissimis & fortissimis duos illos fluvios transiri.

Adeóque in ipso mœnium circuitu & montes sunt & planicies, & terra est & unda; & ędificia & loca ab his vacua, eáque hortis, vineis, segeti, pratis relicta. Vix credo repertu urbem tā variâ amœnitate pollentem. Sive ex imo in superiora & æqualia respicias: sive ex summo inferiora sub & circumiecta contempleris, oculos animúmque expleri nequibis. Magnum est quod dico, sed audacter tamen assero, æquè commodo loco vix aliam Europæ ullam positā esse urbem. Hinc enim prono Rhodano promptus abitus in Italiam, Hispaniam, Africam, Orientem, & Occidentem: Hinc ad 12. leucas abest Ligeris navigabilis, quo in potissimam Galliam, Hispaniam Septentrionalem,

lem, Angliam, Belgium, Daniam, Germaniam inferiorē mercimonia transferri possunt: quin Geduno (*Gyan*) in ripa Ligeris posito uniusdici itinere tantùm abest Montargium, ubi alius fluvius, cuius nomen excidit, naves ferre incipit, qui Sequanæ pòst miscetur; ut commodè in regni metropolin, & breviori insuper itinere in Septentrionaliorem Galliam merces ferri possint. Hinc in Germaniam paulo longior quidem via est terrestris, sed qua & ad Rhenum, & Danubium longissimos pòst fluvios merces delatæ ad remotissimas gentes citra magnam difficultatem ablegari queūt. Quæ etiā sola mihi videtur esse causa quòd tot opificia & artificia hìc florent, tot non indigenis solùm sed diversarum etiam nationum remotarum mercatorib⁹,

quîs in ſua ſunt collegia & privilegia, abundat. Accedunt commoditates victûs incomparabiles. Vinum intra mœnia & circa producit generoſiſſimum: quin & ex Burgundia ſecundo Arari, & adverſo Rhodano ex Provincia, Lãguedoccio & Delphinatu adfertur. Pretiúmque eius in tantâ copiâ eſt valde mediocre. Inprimis quia eius efferendi & aliis nationibus eo carentibus communicandi commoditas hiſce provinciis non eſt talis, qualis reliquæ ad Ligerim, Garumnam, Sequanam, & Carantonum Galliæ. Illis enim fluviis abitur ad terras Septentrionales quæ vinum non producunt: Rhodano verò ad illas, quæ id minimè deſiderant, ut Italos, Hiſpanos, & ſimiles. Vti hâc ratione natura huic urbi populoſiſſimæ proſpexiſſe unicè videa

deatur. Frugum feracia arva perinde & in urbe ſunt & eam circumdāt, ac advehitur ex Burgundiâ fertiliſſimâ regione infinita, cùm opus, frumenti copia. Fructus & in ipſa & circùm naſcūtur omnis generis, & ex Provincia adferuntur copiosè. Iucundum eſt, contemplari primo vere florentes in longo montis in urbe & extra eam iugo amygdalos cùm aliæ arbores pleræq; ne germinare quidem incipiūt. Greges & armenta, tum volatilium copia ea ſubſidia menſis & convictibus miniſtrant, quæ tanto hominum numero ad abundantiam ſufficiāt. Retinet ergo iure meritò laudes ſuas antiquitas, uti & ſit πολύοχλ@ & σιτόφορ@: quîs vocabulis ipſam Polybius inſignivit. Qua indubiè laude utrâq; tantopere non polleret, eſſet abſq; duobus celeberrimis

 rimis

...rimis fluviis: de quîs quid vetat hic aliquid promere?

Rhodanus à Plinio sic breviter describitur: *Rhoda Rhodiorum fuit, unde dicitur multo Galliarum fertissimus amnis Rhodanus ex Alpib se per Lemanum Lacum rapiens, segnemq; deferens Ararim.* Fusius paulò à D. Hieronymo: *Rhodam Rhodiorum coloni locaverunt, unde amnis Rhodanus nomen accepit. Adeò magni cursus est, ut vix adversa navigari possit aquâ. Ferunt hunc amnem ex Alpibus oriri non longè à Rheni & Danubii fontibus. Fertur per Lemanum Lacum & versus Occidentem per Galliam fluens tardum Ararim & Isaram Durentiámque suscipiens apud Heracleam uno hostio & paulò altius duobus aliis in mare Tyrrhenum irrumpit.* Versus,

Oc-

Occidentē fluere ait: quod verū Lugdunū usq;, inde enim recepto Arare ad lævā meridiē versus declinat, antequā Isaram Druētiamq; recipiat. Adcóq; rē probè reputanti, iniuria facta Arari videri queat, cuius alueus nō solùm quosq; hodie nomē servat; sed & Lugduno Arelate usq; rectà contendit: cū ex transverso ipsum accedat Rhodanus, noménq; ipsius expungat. Probiùs cursus eius describitur à Pomponio Mela lib. 2. *Rhodanus nō longè ab Istri Rheníq; fontib. surgit: deinde Lemano lacu acceptus tenet impetum seq; per mediū integer agens, quātus venit, egreditur. Inde contrà in Occidentē ablatus aliquamdiu Gallias dirimit. Pòst cursum Meridiem abducto, hac intrat, accessúq; aliorum amnium iam grandis & subinde grandior inter*

Volcas & Cavaras emittitur. Ammiani Marcellini descriptionem parilem vide lib. 15 Danubius, Rhenus, Arola, Ticinus haut procul ab eius scaturigine fontes suos habere notantur. De eo hæc ferè notanda. Quod integer & servato colore lacum Lemanum transeat: quòd angustiis montis Iuræ, ubi Clusa nunc, transgressis præcipiti voragine oculis ereptus aliquanto pòst spacio reddatur, & pòst placidus abeat: quòd Lugdunensibus lignorum tam comburendo quàm ædificando idoneorum copiam adferat: insulam ad pontem *le Breuteau* hodie dictam amœnissimam efficiat: cùm periculo haud paucis locis, inprimis propè pontem S. Spiritus navigetur.

Arar ex monte Vogeso ortus per Sequanos, hodie inter Ducatum

catum & Comitatum Burgundiæ, Virodunum, Cabillonum, Tornum, Matiſconum prætergreſſus Lugdunúmq; perlapſus mox Rhodanum curſu tam lento ut ſtanti ſimilis, ceu Silius loquitur, videatur, aut utram in partem fluat, ut Cæſar, non facilè dignoſci queat, influit. De illo ita Tacitus: *Moſellam atque Ararim factâ inter utrumque foſſâ connectere parabat, ut copiæ per mare, dein Rhodano & Arare ſubvecta per eam foſſam, mox fluvio Moſellâ in Rhenum exin Oceanum decurreret, ſublatiúq; itinerum difficultatibus navigabilia inter ſe Occidentis Septentrioníſque littora fierent. Invidit operi Aelius Gracilis Belgicæ legatus, deterrendo Veterem, ne legiones alienæ provinciæ inferret, ſtudiáque Galliarũ affectaret. Formi-*

dolosum id Imperatori dictitans, quo plerumque prohibentur conatus honesti. Nomen huius fluvii antiquum est *Brigulus*, teste Plutarcho *in libr. de Fluminib.* Ararim vocatum idem ait παρὰ τὸ ἡρμόσθαι τῷ ῥοδάνῳ, quòd Rhodano iungatur. Scoras Polybio appellatur, quod nominis Paradinus tulisse eum inde putat, quod transiens terram tam fertilem non possit non multo luto abraso limosum se reddidisse: quam etiam causam lenti cursus eius opinãtur Merula corruptum & legendum credit Σκόνας pro Σκόρας Sangonam appellarũt pòstquã cæso infinito in persecutione Severiana Martyrum numero, sanguis effusus eius undis mixtus Matisconum usque regurgitavit, ibíque concretus ad aliquot dies substitit. vid. Parad.
lib.

lib. 1. *cap.* 3. Rub. *lib.* 1. *cap.* 21. Adfertur secundo hoc fluvio copia frumenti, vini, carbonum aliarúmq; rerum & mercium. Hinc Araricorum etiam Nautarum Corpus olim institutum, cuius mentio in inscriptione Romana in capite pontis S. Bartholomæi & Lugdunensi in ædibus Prioris ad D. Irenæi. Vtroque fluvio iuncto sed adverso, naves appellunt omnis generis mercibus, vino etiam & fructibus sub immitiori cælo non nascentibus, oneratæ.

Hæc urbs tot laudibus pollẽs nomen toti Galliæ Celticę communicavit, ut Lugdunensis diceretur. Primatus etiam Galliæ quà statum Ecclesiasticũ, penès ipsã fuit à tẽpore Irenæi, habuitque præsules sive Archiepiscopos viros sanctissimæ vitæ & eruditionis incõparabilis: qui &

mo-

moderamen civitatis olim tenuerunt. Prolixus eam in rem Paradinus toto libro ſecũdo hiſtoriæ Lugdunenſis, quem adi & evolue: adde etiã Claud. de Rubys in eiuſdem argumenti libro.

Tempore triumviratus, L. Plancus Munacius, inſtaurator urbis, cùm à partibus Antonii contra Auguſtum tandem victorem ſtetiſſet, uti gratiam eius aucuparetur ſexaginta Galliarũ nationib. auctor erat uti ad confluentes Rhodani & Araris templum Auguſto communi ſumtu erigerent, inq; eo totidem, quot erant nationes collocarent ſtatuas: duplicem etiam aram, unã elegantiâ, alteram magnitudine conſpicuam. Dedicatio templi facta fuit Calendis Sextilibus ſive Auguſti IVLIO ANTONIO & FABIO Africano COSS. anno V.C.744. ſeptem ante Chriſtum

ſtum natum annis: qua ipſa die Lugduni naſcebatur Claudius Tib. Cæſar, pòſt imperator. Trecenti Augures hoc templum incolebant, quorum præſul primus fuit Caius Iulius Verecundatus, teſte Iulio Floro. Inventæ fuêre compluſculæ inſcriptiones Augurum iſtorum meminentes: tum perpetui Pontificatus, uni ex Auguribus collati, Quatuorvirorum & Decurionum. In templo D. Stephani ad introitum viſitur lapis perpetui Pontificatus meminens. Ad portam qua introitur in Clauſtrum S. Ioannis, lapis viſitur antiquus cum hac inſcriptione - *Iulius Primitius Decurio trecentorum Augurum.* Alius, in muro exteriore turris ad D. Petri in ipſo clauſtro: *Iovi Opt. Max. Q. Alcinnius Vrbis F. Martinus Seq. Romæ, & Augur ad Aram ad*

ad confluentes Araris & Rhodani flumen in civitate Sequanorum.

Haud ita longo post tempore Caius Galigula. Tiberii nepos. Romanorúmque quartus Imperator, tertii Consulatus honorem Lugduni adept⁹, præter alia gaudentis animi testimonia publicos ludos miscellos instituebat, & certamen Oratorium in Lingua Græca & Latina ad hanc Augusti aram. Certaminis conditio hæc erat, ut victus lingua propria, aut spongiâ madidatâ minimùm, elueret scripta sua, ni præferret aut virgis cædi aut mergi in proxima præterfluente. Atque hoc est quamobrem pallor exprimebatur iis, qui non exquisitæ dicendi facultatis sibi cōscii in hanc palæstram progrediebantur: quod Iuvenalis innuit:

Pal-

Palleat, ut nudis preßit qui calcibus anguem.
Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad Aram.

Vide Suetonium in Caligula. Ac credo sub hoc tempus, nõ initio, huic loco Athenæi vocabulum inditum à Minerva Athenes nomine Græcè appellata, Diva Ethnicorum opinione Scientiarum largitrice: quod firmiter ipsi hæsit, postquam etiamnum Latinè Monasterium Athenacense: & vulgò *l'Abbye d'Aisnay*, audit. Destructum tamen hoc fuit templum insequenti tempore, cùm Lugdunẽses Christo nomen dare inciperent, ex eiusq; ruina ornata templa S. Ioannis, & Monasterii Athenacensis Christianum in Pagani locum positum. Brunehildem Reginam conditricem huius Monasterii ferùnt, Sigeberti Au-

Austrasiæ Regis coniugem. At antiquius longè est, & à Papa Paschali II. dedicatum anno Christi 1107. Imò & reparatum à Salomo Archiepiscopo sequi-seculo & ampliùs Brunehildis tempora antecedente. Pinguioribus fortè reditibus dotavit, & ornatius redditit. Vtq́ue olim Ethnica fuit in hoc confluentium angulo palæstra non ignobilis: sic pòst Christiana fuit nobilissima, postquā 40. utriusque sexus martyres, inter quos Episcopus Photinus fuit, sanguine hîc fidem obsignantes coronam vitæ adepti fuerunt: vide Paradinum *Histor. Lugd. lib*.2.

Hodit in huius Monasterii templo, antiquæ magnificentiæ fortassis non respondente, visuntur tamen quatuor columnæ prægrandes ex lapide & mar-

marmore fusili, multis supersti-
tes ex antiquo Planci opere cre-
ditæ: tum in choro effigies Ar-
chiepiscopi artificiosissimè ex
marmoris tenuissimis portiun-
culis in pavimento repræsenta-
ta, quæ Amblardi qui & ipsus
desolatum à Normannis tem-
plum restauravit, esse creditur.
Hortum adiacentem habet a-
mœnissimum, tilis per diver-
sa ambulacra umbram facienti-
bus gratissimam, ac imprimis
nemusculo sive luco stationem
sub vernum tempus philomelis
præbente gratissimam, & re-
frigerium æstivo calore peru-
stis.

Haut longè recentiùs ædifi-
catum creditur templum Vene-
ri in colle, qui *Forvsere*, (quod
Forum Veneris sonare credunt)
audit. Ac Claudius de Rubys
quidẽ eò abire videtur ac si sub
im-

imperio Augusti conditum adsereret. Præmisséque quod fora semper cōtigua habuerint Deorum templa (ut forum Romanorum templum Iani) addit, ideo credibile esse Augustum Veneri dicatum voluisse, quòd gens Iulia ab Iulo, atque ita ab Aenea & Venere, descenderint: exemplo Iulii Cæsaris qui in novo suo foro *Veneri Genetrici* templum erexerat. Isacius Imperatorem Claudium excitasse illud suspicatur, ideo quòd idem Suetonio teste, in Sicilia quoque Veneris Erycinę templum vetustate collapsum, ut ex ærario populi reficeretur, auctor fuerit. Quod verisimilius inde ipsi accidit, quòd idem Claudius Lugduno oriundus fuerit. Paradinus addit se in antiquis instrumentis invenisse non *Forum Veneris*, sed *Forum vetus*. Id tamen alte-

alteram appellationem non destruit. Citerioris enim sunt temporis ea instrumenta, ut respectu urbis in plano post Severi desolationem, quæ funestissimæ huic urbi accidit, ædificatæ, illud forum rectissimè vetus appelletur. Pòst Ecclesia istic collegiata exstructa fuit in honorem B. Thomæ de Aquino, quam etiam vocant *nostre Dame de Forviere.* Templum est perexiguum, decem tamen sunt ei Canonici. Qui pleríq; in plano habitantes, suas tamẽ & istic habent ædes cum hortis contiguis. Fontibus destituuntur in illo culmine montis. Puteum habent miræ profunditatis: & cisternas recipiendis aquis cœlestibus.

Quin & Monastèrium in Insula Barbara, vulgò *l' Iste Barbe,* ætate haut longè sequitur ab ini- *l' Iste Barbe.*

initio tamē Christianum. Quippe enim cùm Imper. Antoninus Verus ferro persequeretur Christianos Lugdunenses, inter quosdam manibus ipsius elapsos fuit quidam Peregrinus qui in huius Insulæ desolatissimæ id temporis vepretis se occultabat. Post paulò monasterium in ea ædificatum à Dynasta quodam nomine Longino in honorem sancti Andreæ Apostoli. Barbaram verò Insulam ab horrore & barbarie loci dictam Paradinus lib. 2. cap. 6. adnotat. Ipsius verò Antagonista Cl. de Rubys, de his omnibus longè aliter censet. Destructa nempe urbe per Septimium, Severum, & restaurari sub gravissimis pœnis prohibita: incolarum reliquos aliósq; commoditate loci allectos ad radicem montis tenue ab initio oppidu-

pidulum construxisse ex quîs paganos, ne, si Diis suis templum in vicino areæ urbis desolatæ ponerent, contra prohibitionem fecisse viderentur, in ista insula id posuisse. Ac inde verisimile esse Christianos primùm illum locum Barbarum appellasse, quòd post Christianam fidem susceptum barbari dicti fuerint Gentiles & à fide Christiana alieni: quod ex Psal. 113. & Baronii annalib. probat. Iuxta hunc igitur, Ethnicorum idolis primùm dedicatus fuit locus. Quicquid sit, longo pòst quàm Christiani hunc locum Deo Trinuno dedicassēt, etiam cum Saracenicus furor, hoc etiā monasterium cum pluribus aliis evertisset, sub Carolo Magno restauratum & magnificentiùs longè ædificatum fuit & dicatum S. Martino: & no-

 mine

mi ac inde monasterii & Regalis insignitum. Huc etiam idē Rex & Imperator verè magnus bibliothecam suā collocavit, cuius portio fuit liber manuscriptus operum Ausonii, reipubl. literariæ, postquā diu delituerant, cō- municatorū. Hodie denuo maximam partem in ruinis iacet, in bellis civilibus laceratum. Tria istic etiamnū sunt templa S. Annæ, Mariæ, & Lupi. Tertia feria Paschatos potissimum est festū quod celebrant. Infinitus populi numerus eâ die hanc insulam celebrat: totáq; insulæ planities tripudiantibus adeò occupata esse solet, ut vix transiri possit.

At recensere omnium templorum & monasteriorum initia meum nunc non est. Tangā cursim ex locis celebrioribus, sacris, prophanis, ea quæ frequentiùs adiri solent ab exteris.

Splen-

Splendidissimum omnium & primatiale totius Galliæ hodie, S. Ioanni Baptistæ & S. Ioanni Evangelistæ dicatum: quorum utriusq; statua ex choro exeunti una ad dextram altera ad sinistram collocata. Bonam partem tanti operis ex ruderibus templi Augustalis ædificatam credibile est. Quatuor turribus ad quatuor angulos positis eminet. Horologium Astronomicum non contemnendi artificii, prope chorum videre est. Campana in turrium una quibusvis maximis accensita. Contigua huic sunt duo templa alia sancti Stephani, & sanctæ Crucis.

S. Nicetii templum, vulgò *S. Nisier*, olim sub primis Episcopis, cathedrale & primatiale, hodie Collegiale, non longe minoris est splendoris, in medio ferè urbis situm. Videbis ponè

chorum ſuſpenſam tabulam æneam reſtituti civis teſtem. Aliud Conventuale eſt S. Iuſti, olim extra pomeria urbis in ſuburbio collocatum, ſub furore civico dirutum, in ipſa urbe hodiè reſtauratum; S. Pauli collegiale prope vicum Flandricum: S. Thomæ *de ForViere*, de quo ſuprà.

Meretur prçterea videri templum Iacobinorũ, vulgò *nostre Dame de Confort*: in quo Germanorum Cœnotaphiũ: quod obtegitur ſaxo quadrato, cui Aquila Imperii inſculpta, cum his verbis: CY EST LA SEPULURE DES ALLEMANS IMPERIAUX. Aliquot, noviſſimis his annis, Germanos illi illatos novimus, ac imprimis illum qui ſolus eorum, qui Itineraria Galliæ ſcripſerunt, eius accuratiſſimam deſcriptionem Deliciis

ſuis

ſuis(ſine dubio præſagiente animo) inſeruit. Petrum Eiſembergium Danum. Sacellum ad dextram 8. columnis marmoreis fultum elegātiſſimis. Templum S. Irenæi unum eſt ex vetuſtiſſimis. Dirutū in bellis civilib. & qualiter qualiter reſtauratū. Monſtratur hîc pars colūnæ, ad quam Chriſtus flagellatus; ſepultura S. Irenæi, altare S. Polycarpi. Pavimentum muſivi operis fuit, ſed nunc maximam partem extritum. Novem Muſarū picturę expreſſæ fuerant inter alia, & hi verſus additi: *Ingrediens loca tam ſacra, iam rea pectora tunde, Poſce gemens veniam, lachrymas hic cum prece funde. Præſulis hic Irenæi turma iacet ſociorum. Quos per martyrium perduxit ad alta polorum. Ipſorum numerum ſi ſcire cupis, tibi pando,* S. Irenē.

Millia dena novemq; fuerunt sub duce tanto: Hinc mulieres & pueri simul excipiuntur, Quos tulit atra manus, nunc Christi luce fruuntur.

Minimes. Elegans est etiam templum Minimorum, tum Capucinorum Carthusiani in monte S. *Capucini.* Sebastiani à paucis annis Monasterium sibi exstruxêre loco un- *Carthus.* de prospectus in subditam urbem peramœnus. *Celestins* Celestinorum monasterium in ripa Araris est, aula olim Ducum Sabaudię Sed omnia de his omnibus referre, longum esset.

Hospitalia. Iuxta hæc ædificia divino cultui destinata, charitati erga proximum Lugdunenses excitarũt aliquam multa, inq; iis orbos, expositititios, ægros, pauperes, senes hospitantur & alunt. Ac laudabile inprimis est exemplum Eleemosynæ generalis, quâ magnum

gnum egentium numerũ alunt, distributis quot diebus Dominicis panibus, & pecuniæ aliquanto pauperibus addito. Processio fit, sub feriis Lugdunensibus Paschalibus, cui omnes pauperes, qui de hoc beneficio participare volunt, interesse tenentur: vide uberiùs in hanc rem Paradinum.

Vt à sacris ædificiis ad profana transeam, Fortalitium anno 64. in monte S. Sebastiani structum idémque anno 85. destructum fuit. Historiam leges apud Cl. de Rubys *lib. 3. hist. Lugd. c. 63.* Hodie restant tria alia quæ celebrãtur: *la Pierrecise* in dextra Araris ripa rupi præruptæ imposita: verisimiliter ab Archiepiscopis, ut contra furorem populicum in ea securi essent, ædificata: nobilis captivitate Ludovici & Ascanii Sfortiarum, &

Citadelle.

Pierrecise.

& Ducis Namurci: Fortalitium S. Ioannis, *le boulevard de S. Iean*, in sinistra Araris ripa è regione alteri oppositum, pariter rupi durissimę, non tamen æquè prę-ruptæ, impositum: & Fortalitium S. Clari quod Rhodano alluitur, satis quidem munitum, alteri tamen non comparandum. Munimenta hisce duobus interiacentia sunt fortissima.

Basilica urbis, olim Archiepiscoporum sedes credita: in qua duæ tabulæ Aeneæ continentes orationem Claudii Imp. habitam ad Senatum, pro Senatorum iure Gallis indulgendo, quas vide apud Paradinum, *lib. 1. cap.* 18. *& sub initium Inscriptionum Lugdunensium*: tum adde quæ de iis notat Cl. de Rubis, *lib.* 1. *cap.* 15. *hist. Lugdun.*

Palatium curiæ vulgo Rhodana

dana dictum ad Ararim situ est. Legitur inter 48. utriusque sexus Martyres, passam etiam foeminam nomine Rhodanam: cuius sunt qui fuisse putent hoc palatium, & damnatâ illâ fisco cessisse.

Armamentarium ad Ararim à sinistra machinis probè instructum vulgò *la Rigaudiere* dictum, à paucis annis novo circumducto muro munitum. Maiorem eius partem hortus obcupat.

Hinc haud procul absunt novæ munitiones ante quinquennium ab eâ parte excitatæ, ubi nulla alia urbis ab antiquo fuerant claustra, quàm confluentium undarum. Ea de re egredientibus porta Achenaica ad sinistram legitur epigraphe Gallica. Ipsi portæ hæc inscripta sunt:

Quà Rhodano fert dives Arar quà dividit Orbi
Alter opes, nova quà facies adsurgat Athenæ,
Hannibal Ausoniaq; acies & castra loquuntur,
Sub fido Francorum oculo custode Leonis.

Domus Antiquaria, vulgò *l'Antiquaille*, in trivio montis Fori-Veneris sita: in qua aliquot inscriptiones antiquæ custodiũtur. Fornices subterranei, qui illa montis parte inveniuntur, testantur non fuisse nullius pretii ædificium illo loco positũ. Sunt qui palatium Severi hîc loci cõstitisse non inverisimiliter opinantur.

Paulo altiùs visuntur rudera antiqui & magnifici operis, iuxta templum. Amphitheatro inservuisse quidam autumant, alii huc

huc collocant Severi palatium. Paradinus ait Castellum Bucium nominari in antiquis instrumētis nomine mediâ pòst ætate, ut auguror, ipsi indito. vide Parad. lib. 2. cap. 103.

In propinquo sunt rudera alterius ædificii, quod palatium Claudii Imper. fuisse creditur. Thesauros hîc sub terrâ conditos, in vulgus creditur.

Descendens versus fanū S. Iusti transibis aream, in qua aliquot millia martyrum occisa ferūtur. Crux ibi posita, *la Croix decolé* vocatur.

Ante portam S. Iusti (ne futile hoc præteream) lapis immēsæ magnitudinis & ponderis visitur, quem minimo etiam digito moveas. Nempe in æquilibrio re quiescit.

Haut longè abes, cùm hunc lapidem contemplaris à porta

suburbii quam Trifontii dictã, ex antiquis chartis testatur Parad. Nempe quòd ductus aquarum ab aliquot leucis huc porrecti simplices, dispertiti fuerint in triplices, ut eo commodiùs aquæ inhabitantium usibus distribuerentur. Nisi fortè à triplici aquarum scaturigine ita appellatam malis: quomodo hodiéque fontem illum Romæ, ubi D. Paulus decollatus, appellant. Clau. de Rub. *lib.* 1. *cap.* 10. Hodie vocant *la porte de Trions*, vocabulo contracto: quod cave accipias de porta triumphorum ullius Cæsaris, ut quidam nugari volunt.

Prope fanum S. Iusti in vinea videbis fornices arcuatos subterraneos indubiè receptaculo aquarum ex illis ductibus huc derivatarum factos. Agnosces à sinistra introitûs foramina

na per quę indubiè tubi eas evomuerunt.

In monte hoc videbis vineas, arva, hortos, prata, tum diversa prædia mœnibus inclusa. At sat diu in eo hœsimus. Descendamus.

Haut procul portâ quæ vocatur *am Veze*, visitur tumulus antiquissimus, operis non vulgaris, quanquam hodie vetustate corrupti: vulgò vocatus *tombeau des deux amants*. Herodem & Herodiadem, in exilio palantes hîc fortè fortuna obvios mutuò factos præ gaudio mortuos vulgus insipidum cōmentum fuit. Alii, omisso quòd fortuitò sibimet obviati fuerint, hîc saltem post obitum sepultos contendunt eosdem. Utrique falsò. Nam mœrore & pædore confectos in Hispania obiisse Egesippus auctor est. Et

demus hîc mortuos: estne verisimile læsæ maiestatis damnatos, & quorum etiam memoria damnata erat, in hac Romanorum Colonia, ubi aut ipsi Imperatores aut præfecti ipsorum residebant, talem sepulturæ honorem nancisci potuisse? Quin accedamus potiùs cõiecturę Claudii de Rubys, qui putat per duos amantes significari coniuges duos Christianos, qui castitatem voverint, simul tamen habitantes: quorum sepulchris moris erat inscribere hæc verba, DUO AMANTES: teste Gregorio Turonensi *lib* 1. *hist*. *cap*. 47. ubi refert historiam de Iniurioso nobili Arverno. Vid. Cl. de Rub. *lib*. 1. *c*. 14.

Portus. Portus Ararici munimentum, sinistra ripa consideres. Olim locum lutosum, nunc pavimento stratum, gradibus etiam hinc inde

inde elegantissimis percommodum redditum omnibus qui quovis modo fluminis beneficio uti desiderant. Ara istic Henrico IV. posita, cui hoc inscriptum:

Henrici IV regnante pace vigente, praefecti Coss. Coss q. *urbis Lugduni Ararim extra alveos prorumpentem cinxerunt, vallarunt hac eleganti serie, ut in posterum sint portus mercatorum commoditati, nautarum securitati, urbis ornamento, populi oblectamento. Incept. Anno M. DC. VI. Perfect. Anno M. DC. IX.*

Pons quo Rhodanus transitur longissimus est: ad 900. passus fecisse in eo me memini: Arcus habet XIX. Crux in eo collocata terminū Delphinatus & Lugdunensis tractus notat. Turris in medio est excelsa in qua *Pontes.*

excu-

excubitor collocatus, & colubrina.

Ex illo despectus est in subiacentem insulam amœnissiam, *les Arches*, & *Breuteau*, dictam arboribus obsidam: in quam numerus populi solet exspaciari sub verni temporis amœnitatem. Haut rarò etiam in viridibus his convivantur. Pontem exstructum ferunt à S. Benedicto, qui & Avenionensem miraculosè posuisse creditur. Vide Parad. lib. 2. c. 43.

Ponte tamen stratum hîc fuisse longo antè tempore Rhodanum patet ex Sozimo lib. 4. ubi ait: *Andragatius impetu continuo Gratianum persequens Lugduni pontem transiturum comprehendit & occidit.* Alium tamen & ligneum fuisse opinatur & Rub. *lib.* 1. *cap.* 38.

Pons

Pons Araricus circa annum 1050. ab Humberto Archiepiſcopo exſtructus ſcribitur. vid. Parad. lib. 2. cap. 32. Rub. lib. 3. cap. 33. Novem eſt arcuum, ſcopuli iſtic ſunt in Arari undis exſtantes, firmiſſimum ex parte pontis ſuſtentaculum. Aeſtivo tempore infinitum lavantium in Arari numerum in media urbe, ex eo contemplaberis.

Portæ urbis ſunt ſex: *La porte du Rhoſne, de S. Sebaſtien, de Veze, de S. Iuſt, de S. George, & d'Aiſnay.* Quarum tamen ultima non ducit niſi ad confluentes Rhodani & Araris. *Portæ.*

Areas habet compluſculas. Maxima eſt, prope pontem Rhodani, *le belle-Cour* dicto, graminibus obſita, & amœniſſima, civium vernali tempore deambulatio. Sub veſperam diebus feſtis totam obambulantibus,

bus, ludentibus, tripudiantibus occupatam videbis. Ex hac obversum Fori Veneris collem contempleris: vix usquam fateberis te vidisse locum amœna varietate magis distinctum. Iam ædificiorum cumulum: iam vineis, hortis, arvo occupata loca: iam vacua præcipitia: iam ædes singulares: iam arcuatos fornices sustentandæ ad præcipitium terræ conspicies. Apelles magis varium aspectum vix posset penicillo effigiare. In hac areâ ludus est quem Balemaille vocant: In eâdem stabulum equorum Gubernatoris: ad eam sphæristeria amplissima, ante paucos annos ædificata. Lustrando aliquot millium exercitui satis hic spacii.

Confort. Propinqua huic est area *de Confort*, à vicino templo dicta. Olim cæmiterium fuit, & muro in-

inclusa utrinq; viæ tantùm spatio vacuo. In medio eius Pyramis triangularis erecta est Henrico IV. cum inscriptione deauratis literis constante.

Aliæ sunt: 1. *le Terreau*, hodie Gemoniæ Lugdunensium scalæ, 2. *des Cordeliers* 3. *de S. Nisier*, ubi forum olitorium, 4. *de S. Pierre* 5. *de la Grenette*: & in altera urbis parte, 6. *le Change*, ubi quotidie mercatores conveniunt, 7. *de la Douane*, 8. *de la Roche*, 9 *de S. Iean*, & hinc inde quædam aliæ. *Areæ.*

Suburbia habet quatuor amœnissima. Vltra Rhodanum longissimum est *la Guillotiere*, Paradino tanquam *Grilottiere* à tintinnabulis mulorum, qui crebri hîc stabulantur, dictum. Claudio de Rubys tamen tanquam *l' hostiere de Guy* quasi *Guy l' hostiere*, tanquam hospitium *Guilletiere.*

tium

stiumvisci. Notum enim est ex extremo lib. 16. Plinii Druides visco & robore, in quo gignitur, nihil habuisse sacratius. Roborum elegisse sibi lucos, nec ullum sacrum sine huius arboris fronde confecisse. Solemniter sacris sub arbore peractis, falce aurea viscum demessuisse: & quæ huiusmodi prolixè ab eo referuntur. Credibile igitur est in syluam Roboream, quo vicina planities, hodie, *la plaine d'Airieu*, occupata erat, & cuius vestigia & reliquiæ etiamnum superant, collectum id visci exiisse Lugdunenses, revertentes in illo suburbio deposuisse, ut ab omnium ordinum hominibus pòst in urbem solemniter cum balationibus, hoc est, cantilenis saltationi mixtis (unde remansit verbum *baler*) idolis etiam Deorum suorum præcedētibus

tibus ferretur. Vide Rub. lib. 1. cap. 29. Non prætereo viscum hoc strenæ loco mitti, cóque ceu re sacratissima & saluberrima fortunatum annum amicis voveri solitum fuisse, ut notat ex Geropio Becano, Elia Vineto, & Vignereo, Merula part 2. Cosmogr. lib. 3. cap. 11. p. 308. Tum etiam *Ad viscum*, sub anni initium cantari solitum fuisse, unde promanârit quod adhuc alicubi superstes, quòd pauperculi strenam cantando petentes, dicunt se canete *au guy l'un neuf*. Merula dicto loco, Parad. lib. 1. pag. 21. Diversoria & tabernæ vinariæ, cum contiguis hortis & viridariis, in hob suburbio sunt plurima. Diebúsque festis magna utriusque sexus incolarum portio animi caussa tempore verno exspatiatur.

Aliud-

Aliud ſuburbium eſt *à la Croix rouſſe*, extra portam S. Sebaſtiani; aliud *en Veze* dictum, muris ſuis circumdatum, uti & quartum *S. Iuſti*.

Ornamentum inſigne & primum huius urbis eſt quod Primatus totius Galliæ à multis ſeculis penès eius Epiſcopos & Archiepiſcopos reſedit. Tum quod non ſolùm ſub Ethnicis Imperatoribus ſcholæ Athenaicæ celebratæ hic fuerunt: ſed & Vniverſitas longo pòſt Iuriſprudentiæ hîc fulſit: quo de vide Parad. lib. 1. cap. 14. & Rub. lib. 3. cap. 43. Hodie ſedes hic eſt præſidialis. Ipſa verò urbs emporium celeberrimum. Ac ut ne indictum relinquam quod literatos propiùs tangit, infinitus hîc numerus librorum typis imprimitur, & per univerſum orbem quà literæ notę ſunt, ma-

gno

gno etiam numero in utramq; Indiam distribuitur: uberrimum lucrum bibliopolis, fructum litterarum studiosis reportantibus.

Nec novuum & nostris temporibus cœptum, quòd negotiatio libraria in hac urbe floret, sed perinde viguit ante aliquot secula. Sic enim Plinius *lib. 9. Epist. Lugduni bibliopolas esse non putabam.*

Feriæ iam olim sub Impp. Ethnicis hîc celeberrimæ fuerunt: testante Christianorum, de persecutione querulãtium epistola apud Eusebium lib. 5. cap. 3. Novissimis temporibus à Carolo VII. duæ, à Ludovico verò XI. quatuor concessæ fuerunt: Primæ post festum 3. Regum, secundæ post Pascha, tertiæ, mense Augusto; quartæ, post omniũ Sanctorum festum celebrari, so-

ſolitæ. Sub Carolo IX. Biturigas duæ translatæ, duabus abolitis, ſub eodem tandē omnes quatuor huic urbi reſtitutæ fuêre: vid. Cl. Rub. lib. 3 cap. 50. ſub fin.

Feſta ſua omnes tribus ſive fraternitates ſtatis diebus quotannis celebrant. Panes prægrandes croceos, inſtar placentarum orbiculatos, in pegmate diverſis phaleris ornato in templum, præeuntibus qui tibiis & fidibus canunt, deferunt: ubi & iſti panes, & minores alii à ſingulis geſtati à presbytero benedicuntur, domúmq; pòſt reditur, & fruſtillatim diviſi panes diſtribuuntur.

Feria ſecunda Paſchatos, ſi ſub id tempus hîc agis, memineris ad Inſulam Barbaram viſere, & videre ea quæ ſuprà retuli.

Fe-

Festum etiam corporis Christi cum magna solemnitate obeunt, pretiosissimis tapetibus parietes ædium, quà procedentes eunt, vestientibus.

Visu digna etiam est processio pauperum sub tempus feriarum Lugdunensium Paschaliũ fieri consueta: cui adsunt qui Iustitiæ præsunt, Scabini sive Consules urbis, quatuor Ordines Mendicantium, tum longissimus orborum & pauperum ordo.

Tandem & primâ Dominica mensis Augusti confraternitas S Iacobi solemniter procedit. In quâ XII. Apostoli, tres Reges, aliæque complures personæ in habitu, quo pingi solent, unà cũ Salvatoris asello inæquitantis, repræsentantur.

Extra urbem visas ad ædificium *la Duchere* vocatum, in

colle peramœno ſeceſſui gratiſſimo haut longè ab Arare ſitum.

Tum in domum proximam, *la Claire* dictam, cui hortus contiguus elegantiſſimus. Fons ibi cui hoc Diſtichon adſcriptum: quamquam quid ſibi velit non adſequor:

Hanc ornans clara claram clariſſimus unda
Clara fuit clarus quo ſua clara forent.

Et tandem in vicinum mercatoris cuiuſdam ſeceſſum, *La gorge du Loup* dictum, amœniſſimum. Fontes ibi aliquot ſalientis aquæ: Tum in ſuperiori parte unus cui impoſita ſtatua Meduſæ quinque ſiphonibus, à quorum medio locus nomen habet, undas evomens.

Aqueductuum arcus plurimi ad duas plus minus leucas viſun-

ſuntur. Ad illos cùm viſes, hortum elegantem Domini *de Beaurregard* propè fanum S. Geneſii, *S. Genis* in tranſitu luſtres.

In hac urbe quam tecum obiter percucurri, vellem quidem te hyemare: ſed metropolis te ſibi vindicat. Abi nunc eò, gnarus linguæ Gallicæ & paratior ad cõverſandũ cùm illis, à quibus peritior domũ reverti potes.

Recta via eſt per Forenſes, Borbonios, Nivernenſes, Charitæum, Gedunum, Montargium, &c. loca pleraque omnia olim tibi viſa. Satius igitur eſſet alias non aditas urbes tranſire: in primis ſi cum comitibus tuis equos eo pacto, Pictavii conduxiſti, quo ſuadebam, quìs Pariſios uſque uti poſſis, aut ſi propriis utaris. Ac fungar vice cotis, ſuggerens tibi mihi metipſi ignota: iter nempe aliud, magnam partem,

tem Antiſſiodorum uſq; , mihi non tritum.

Aultun. Videas ut quam commodiſſima via pervenias in Aeduorũ urbem, hodie *Aultun* dictam. Edua olim dicta fuit, ut ex Aimonio & Petro Venerabili demonſtrat Merula pag. 609, & 610. Idque nominis habuit à gente cuius caput erat. Pòſt diruta bello cum Gallis Cæſariano, & ab Auguſto (ut credibile eſt) Octaviano reſtaurata *Auguſtodunum*, tanquam Auguſti collis, appellari cœpit: quod nominis hodie quanquam contractius reſtat in vulgari Vrbs eſt antiquiſſima, in ſummum honoris culmen provecta ut & Romæ æmula, & quibuſvis maximis orbis terrarum urbibus potentiſſimiſq; & ſplendidiſſimis accenſita fuerit. Nunc tanti (exemplum lubricitatis rerum humanarum) ſplendoris

vix tenuia videas vestigia. Templa tamē habet magnifica, quorum maximum S Nazarii: tum alia ædificia publica visu & aditu dignissima. De antiquitatum huius loci monimentis hęc ecce notat Paradinus de antiquo statu Burgundiæ: *Ad Septentrionalem adspectum non procul à fluentis Aroti Fanum Proserpinæ & Plutonis visebatur: ubi Augures, Arioli, Aruspices, Genethliaci de futuris pronunciabant, cuius Fani adhuc vetusta quædā turris exstare dicitur ad urbis portā, vulgò Genethoyex.*

Ego structuræ formam intuitus, quum didicerim vulgò dici scribiq; *la Ianitoye*, censeo vel Iani templum fuisse, vel Ianum. IANI veteribus ædificia erant quadriformia & pervia: quales Romæ per omnes regiones fuisse notat Petrus Victor *In*

urbe in supermedia fuisse Martis templum contendunt.

** Tum etiam in plaga quæ ad Orientem pertinet, collis est Philosia, in quo Cupidinis ædemruxerant Aedui: nec ab eo procul erant spelunca & fornices Veneris, scortorum diversoria. In eo confinio in vepreto, est Cucubarrus, locus vocatus à cuculo eburneo (si fides habenda recentioribus) qui illic impudenti Deo, impudentissima victima cædebatur. Est enim avis adulteriis lenociniisq; infamis. Visuntur & magna ruina Theatri eo loci ubi sacra olei scaturigo fuit ad murorum antiquorum fundamenta, ubi fons limpidissimus. In superiore etiam urbis parte erat Capitolium, cuius tantùm restat nomen. Deinde via Fraxinea erat Apollinis templum, quod haud

haut absurdè in editißima urbis parte exædificatum censeatur, nempe quòd Arcem Acropolinque ingenii Apollo teneat. Caninus præterea vicus, in quo Anubis simulachrum canini capite celebrabatur, ad Occidentalem plagam ubi convicti furti Anubi mactabantur. Erat rursus Rochi Dei delubrum. Hunc in Deorum albo non adgnoscunt Poetæ: cuius auspiciis ab Aeduis permulta gerebantur. Porrò sunt ruinæ statuarum, Columnarum, Aquæductuum, Pyramidum, Theatrorum, Arcuum atq; alia innumera Vetustatis opera. Effodiuntur insuper annis propè singulis antiquorum Numismatũ vascula auri atq; argenti, cuiusmodi quamplurima Mangarius meus, doctißimus apud Eduos, superiorib. annis corrasit.

** Est enim urbs, forma rotũdiore & ovali, ab reliqua suis quasi portis mœnibusque seclusa, quæ Gallica voce corruptius *Marchault* quasi ut quidam volunt, *Martis Campus*.

Has duas observationes Paullus Merula ad Paradinum notat: & insuper addit, quæ sequuntur. *Scribunt etiam quidã Augustoduni senatum fuisse Druydum, locúmque ei dicatum ab Druidibus vulgato sermone* Montdruide *vocari: Præterea mille ab urbe paßibus ad Occidentem montem esse editißimum, cui ab Iove cognomen: ubi in hanc usq; diem familia illustris floret* Mont-Ioviorum *vulgò* de Mont-ieu. *Et quis, hac omnia si vera, non videt urbem hanc urbis Romæ simiam esse voluisse? & quis miretur* Augusta *quondam appellatione non con-*

ten-

tentam ad augustiorem adspirasse. Canit ætatis media Poeta Hericus lib. I. vita S. Germani:

Celtica Roma dein voluit cæpitq; vocari.

Hæc Merula. Vellem de meo potuissem addere. Sed cum isthuc non viserim ipsus, ne tibi deessem, aliena hęc meis ut commodum tuum promoverem, quisquis mihi futurus es lector, inserere uolui. Gymnasium hîc fuit celeberrimum. Vide Panegyricum Eumenii, qui totus occupatus est in schola Augustodunensium restauranda. Ac refert Tacitus nobilissimam Galliarum sobolem liberalibus studiis hîc operatam fuisse. Gens tota Eduorum fraterno fœdere Romanis iuncta, & ab iis vicissim iure Senatus donata fuit.

Disputant eruditi an hoc Au-

gustodunum sit Bibracte illud, cuius tam frequens apud Cæsarem mentio. Adfirmat Petrus Sancto Iulianus in Burgundia sua : qui nondum satisfacit Merulæ. Chesneus tamen duo imprimis adfert argumenta pro Sancti Iuliano : 1. Quod constet Cæsarem Cabillono, ut horreũ haberet, viam stravisse Bitracten usque: at verò hodiéque vestigia & reliquias stratæ istius viæ, quæ supersint, rectà ducere Augustodunum. 2. Ex nomine Augusto imposito, quod facturos Eduos non fuisse nisi in prima gentis suæ urbe, & quæ caput fuerit reliquorum credibile est. Vide plura apud Chesneum *lib. 6. antiq Gall. cap.* 4.

Auxerre. Augustuduno abitũ oportet Antissiodorum, vulgò *Auxerres*, Vrbem elegantem, antiquã, Episcopatus titulo fulgentem, tra-

tractui circumiacenti nomen mutuans, *le pays Auxerrois*. In medio vinearum sita, longè etiã remotis populis temetum propinat optimum. Studgardiæ VVirtembergicę ferè situm, quà vineta, æmulatur.

Sens. Antissiodoro moveas Senonum urbem, *Sens* hodie appellatam, Archiepiscopi sedem. Proximo seculo miraculosa accidit historia. Fœmina prægnans per legitimum ferè tempus, doloribus tandem acutissimis adflicta, & partui vicina credita; tribúsque annis continuis lecto adfixa, totum verò insequens vitæ tempus ægra & adflicta, 28. annos onus hoc, ceu gravida gessit. Mortuam superveniẽs maritus secari curavit; inventúsque fuit, infans sexus sequioris totus lapideus. Intellexi saxeum illum partum adhuc monstrari. Refert

Graviditas miraculosa.

hæc uberiùs Pasquerius in libro cui titulus *Recherches de la Frãce.lib.5.cap 39.pag.*700.

Senonibus pergendum ad confluentes Sequanæ & Icaunæ: Vrbs *Montereau*, vocatur. In fluviorum medio arx sita est, olim secessus Regum Franciæ; unde & nomen, tanquam *mons Regius* habere creditur. In sinistra Sequanæ ripa adeóque Gastinensium territorio urbs ipsa; suburbium verò S. Nicolai in dextra, tractuque Briensi. In ponte huius urbis Ioannes Dux Burgundiæ ab illis qui cum Delphino erant quòd Ducem Aurelianensem interfecisset cranio prægrandi ictu aperto, occisus fuit. Cranium foramine amplo perforatum Divione penès Carthusianos adhuc ostenditur. Arguta est responsio à Monacho facta Regi Francisco primò, scisci-

ſciſcitanti, unde tam latum foramen redditum fuerit: nempe ideo, quòd per id Angli tanto numero in Galliam intraſſent. Filius enim Ioannis Philippus, ut mortem patris vindicaret, Anglis ſe iungebat, illóſque in Galliam accerſebat.

Hinc ad ſiniſtrum paulum declines viſum denuò (meretur enim antiquum δὺς καὶ τρὶς) arcem primariam Regum Galliæ Fontem Bellaqueum, vulgò *Fontaine-b' leau.* *Fontaine-b' leau.*

Regio huic ſeceſſui cum meis comitibus vix horam impendi. Ignoſces igitur ſi non eo quo debet penicillo depingatur, aut ſi quę omittam ſilentio minimè tranſmittenda. Nomen ſeceſſui huic arcíque regiæ cum adiacente urbe (quanquam muris nondũ circumdatâ) eſt à fontium ſcaturiginibus limpidiſſi-

mas aquas egurgitantibus. Sita est in medio sylvarum & rupium in solo arenoso. Venationes plerisq; partibus sunt opimissimæ, aura adflatur saluberrima. Selectus eâ re fuit locus in quo stemma regium surculos protruderet, umbra sua regnũ protecturos. Antiquum est ædificium, & Ludovico etiam Sancto *desertorum & solitudinis suæ* vocabulo appellatum. Sub Frãcisco tamen primo restauratum & ad hanc magnificentiam ędificari cœptum fuit. Atriis cubiculis & xystis abundat magnificentissimis: de quîs omnia particulatim referri hîc nequit.

Vnius ex xystis sive galeriis ingressus videbis inscriptionem impositam, testem recepti Portûs Gratiæ, his verbis:

DEO OPT. MAX.

Cùm per occaſionem ciuilium armorum & ob impuberem Principis ætatem, quibus tota ferè Gallia exarſerat, Eliſabetha Anglorum Regina portum oppidumq; Gratiæ, quod eſt ad oſtium Sequanæ poſitum, naturâ manuq́; munitiſſimum inſigni fraude occupaſſet, firmiſſimóque præſidio teneret, auſpiciis CAR. IX. *Chriſtianiſſimi Regis, conſilióque & prudentia ſingulari Catharinæ Matris Reginæ, paucis diebus oppugnarè ſummâ vi cæptum, deditione receptum eſt. Anno* M. D. C. LXIII.

In extremo huius galeriæ obſidio & recuperatio Ambiani ſupra caminum penicillo repræſentata eſt.

In minoris galeriæ, quam & Regis Franciſci vocant, medio nota-

notabis locum ubi colloquium erat inter Peronium & Mornæum. Ex hac in aliam egredieris statuis marmoreis dimidiatis exornatum.

In galleria cervorum depictas videbis arces regias primarias, cum saltibus & venationibus, quîs pleræque circumdantur *S. Germain, Monceau, Amboise, Madrit. Chambourt, Villecoterets, &c.*

In galeria Reginæ elegantissimas videbis picturas. Inter alia & prælia in quîs triumphavit Henricus IV. repræsentantur. Prospicitur inde in aviarium.

Aviarium hoc oblongum est instar galeriæ, (sic enim voco, ut cuivis intelligat) in cuius medio surgit turris rotunda. Vndique ferè apertum lucem & aërẽ haurit, clathris tamen prætenuibus, qualibus caveæ muniri solent,

lent, obductum, exitum volucribus negat. Arboreta & dumeta in eo disposita sunt, in quibus nidificant aves. In medio fons est, diversos hinc inde dispertiēs rivulos, cincta est vineis & rosetis arte factis: quîs subscriptum:

Henricus IV. D.G. Franciæ Rex,

Hinc atq; hinc picti sunt gemini Angeli: quorum, qui à dextro sunt latere, alter coronam, canistrum alter rosis plenum gestat: quîs subscriptum hoc distichon:

Tot populos victor iusto Rex Marte subegit,
Regius hic retinet quot sibi carcer aves.

Qui à sinistro consistunt alter coronam tenet, alter psittacum: iisq; subscriptum:

Qui Ianum clausit, volucres hic sponte reclusas
Detinet, æternum quæ sua facta canant.

Omnis

Omnis generis aves videbis: quæ fritillantes, trutillantes, minurrientes, gementes tam suave auribus melodion accinent, uti in stuporem datus ubi sis, quid audias, ambigendum tibi sit.

Atriorum quæ Salas vocant, præcipua sunt 1. *de la garde* dictum, ornatum tapetibus elegantissimè manupictis, prelia Caroli VII. & victorias ab Anglis reportatas exhibentibus. 2. *des festins*, conviviis celebrandis destinatum olim. Observes hîc caminum magnificè structũ. Regis Henr. IV. Equitis statua ex marmore candidissimo istic collocata, Valore 18000 Coronatorum ęstimari nobis referebatur. Marmori Lydio subtus hæc epigraphe imposita: *Henricus IV. Francorum & Navarræ Rex, bellator, victor, & triamphator, bello civili confecto, regno*

gno recuperato restauratoq; pace domi forisq; constituta, &c. Adsistunt à dextra Clementia; à sinistra Pax: pariter ex candido marmore. Columnæ ibidem visuntur ex marmore variegato: & in summo par leonum ex ære, cũ duabus coronis, omnísq; generis armis. Subtus grandem istam Regis statuam, tabellam notabis ex marmore æqui candoris, in qua singulari artificio idem Rex repræsentatur eques, habitu Romano antiquo, sub pedibus devictos suos hostes cõculcans. 3. *des bals*: in cuius laquearium medio symbolũ Henrici II. scriptum: *Donec totũ impleat orbem.* Alia ipsius notabis.

Duceris in cubicula plurima verè regia, qualia sunt quę vulgò appellantur: *La chambre & antichambre du Roy, le cabinet du Roy, la chambre & antichambre*

Omnis generis aves videbis: quæ fritillantes, trutillantes, minurrientes, gementes tam suave auribus melodion accinent, uti in stuporem datus tibi sis, quid audias, ambigendum tibi sit.

Atriorum quæ Salas vocant, præcipua sunt 1. *de la garde* dictum, ornatum tapetibus elegãtissimè manupictis, prelia Caroli VII. & victorias ab Anglis reportatas exhibentibus. 2. *des festins*, conviviis celebrandis destinatum olim. Observes hîc caminum magnificè structũ. Regis Henr. IV. Equitis statua ex marmore candidissimo istic collocata, Valore 18000 Coronatorum estimari nobis referebatur. Marmori Lydio subtus hæc epigraphe imposita: *Henricus IV. Francorum & Navarræ Rex, bellator, victor, & triumphator, bello civili confecto, re-*

gno

gno recuperato restauratoq; pace domi forisq; constituta, &c. Adsistunt à dextra Clementia; à sinistra Pax: pariter ex candido marmore. Columnæ ibidem visuntur ex marmore variegato: & in summo par leonum ex ære, cũ duabus coronis, omnísq; generis armis. Subtus grandem istam Regis statuam, tabellam notabis ex marmore æqui candoris, in qua singulari artificio idem Rex repræsentatur eques, habitu Romano antiquo, sub pedibus devictos suos hostes cõculcans. 3. *des bals*: in cuius laquearium medio symbolũ Henrici II. scriptum: *Donec totũ impleat orbem.* Alia ipsius notabis.

Duceris in cubicula plurima verè regia, qualia sunt quę vulgò appellantur: *La chambre & antichambre du Roy, le cabinet du Roy, la chambre & anticham-*

bre

bre (in quo natus Ludovicus XIII.) *de la Royne* : *La chambre du Conseil*: *de Monsieur le Daulphin* : *la chābre neufue*: in quo obseruabis sub persona Dianæ effigiē magnorum Principū, ex magno Rege, matris. Laboribus Herculis parietes picti sunt.

Sacellum quoque meretur videri. Idem sphæristeria, horologium, sudatoria, culina.

Areas aliquot habet latissimas, quarum nomina quantum recordor hæc sunt : *La cour de la fontaine*, in qua fons perelegans, cui imposita statua Mercurii, duæque aliæ nudorum hominum. *La cour des Officiers* : *Le dongeon*, in qua videtur horologium Astrologicum: area baptismo Delphini nunc-Regis nobilitata : *La basse cour*, in cuius medio equus prægrandis ex gypso factus conspi-

ſpicitur. Singularis artificii opus creditur, propter proportionem accuratiſſimam; qua in tantâ mole omnes partes ſibi correſpondent.

Viridaria & horti aliquot adiacent ſtupendæ amœnitatis: *Le iardin du Roy, de la Royne, de la fontaine, de pin, des eſtangs.* In quibus & ſtatuæ, & fontes & ambulacra diverſa videbis: quæ omnia meo calamo in hoc perexiguo libello ſuis coloribus depingi nequeunt.

Extra arcem hortus eſt alius pomiferis arboribus obſitus, in cuius ſtagno duas triremes parvas vidimus, inque eius extretremo par ſtruthiocamelorum tum omnis generis anates & anſeres exoticos.

Fonte bellaqueo Melodunũ viſas vulgò *Melun*, Heurepenſis territorii primariam urbem. *Melun.*

Olim

Olim in insula Sequanæ, non secus ac ipsa Lutetia, coercebatur: teste Cæs. *lib. 7. de bell. Gall.* nunc ad instar Lutetiæ in media insula, & utrinque in fluminis ripa ædificata triplicem reddit urbem. Fabulæ ea res originem præbuit: Huic urbi olim nomen fuisse *Isis*, & quia Lutetia ad exemplum huius in insula & utrinq; in continenti posita erat, nomen ipsi datum *Par Isis*. Supra unam ex portis huius urbis insignia Frācica & Medicæa picta sunt, hoc adscripto: *Concors inæqualitas facit melos unum.* In quo agnoscis adlusum ad nomen urbis. Minùs quidem ingenio loci, at haut mediocriter opere manufacto munita est.

Corbolium hinc pergendum urbem in ripâ Sequanæ sitam, nec

nec ipſam improbè munitam. Alluitur & Eſſonâ.

Charantonium pòſt tranſeundum ubi Matrona *La Marne*, ponte tranſitur. Echo iſtic percipies τρισκαιδεκάφωνον, quę terdecies humanam reddat vocem, ut alii obſervant: mihi undecies reddita fuit.

In proximo hîc eſt alius vicus Confluentes, vulgò *Conflans* dictus. Vbi Sequanæ ſe iungit Matrona, Seceſſus hîc eſt Domini Villeregii amœniſſimus: in quem animi gratia Lutetiam exſpaciari poſſis.

Rediſti nunc ſub hyemis initium in urbem totius Regni caput. Hyemandum hic: tempuſque ita collocandum ut ne fruſtrà in ea vixiſſe dicaris. Deſcriptionem eius meam aliquam hic ponerem. Sed tremulus calamus rem tantam aggredi timet.

Ne

Ne tamen desim tibi, magnæ huius urbis brevem à magno viro profectam descriptionem huc transcribam. Fraudi id, opinor, mihi non erit: qui candidè auctorem, qui est Paulus Merula, laudo.

Paris. Lutetiæ, vulgò *Paris* dicta, territorii, quod Parisium vulgo *Parisis*, vocant, pársque est Insulæ Franciæ, totiúsque regni est metropolis. Parisium complectebatur olim quicquid erat hinc à Porta Parisiensi usque ad pontem Aesiæ, vulgò Pontoise; inde verò Clayam usque, versus Brienses. Nomen ferè periit, nisi quod eius etiamnum memoria servetur cùm in quibusdam pagis, *Louures, Cormeilles, Escova*, & aliis qui cum adiectione *en Parisis* cognominantur: tum in solidis denarii'que Parisiis, vulgò *Sols & denirs Parisis*, & qui-

& quibusdam Parlamenti Parisiensis taxationibus. Quin etiam sunt qui portæ, quam nunc Lutetiam incolentes Pariensem vocant non aliunde nomen esse censent, quam quod ea in Parisium duceret. Lutetia: Λευκοτεκία, Λευκετία dicitur: quibusdam etiam *Lutetia Parisius*, non tam barbarè ut quidam hodie putant. Sic dicebatur *Santonus Mediolanum*, *augusta Vindelicus*, *Colonia Tarquinius*, *Colonia Craviscus*, *Colonia Veius*. Hodie *Paris* vulgò, ab ipsis huius agri populis: quod passim per Gallias accidit, ut urbes antiquis nominibus reiectis & obliteratis, augustiores ipsarum gentium appellatione adsumpserint. Parisios verò dictos volunt vel in Paridis Troiani memoriam, vel à Parrhasiis Asiaticis, Herculis comitibus, vel ab Iside Nomen.

V Iside

Iſide παρ' Ἴσιος, hoc eſt, prope templum Iſidis, cuius ſtatuam ſcribunt nonnulli ad D. Germani Pratenſis paucis antè annis adhuc fuiſſe, *Idolum S. Germani* vocatam: ſed anno 1515. ſublatę crucem rubram ſubſtitutam. Lutetia quibuſdam à luto, propter paludes vicinas, quarum apud Cæſ. lib. 7. eſt mentio: earum hodiéque ut ferunt, memoriam ſervante foro primario quod *Marchepalus* dictum; quaſi forum paludoſum: aliis ab gypſi fodinis proximis, quaſi λευκοτείχια, quòd ferè tota cruſtario conſtet opere. Civitatem Iulii Boethius libr. de diſcipl. Schol. nominat, quòd is multa fortean illic ædificaverit. Lutetia multo quondam fuit, quàm hodie minor. In Inſula tantùm, quam ambit Sequana. Deſcribit eam genuinè

nuinè Iulianus Cæsar in Oratione, cui titulus, Ἀντιοχικὸς ἢ Μισοπώγων. Cæsar vocat, oppidum Parisiorum, positum in insula Sequanæ fluminis. Ammianus. *Matrona & Sequana amnes magnitudinis gemina, fluentes per Lugdunensem post circumclusum ambitu insulari Parisiorum castellum, Lutetiam nomine consociatim meant, meantesque protinus prope Castra constantia funduntur in mare.* Ex quibus patet, quàm tenue tantæ urbi fuerit initium. Tantilla insula adscrescentem in dies hominum multitudinē paulatim capere non fuit potis. Ductis in utramque continentem quasi Coloniis, additisque locis suburbanis, ita sensim productis variè pomeriis excrevit, ut iam totius Galliæ sit maxima.

In tres nunc secatur partes: quarum maior eáque ad ripam fluminis dextram situ maior est, ad Ortum & Septentrionem vergens Villa vulgò dicitur, *La ville* Minor ad sinistram versus Austrum & Occidentem loco altiore, & qui per colliculos suos nonnihil adsurgit, *Vniversitas* vocatur, *L' université*: Media est *Insula*, quam *Civitatem*, antiqua appellatione, *La Cité*, nuncupant, Fluvio undique cincta; Pontibus, duobus quidem Minori, tribus verò Maiori iuncta.

1. *Villa.* *Villa* speciem præbet Lunæ διχοτόμου, hinc Sequana, illinc Mœnibus, Vallis, Fossísque

eiusque *Portæ.* in Hemicycli figuram circumdata. *Portas* habet septem, *D. Antonii*, *Templi*, *D. Martini*, *D. Dionysii*, *Montis Mar-*

& *Suburbia.* *tyrum*, *S. Honorii* *Novam*: *Suburbia* quinque; *Templi*, *D. Mar-*

D. Martini, *S. Dionysii Montis Martyrum*, *S. Honorii*. Huius Vetera Mœnia pro incrementi ratione contractiora fuere. Arcis Lupariæ caput orsa, D. Eustachii Templum, Hospitaliaque D D. Iacobi & Iuliani complectabantur; iuxta Sacellum Braccorum ad D. Catharinæ Vallis Scholarium adsurgebant; D. Antonii Portam continebant; hinc ad Monasterium, quod *Ave Mariæ* vulgò, Sequanæ vicinum, desinebant. Successerunt Nova, quibus Suburbia etiam inclusa fuere. Vallo atque Fossis, ex Sequana irriguis, munita; Vetustis illis vel diiectis soloque æquatis, vel in priuatarum ædium usum conuersis. *Ciuitas* quatuor paruulis insulis superioribus ordine & in linea sitis, tanquam obicibus contra vim Fluminis de- 2. *Ciuitas.*

ſenditur; primùm, Vt dixi propter ſitus commoditatem habitata; Ligneiſque Pontibus adiri ſolita: totius Vrbis veluti Cor, propter Epiſcopale Regiumque Palatium *Portas* habuiſſe olim videtur quatuor ad totidē Pontium capita: *Caſtelli Maioris* ſeu *Pariſienſis*, *Superiorem* quidem ad Pontem Virginis, *Inferiorem* autē ſive *Inferni Portam* ad Pontem Trapezitarum, *Caſtelli Minoris* ad Pontem Parvū, *Quartam* denique ad D. Michaelis *Pontes* habet tamquam Alas, dextras quidem *D. Virginis*, *Trapezitarum*, *Molitorum*, qui *Villam* reſpiciunt; Siniſtras autem, *Pontem Parvum* & *D. Michaelis*, quibus in *Vniverſitatem* tenditur. *D. Virginis* & *Parvus* lapidei ſunt; cæteri tignis & ſublicis impoſiti. Lapideorum ſanè Maior, qui

eiuſque *Porta* quondā.

& *Pontes* hodie.

D. Vir-

D. Virgini ſacratus, olim longitudinem habebat LXX paſſuum, latitudinem XVIII; Ordines XVII. (ordo quivis XXX. Tignis conſtabat) Aedes utrimque lateritias, pari magnitudine & altitudine, LX. impoſitas gerens LXXX. poſt anno ſub Ludovico XII. quum mole ſua corruiſſet, refectus eſt ſummo artificio ſex Arcubus lapideis; Domibus LXVIII. æqualibus ſuperſtructis, Pavimentoque Lapidibus ſtrato, ut Pontem eſſe multi neſciant. *Pons Parvus* reſtauratus eſt ſub Carolo VI. ex Iudæorum multis. *S. Michaelis* ædificatus ab Hugone Aubrioto, Præfecto Pariſienſi, ſub Carolo VI. quum anno CIↃ IↃ XLVI. navium impetu convulſus corruiſſet, non multo pòſt refectus eſt, æqualibus Domibus lateritiis hinc inde ornatus.

Est & hodie *Pons* inter Arcem Lupariam Augustinẽsium Cœnobium Sextus; cuius fundamentum posuit Henricus III. Franciæ Rex, Pridie Kalend. Iunii CIↃ IↃ LXXVIII. In eo absolvendo adhuc serio laboratur. *Civitas* autem hæc Muris olim fuit cincta, qui inferiore parte Palatium & Domum Regiam adhuc circundant; reliquis deiectis. *Vniversitas* quamdam Galeri speciem exhibere videtur, quo Caput tantę Vrbis tegatur quasi, & ornetur. *Portæ* illi septem, *D. Victoris, D. Marcelli, D. Iacobi, S. Michaelis, S. Germani, Bussia & Nella. Suburbia* quinque, *S. Germani, S. Michaelis, D. Iacobi, D. Marcelli, D. Victoris.* Hæc Lutetiæ pars Mœnibus etiam, ut Villa, est cincta, sed Fossis propter Loci situm siccis. Longum esset

3. *Vniversitas*, eiusque *Portæ*,

& *Suburbia*.

esset enumerare quæ in tribus hisce Partibus occurrunt, deque iis adferri possunt. Singularia Brevis ero, & in Brevitate, spero, non obscurus. Episcopus Parisiẽsis Spiritualibus præest. Episcopi numerantur CVII; quorũ ultimum novi *Petrum Gondium*. *Vrbs* Regi paret, habens peculiarem quamdam Iurisdictionem. *Suburbiis* idem Ius cum Vrbe concessit Carolus V. Francorum Monarcha anno CIↃ CCCLXXIV. *Academia* Rectoris unius arbitratu regitur. Magistratu trimestri. Philipp⁹ I. Galliæ Rex anno CIↃ XC, *Eschevinos* (Viros Consulares) Vrbi dedit; locoque Insignium Navem Liliis aureis ornatam. Civibus Parisiensibus Iura *Nobilitatis* largitus est Carolus V. cuius memini anno CIↃ CCCLXXI. Templa numeravi LXIX. univer-

Quibus in Lutetiam Iurisdict.

Vrbis Scabini, Insignia Civium Nobilitas. Templa & numerus D. Virginis

sim: inter ea augustissimum, *Cathedrale D. Virginis*; quod, iactis ab Philippo Augusto anno CIↃ CXCI. sub Mauricio Parisiorum Episcopo, fundamentis, serio ædificari cœptum anno CIↃ CCLVII. mense Februario, Ioanne Kalensi Latomo, regnante D. Ludovico; ex Galliæ Miraculis præcipuum. Columnis CXX sustinetur. Longitudo Passuum CLXXIV; Latitudo LX. Altitudo C. Chorus Lapide cinctus; Historiis ex Veteri Novoque Testamento insculptis, quas anno CIↃ CCCII absolutas, loquitur Inscriptio. In Ambitu habet Sacella XLV. ferreis Clathris munita. Vniversim Portæ XI. In Fronte tres biforæ, Statuas XXVIII. Regum insignes. Ad latera Turres visuntur, seu Moles veriùs Campanatiæ, altitudine

XXXIV.

XXXIV. Cubitorum. Campana Maxima, cui ab Maria Virgine cognomen, viginti Viros flagitat pulſanda; Sonitus ſereno cœlo per ſeptem Leucas auditur. *Sacella* Pariſiis non pauca, XIII. circiter: inter quæ primi cenſendum loci, quod in Palatio Regio *Sanctum* audit, ab D. Ludovico exſtructum; omninm Ciſ-montanorum audaciſſimũ; nam Sacellum Sacello fornicato incumbit, nullis Columnis mediis, ſed lateralibus tantũm ſubſultum: Porta Inferior verã D. Virginis imaginem; Superior Ieſu Chriſti fertur exhibere. Servantur ibi (ſic perhibent Curiones) Corona Spinea, Toga Purpurea, Arundo, Spongia, Sudarium, Mappaque Cœnæ ultimæ: quæ omnia à Balduino Imperatore Conſtantinopolitano Venetis oppignerata,

Sacella, interq; ea Sanctum.

Cœnobia, inter quæ Templariorum.

Filiarū Dei.

S. Victoris.

DD. Petri & Pauli.

Gallus redemta ibi reposuit. *Cœnobia* plurima (XXIV. si rectè numerum memini) & ampla: *Templariorum* sane circuitum notavi spaciosissimum, Vrbis instar; Templariis anno CIↃ CCCIX. è medio sublatis, Bona Hospitalariis S. Ioannis fuerunt adsignata. Est & *Cœnobium Filiarum* DEI prope portam S. Dionysii, quæ Damnatis ad supplicium ducendis tres Panis bolos cum Vino porrigere sunt solitæ. *D. Victoris Cœnobiū* Canonicorum Regularium S. Augustini ab Ludovico Crasso CIↃ CXIII. victoria de Perduellionibus parta, ædificatum; Sub Francisco I. magnificè reparatum. *Templum DD. Petri & Pauli* ab Hiodoveo ædificatum est, anno CCCCXCIX, hortatu Genovefæ, quę ibi sepulta, anno IↃXXI. Canonicorum Secularium

rium priùs, pòst ab Ludovico Crasso Regularium est factum. Turris anno cIɔ cccc xxc III. fulmine cõflagravit. *S. Germani Pratẽsis. Cœnobiũ* Benedictinorũ; ab Childeberto II. in honorẽ S. Vincentii exstructum; pòst, sepulto illic D. Germano Episcopo Parisiensi, nomen eius induit. Opulentia nulli Cœnobio cedit; Privilegiis & Iurisdictione liberrimum. Muris clauditur. Forum habet annuũ. *Collegia* adii innumera; Publica xx. Privata ex amplissimorum hominum beneficio xxx. Omnium pulcherrimum *Navarraum*, ab Ioanna Navarræa, Philippi Pulcri Coniuge, exstructum. *Sorbonna Collegium* instituit Robertus de Sorbona. Theologus, D. Ludovico Regi familiaris. *Bernardinorum Collegium & Templum*, à Benedi-

D. Germani Pratensis.

Collegia, inter ea. Navarraum.

Sorbona.

Bernardinorũ.

cto XII. P. M. excitatum, auxit Guilielmus Cardinalis Tolosanus & Bibliotheca, & XVI. Studiosorum, qui Theologiæ darent operam, stipendiis. *Officinæ* *Mechanicæ* in suas quasi Regiones sunt distributæ, certisque locis adsignatæ: *Membrariorum* sunt ad pontem D. Michaëlis; *Fullonum*, prope S. Ioannem Grevensem: *Monetariorum*, prope Lupariam Arcem, ubi Mola Monetaria Sequanæ sublicis imposita: Aliorum, alibi. Apud Celestinos *Officina* est *Regia Tormentorum æneorum*. *Plateæ* sunt supra CCCC, inter quas facile principes: Villæ quidem, *Divorum Antonii, Martini, Dionysii, Honorii, Templi Vetus & Nova, Montis Martyrum*, *Luparia* ad ripam Sequanæ, Vniversitatis, *Sanctorum Victoris*, *Marcelli*, *Iacobi*.

Officinæ variæ.

Plateæ.

bi, *Germani*, &c aliæ; Civitatis denique, præter Pontes ipsos, *Viæ* hinc ad Cathedralem, inde Palatium Iam *Domus Parisienses*, cum Publicæ, tum Privatæ, universim anno CIↃ IↃ XLIX ad X. millia sunt numeratæ; exceptis Collegiis, Templis, Cœnobiis, iisque, quæ in Suburbiis. Eminent inter reliquas *Domus Regia* vicina Palatio, *Nella*, *Flandra*, *Artesia*, *Aurelianensis*. *Albretia*, *Lotharinga*, *Nivernensis*, *Alenconia*, *Senonum*, *Remensis*, *Lugdunensis*, *Foscampia*, *Bellovacensis*, *Rotomagiensis*, *Bituricẽsis*, *Heuresia*, *Sabauda*, *Claromõtia*, *Cabillonensis*, *Bavara*, *Burgunda*, *Regina*, *S. Paulli*, &c aliæ. *Palatium Thermarum* prope D. Mathurini quidam ab C. Iulio Cæsare conditum volunt. Cœnacu- *Domus*.

naculum illic est fornicatum, cui Hortus cum Arboribus imminet. Nomen habere creditur ab Thermis Iuliani Apostatæ, Aquis ex Pago vicino Gentillio eò deductis *Domus Publica Parisiensiũ*, anno CIↃ·IↃXXXIII. cœpta ab fundameutis exstrui, sub Francisco I. Quid verò dicam de *Arcibus* ? *Maius Castellum* ab Iulio Cæsare ædificatum aiunt : magis censeo ab Iuliano Cæsare qui aliquamdiu hic habitavit. Prima Parisiorum porta fuisse fertur : Vulgò *Le grand Chastelet*, *Castellum ParVum*, *Le petit Chastelet*, refectum legitur sub Carolo VI. contra nocturnas Studiosorum grassationes. *Arx Basilia, La Bastille*, excitari cœpit sumptibus regiis, anno CIↃ CCCLXIX. sub Carolo V. Rege, per Hugonem Aubriotum

Arces.

tum Præfectum Parisiensem, qui post hæresios nomine in perpetuos Carceres fuit relegatus. *Turnellensem*, *Lupariam*, *Divique Germani Layensis* fieri fecit Carolus V. cuius paulo ante memini: *Lupariam* Franciscus I. ampliare cœpit; absoluitque Henricus II. anno CIↃ IↃLVIII. Quid de *Turribus*? *Turrim Arcis Lupariæ* editissimam Franciscus I. ut Area Regię maior fieret, demolitus est. *Turris* in Cœmiterio *Innocentium* ædificata creditur initio contra Latrocinia, quum vicina omnia Loca silvestria essent & parum tuta. *Turris Billia* Pulvere Tormentario plena, fulmine tacta, adsita Tēpla Monasteriaq; Celestinorum, S. Pauli, Gervasii, Victoris, Marcelli, maximis adfecit damnis anno CIↃ IↃ XXXVIII. Quid de *Xenodochiis*, *Nosocomiis*,

Turres.

Xenodochia, &c.

miis, *Ptochodochiis*, & *Orphanotrophiis*? *Domum* in villa c c c *Cæcorum*, ab Saracenis excæcatorum, D. Ludovicus condidit. Alia prætereo. Quot Vrbis *Areæ* (inter quas primas obtinent *Grevensis*, *Templaria*, *Lupariæ*) *Foraq;*, ut *Mauberti* & aliorum, tot & plura *Suppliciorum* sunt *Loca*, Maleficiis plectendis destinata, quorum Cadavera post in *Montem Falconium* extra portam D. Martini transferuntur. Restauravit Petrus Remigius, Thesaurarius & Regni Gubernator sub Carolo Pulchro; Reusque sub Philippo Valesio factus Repetundarum ibidem est suspensus Inter *Sepulcreta*, prima censere soleo, *S S. Innocentum* & *S. Ioannis Grevensis*: illud amplissimum est, muris ab Philippo Augusto circumdatum; Sepul-

Areæ. *Fora.* *Suppliciorum loca.* *Sepulcreta.*

pulcrorum numero & Sceletis admirandum; Cadavera novem dierum spatio absumi aiunt. *Sepulcra* vero, præsertim Regum, Principum, Ducum, Comitum, Nobiliumq; utriusq; sexus quot in hac Vrbe vidi ! Eorum plena est enumeratio apud Aegidium Corrozetium, cuius exstat accuratum de Parisiēsis Vrbis antiquitate opus. Variorum etiam (liceat enim hęc speciatim commemorare (quorū præclara Ingenii monimenta cum admiratione leguntur, quorumq; fama iam volitat docta per ora virûm, Cineres variis hic locis reverenter adservantur : *Petri Lonbardi*, in S. Marcelli Suburbio : *Roberti Cenalis* Episcopi Abrincantensis, Viri doctissimi, ad D. Paulum; ubi & *Nicolai Gillii* Secretarii Regii & Historici Gallorum; *Petri Bercho*[illegible] Prio-

Sepulcra variorum.

Prioris, qui fecit quinque Opera solennia, Dictionarium, Reductorium, Breviatorium, Descriptionem Mundi, & Translationem cuiusdam Libri Latini in Gallicum, ad D. Eligii; *Petri Comestoris*, *Hugonis Richardi & Adæ de S. Victore*, ad Victoris; *Aegidij de Roma*, Archiepiscopi Bituricensis, Philosophi summi, & *Philippi Cominei*, Historiographi, apud Augustinianos, *Roberti Gaguini*, *Ioannis de Sacrobosco*, *Francisci Balduini* I C. ad D. Marturinum; *Paulli Aemilii Veronensis*, Historiographi, ad Cathedralem; *Cosmæ Guymier*, qui Glossas scripsit ad Pragmaticam Sanctionem, in Cœmiterio Innocentum, *Guilielmi Budæi* apud Maturinos; *Ioannis Ravisi Textoris* in Sacello Collegii Navarræi, *Claudii Espencæi* Theo-

Theologi, in Templo S. Cosmæ; *Christophori Thuani* & *Petri Seguierii*, Præsidum, ad D. Andreæ Artium; Aliorum alibi. *Fontes* gustavi publicos supra XVI. inter quos admiratus sum, qui Innocentium dictus, quique in S. Martini Cœnobio, *Statuas* etiam stupui variis locis *Regum* omnium in Palatio Regio; *Caroli Magni* in Templo S. Marcelli; *Philippi Valesii* in Primario; ubi & *D. Christophori* Gigantea, anno CIↃ CCCC XIII ab Antonio *d'Essars*, Equite erecta. Est ibi & effigies *Petri Cugneri*, iuxta Chorum in angulo ad altare Beatæ Mariæ. Fabulantur per ludibrium positam, quum Bona Ecclesiastica nomine regio in Fiscum trahere conaretur, sub Philippo Valesio; sed frustra. *Bibliothecas* inspexi varias, publicas qui-

Fontes.

Statuæ.

Bibliotheca.

quidem, cum primis *Regia Maiestatis*, & *S. Victoris*; privatorum autem infinitas, præcipue, CL. *Puteani*, *Pitheorum*, *Nicolai Fabri*, *Barnabæ Brissonii*, & aliorũ; & omnes optimis rarissimisque cùm editis, tum Manuscriptis refertas libris.

Seditiones. Incendia. Inũdationes. Incursus Hostiles.

Quot porro Parisiensis Vrbs *Seditionibus* agitata, quot *Incendiis* deformata, quot *Inundationibus* vastata, quotque *Hostium incursionibus* fuerit concussa & laniata, copiose notant Francorum Annales. Hæc de una Vrbe sufficiant. Qui plura desiderat adeat Aegidium Corrozetium, cuius antea memini, & Iacobum Capellum, qui de Lutetia singulares scripserunt Libellos. Exstat & Carmen Eustatii à Cnobbelsdorff Pruteni. Franciscus Belleforestius omnum accura-

curatissimè Lutetiam delineavit.

Hæc Merula. Addam ego insuper pauxilla quædam. In templo Celestinorum posteris testatum fecit Rex potentissimus Henricus II. quanto adfectu prosequeretur Annam Momorantium Comitem stabilem Franciæ, in quo voluit suum ipsiúsque cor communi tumulari sepulchro, his adpositis epigraphis:

I.

Cor iunctum amborum longum testantur amorem
Ante homines, iunctus spiritus ante Deum.

II.

Pyramidi ex marmore inscriptum:

Adsta

Adsta viator, non leve pret
um mora:
Hîc grande parvo cor duple
iacet loco,
Regis Ducisq; Regis Henrici
Ducis
Montmorantii Annæ, per
gradus qui singulos
Ad militaris ordinis fasti-
gium
Pervenit, & res maximas
cum maximis
Domi forisq; Regibus gessit
tribus,
Francisco, & Henrico, ultimó-
que Carolo
Sed præcipua quo singularis
& fides
Inter Ducémque Regem &
Henricum foret
Testata, corda iussit amborũ
simul
Rex ipse poni, pignus haut
dubitale,

Quòd

Quòd iuncta eorum vita perpetuò fuit.
Hîc iuncta quorum mors habet vitalia.

III.

D. O. M. S.

Siste parum & audi viator. In Anna Montmorancio tanta fuit rei militaris scientia & in tractandis & explicandis negotiis vigilantia, ut paulatim tanquam per scalarum gradus virtutis ergo adscensum sibi ad honoris altißimum gradum paraverit. Quem dum vixit tenuit honorificentißimè cum Henrici secundi Regis potentißimi approbatione maxima, qui eam ipsam amplißimam, quam à Rege Francisco patre consecutus

naculum illic est fornicatum, cui Hortus cum Arboribus imminet. Nomen habere creditur ab Thermis Iuliani Apostatæ, Aquis ex Pago vicino Gentillio eò deductis *Domus Publica Parisiensiũ*, anno CIↃ IↃ XXXIII. cœpta ab fundamentis exstrui, sub Francisco I. Quid verò dicam de *Arcibus*? *Maius Castellum* ab Iulio Cæsare ædificatum aiunt: magis censeo ab Iuliano Cæsare qui aliquamdiu hic habitavit. Prima Parisiorum porta fuisse fertur: Vulgò *Le grand Chastelet*, *Castellum Parvum*, *Le petit Chastelet*, refectum legitur sub Carolo VI. contra nocturnas Studiosorum grassationes. *Arx Basilia, La Bastille*, excitari cœpit sumptibus regiis, anno CIↃ CCCLXIX. sub Carolo V. Rege, per Hugonem Aubriotum

Arces.

tum Præfectum Parisiensem, qui post hæresios nomine in perpetuos Carceres fuit relegatus. *Turnellensem*, *Lupariam*, *Divique Germani Layensis* fieri fecit Carolus V. cuius paulo ante memini: *Lupariam* Franciscus I. ampliare cœpit; absoluitque Henricus II. anno CIↃ IↃLVIII. Quid de *Turribus*? *Turrim Arcis Luparia* editissimam Franciscus I. ut Area Regię maior fieret, demolitus est. *Turris* in Cœmiterio *Innocentium* ædificata creditur initio contra Latrocinia, quum vicina omnia Loca silvestria essent & parum tuta. *Turris Billia* Pulvere Tormentario plena, fulmine tacta, adsita Tēpla Monasteriaq; Celestinorum, S. Pauli, Gervasii, Victoris, Marcelli, maximis adfecit damnis anno CIↃ IↃ XXXVIII. Quid de *Xenodochiis*, *Nosocomiis*,

Turres.

Xenodochia, &c.

miis, *Ptochodochiis*, & *Orphanotrophiis* ? *Domum* in villa ccc *Cæcorum*, ab Saracenis excæcatorum, D. Ludovicus condidit. Alia prætereo. Quot Vrbis *Areæ* (inter quas primas obtinent *Grevensis*, *Templaria*, *Luparia*) *Foraq;*, ut *Mauberti* & aliorum, tot & plura *Suppliciorum* ſunt *Loca*, Maleficiis plectendis deſtinata, quotum Cadavera poſt in *Montem Falconium* extra portam D. Martini transferuntur. Reſtauravit Petrus Remigius, Theſaurarius & Regni Gubernator ſub Carolo Pulchro ; Reuſque ſub Philippo Valeſio factus Repetundarum ibidem eſt ſuſpenſus Inter *Sepulcreta*, prima cenſere ſoleo, *S S. Innocentum* & *S. Ioannis Grevenſis* : illud ampliſſimum eſt, muris ab Philippo Auguſto circumdatum ; Sepul-

Areæ. *Fora.* *Suppliciorum loca.* *Sepulcreta.*

pulcrorum numero & Sceletis admirandum; Cadavera novem dierum ſpatio abſumi aiunt. *Sepulcra* vero, præſertim Regum, Principum, Ducum, Comitum, Nobiliumq; utriuſq; ſexus quot in hac Vrbe vidi! Eorum plena eſt enumeratio apud Aegidium Corrozetium, cuius exſtat accuratum de Pariſiẽſis Vrbis antiquitate opus. Variorum etiam (liceat enim hęc ſpeciatim commemorare (quorũ præclara Ingenii monimenta cum admiratione leguntur, quorumq; fama iam volitat docta per ora virûm, Cineres variis hic locis reverenter adſervantur: *Petri Lonbardi*, in S. Marcelli Suburbio: *Roberti Cenalis* Epiſcopi Abrincantenſis, Viri doctiſſimi, ad D. Paulum; ubi & *Nicolai Gillii* Secretarii Regii & Hiſtorici Gallorum; *Petri Berchorii* Prio-

Sepulcra variorum.

Prioris, qui fecit quinque Opera solennia; Dictionarium, Reductorium, Breviatorium, Descriptionem Mundi, & Translationem cuiusdam Libri Latini in Gallicum, ad D. Eligii; *Petri Comestoris*, *Hugonis Richardi* & *Adæ de S. Victore*, ad Victoris; *Aegidij de Roma*, Archiepiscopi Bituricensis, Philosophi summi, & *Philippi Cominei*, Historiographi, apud Augustinianos, *Roberti*, *Gaguini*, *Ioannis de Sacrobosco*, *Francisci Balduini* I C. ad D. Marturinum; *Paulli Aemilii Veronensis*, Historiographi, ad Cathedralem; *Cosmæ Guymier*, qui Glossas scripsit ad Pragmaticam Sanctionem, in Cœmiterio Innocentum, *Guilielmi Budæi* apud Maturinos; *Ioannis Ravisi Textoris* in Sacello Collegii Navarræi, *Claudii Espencæi* Theo-

Theologi, in Templo S. Cosmæ; *Christophori Thuani* & *Petri Seguierii*, Præsidum, ad D. Andreæ Artium; Aliorum alibi. *Fontes* gustavi publicos supra XVI. inter quos admiratus sum, qui Innocentium dictus, quique in S. Martini Cœnobio, *Statuas* etiam stupui variis locis *Regum* omnium in Palatio Regio; *Caroli Magni* in Templo S. Marcelli; *Philippi Valesii* in Primario; ubi & *D. Christophori* Gigantea, anno CIↃ CCCC XIII ab Antonio *d'Essars*, Equite erecta. Est ibi & effigies *Petri Cugneri*, iuxta Chorum in angulo ad altare Beatæ Mariæ. Fabulantur per ludibrium positam, quum Bona Ecclesiastica nomine regio in Fiscum trahere conaretur, sub Philippo Valesio; sed frustra. *Bibliothecas* inspexi varias, publicas qui-

Fontes.

Statuæ.

Bibliotheca.

quidem, cum primis *Regia Maiestatis, & S. Victoris*; privatorum autem infinitas, præcipue, CL. *Puteani, Pitheorum, Nicolai Fabri, Barnabæ Brissonii*, & aliorũ; & omnes optimis rarissimisque cùm editis, tum Manuscriptis refertas libris. Quot porro Parisiensis Vrbs *Seditionibus* agitata, quot *Incendiis* deformata, quot *Inundationibus* vastata, quotque *Hostium incursionibus* fuerit concussa & laniata, copiose notant Francorum Annales. Hæc de una Vrbe sufficiant. Qui plura desiderat adeat Aegidium Corrozetium, cuius antea memini, & Iacobum Capellum, qui de Lutetia singulares scripserunt Libellos. Exstat & Carmen Eustatii à Cnobbelsdorff Pruteni. Franciscus Belleforestius omnum accura-

Seditiones. *Incendia.* *Inũdationes.* *Incursus Hostiles.*

curatissimè Lutetiam delineavit.

Hæc Merula. Addam ego insuper pauxilla quædam. In templo Celestinorum posteris testatum fecit Rex potentissimus Henricus II. quanto adfectu prosequeretur Annam Momorantium Comitem stabilem Franciæ, in quo voluit suum ipsiúsque cor communi tumulari sepulchro, his adpositis epigraphis:

I.

Cor iunctum amborum longum testantur amorem
Ante homines, iunctus spiritus ante Deum.

II.

Pyramidi ex marmore inscriptum:

Adsta

Adsta viator, non leve pretium moræ:
Hic grande parvo cor duplex iacet loco,
Regis Ducisq; : Regis Henrici, Ducis
Montmorantii Annæ, per gradus qui singulos
Ad militaris ordinis fastigium
Pervenit, & res maximas cum maximis
Domi forisq; Regibus gessit tribus,
Francisco, & Henrico, ultimóque Carolo
Sed præcipua quo singularis & fides
Inter Ducémque Regem & Henricum foret
Testata, corda iussit amborũ simul
Rex ipse poni, pignus haut dubitale,

Quòd

Quòd iuncta eorum vita perpetuò fuit.
Hîc iuncta quorum mors habet vitalia.

I I I.

D. O. M. S.

Siste parum & audi viator. In Anna Montmorancio tanta fuit rei militaris scientia & in tractandis & explicandis negotiis vigilantia, ut paulatim tanquam per scalarum gradus virtutis ergo adscensum sibi ad honoris altissimum gradum paraverit. Quem dum vixit tenuit honorificentissimè cum Henrici secundi Regis potentissimi approbatione maxima, qui eam ipsam amplissimam, quam à Rege Francisco patre consecutus erat

erat Annas dignitatem augere si potuisset cogitabat, ut incomparabilem & penè inauditum suum erga clarissimum virum amorem declararet, enim etsi plerique Principes viri imminere quibus poterant artificiis conarentur augebat tamen obtrectatio amorem, ut nihil penitus de iure publico aut privato statueret, quod Anna non probaretur, ut iam unum animum in duobus corporibus facilè cerneres, qua voluntatum & animorum summa coniunctio ut posteris monumento plerisque innotesceret memorabili, voluit Henricus amborum corda in eadem iacere æde. Igitur consentientibus Carolo IX. & Catharina Regina mater eius beatiss. fœmina Magdalena coniugi, &

Fran-

Franciscus filius piiß. mærentes P.P.

I.V.

Quarta Gallica est. Annotata cum modò positis in Antiquitatibus Parisiensibus pag. 925. In quibus horum similiumq; thesaurum habes.

Parisiis excundum ad loca vicina nobiliora. Præter Fontem bellaqueum, de quo suprà visas ad fanum S. Germani 5. leucis distans: de quo P. Merula: Fanum verò S. Germani, vulgò *S. Germain en Laye*, sic describit idem. Oppidum non nullius est antiquitatis. Arcis fundamenta iecit, vel saltem, ut quidam volunt, arcem restauravit Carolus V. Francorū Rex, Restituit eam Franciscus I. venationibus addictior. Superat *S. Germain en Laye.*

omnes regias domos : aeris saluberrimi. Nullius censetur Diœcesios. Sylva adiacet cædua, quercubus consita, quæ vulgò, *le bois de trahison*. In eius angulo, qui oppidum ipsum respicit, mensa lapidea mihi monstrata prægrandis, ad quam proditio fertur concepta: quæ qualis fuerit, & à quibus facta, malo ab aliis explicari, quàm in re satis dubia & incerta errare. Quod quidam narrant sylvæ ramos, si in Sequanam proiiciantur, statim lapidum instar fundum petere, non ego sum expertus: ideoque nihil temere volo adserere. Hæc Merula. Quibus ego addo. Hodie novam arcem iuxta veterem excitatam operis magnifici & verè regii. Xystis sive galeriis sex ornatam vidi. Notatu dignissimum, quod videas, sunt cry-

cryptæ ſubterraneæ, artificioſis aquarum ductibus irriguæ. Quatuor erant cùm iſtic eſſem: I. Orphei. In qua ſtatua Orphei cum cithara, qua ludit cum opus movetur. Ad ſonum citharæ omnis generis feræ progrediuntur ipſumque circumſiſtunt: Arbores ſe inflectunt: Rex ipſe pòſt cum Delphino aliiſque ſequitur. II. Puellæ organo Muſico motricibus aquis ludentis: hinc inde, ac ſi auditores ſuos contemplaretur, circumſpicientis. Suaviſſimum etiam melos fictitiæ aves admodulantur. Iuxta feneſtram notabis tabulam marmoream variegatam repræſentantem picturas amœniſſimorum camporũ. In medio tub⁹ eſt ex quo, impoſitis diverſis inſtrumentis diverſas ſpecies unda repræſentat. In pariete interiori videbis

Satyri statuam mirè elegantem. III. Neptuni: Cùm movetur opus, duo angeli tuba sonitum edunt, & ad sonitum Neptunus tridente armatus currui insistens à duobus equis tractus exit: cúmque paulum substitit, revertitur, & tubarum clangor repetitur. In pariete notabis officinam Vulcanicam IV. Persei Andromadem liberantis, monstrumque marinum gladio percutientis. Inter duas priores videbis adhuc quintam, Draconis: qui motis aliis caput elevat, idque demittens evomit undas largissimè. Philomelis factitiis suavissimum melos accinentibus. Præter has Cryptas aquis rorantes, videas etiam illam quam siccam vocant, *la croute seiche*, locum refrigerio sub æstivos colores commodum: Tum fontem cum statua Mercurii

curii in galeriarum una: Et tandem in cubiculo quodam Francisci effigiem plorabundæ sedentis, quam Rex elevat, & in pristinum statum reponit.

Cum huc exis unâ operâ visere possis ad arcem Madritum, tum in vicum S. Clavi, cæde Henrici III. maculatum & inde celebratum. Monimentum eius hîc inter plura aliorum visitur, cui hi versus inscripti: *Madril.* *S.Clou.*

D. O. M.

Aeternaq; memoriæ Henr. III.
Galliæ & Poloniæ Regis.
Adsta viator, & dole Regum vicem:
Cor Regis isto conditum est sub marmore,
Qui iura Gallis iura Sarmatis dedit.

Tectus cucullo, hunc sustulit sicarius.
Abi viator, & dole Regum vicem.

S. Denys Eodem ipsomet itu lustres etiam fanum S. Dionysianũ, duabus leucis Lutetia dissitum: de quo sic Merula: *S. Dionysianum*, quod vulgò *S. Denys en France*, non alia re nobilitari solet, quã Fano superbissimo, cui initium tenue satis ab Dagoberto Francorum rege. Auxit mirum in modum anno CIↃ CXLI aut circiter, Suggerus Abbas, ut ipse in sua testatur Historia. Servari memorantur ibi Corpora. *SS. Dionysii*, Francorum Apostoli, *Eleutherii*, *& Rustici*; item *Dionysii*, Corinthiorum Episcopi (cuius historia Ecclesiastica subinde meminit) *Hyppoliti*, & aliorum. Vidi hic aliquando, præter alia Singularia,

ria, grande *Monocerotis Cornu*, sexsemis pedum: *Labrum* vel *Solium ex Iaspide*, rosei coloris, quo usum ferunt in Balneis Regem Dagobertum: *Crucem auream*: *Lychnum pensilem ex argento*, quem pro accepto S. Eugenii corpore obtulit Philippus Hispaniarũ Rex, anno CIↃ IↃ LXV. Servantur in Thesauro S. Dionysii, quæ ad Regem pertinent Ornamenta, Diadema, Sceptrum, & alia; quæ quoties quis Rex consecrandus, Remos solenniter deportantur. Longitudo huius Templi CCCXC pedum; Latitudo C. Altitudo LXXX. ad interiorem Fornicem. Nam Tectum altius multo exsurgit. Turres habet duas excelsas, quadrata forma, inque iis Campanas ex puro ære. Sunt Valuæ æreę, auro obductæ. Loc⁹

hic à multis iam annis destinatus Regum aliorumque Principum Sepulcris. Sitos ibi notavi quam plurimos. Sunt illic, præter Dagobertum Cœnobii Conditorem, in Choro versus Meridiem, ut nomina loquũtur: *Ludovicus*, Rex, Filius Dagoberti; *Carolus Martellus*, Rex; *Pipinus* Rex, Pater Caroli Magni: *Berta* Regina, Vxor Pipini Regis: *Kallomanus* Rex, Filius Ludovici Balbi; *Ludovicus* Rex, Filius Ludovici Balbi. Visuntur ibidem paullo inferiore loco tres Effigies ex Alabastrite Lapide, cippis nigri Marmoris impositæ, quæ perhibẽtur (nam carent Inscriptionibus) *Philippi* Regis, S. Ludovici Filii: *Isabella Aragonia*, ipsius Coniugis: *Philippi Pulcri*, ipsorum Filii. In Choro versus Septemtrionem leguntur *Kallo-*

ma-

manus Rex, Filius Pipini: *Hirmintrudis* Regina, Vxor Caroli Magni: *Constantia* Regina II. (adscriptis his verbis, *Venit de Hispania*) *Odo*, Rex: *Hugo Capet*, Rex: *Robertus*, Rex: *Constantia*, Vxor Roberti: *Henricus*, Rex, Filius Roberti: *Ludovicus Grossus*, Rex: *Philippus* Rex, Filius Ludovici Grossi. Ad Latus Summi Altaris Septemtrionale sitos testantur Effigies Tituliqué, *Philippum Longum*, cum corde *Ioanna*, ipsius coniugis: & *Carolum* cum *Ioanna* Vxore, Francię Navarræque Reges, Philippi Pulcri Filios: *Philippum Valesium*, *Ioannemque* eius filium. Ad Latus fere Matutini, ut vocant, Altaris Septemtrionale Sepulcrum est & Effigies Marmorea *Lodovici Hutini*, eiusque Filii *Ioannis*, & Filiæ

Ioannæ, Navarræorum Reginæ. Haud procul inde Statua est *Caroli* VIII. in genua procumbẽtis, cum Epitaphio non indocto. In medio Choro, ubi Monachi cantare soliti, Sepulcrum spectatur Caroli Calvi Regis & Imperatoris. Post Altare Matutinũ Sepulcra sunt (quorum tamen exigua adparent vestigia) *Philippi Augusti*: qui *Conquæstor* cognominatus, *Ludovici VIII. Ludovici Sancti*, cuius Corpus postea fuit elevatum. Ante Primum Altare positam legi *Margaretam*, S Ludovici Coniugem. Conditos item in Choro memorant Monachi, licèt indicia desint *Hlotarium III. Theodoricum II. Hlodarium* penultimum Stirpis Carolinæ, & *Alphonsum* Comitem Pictaviensem, S. Ludovici Fratem. Isti igitur in Choro: extra eundem:

dem: versus Meridiem quidem in Sacello Caroli V. sitos didici ipsum *Carolum V.* Ioannis Filium, cum Coniuge *Ioanna Borbonia* Petri Filia, *Carolum VI.* Caroli V. Filium, cum *Isabella* Coniuge, Stephani Bavariæ Ducis, Comitis Palatini, Filia: *Carolum VII.* Caroli VI. cum uxore *Maria* Regis Siciliæ Filia: præter hos, *Bertrandum de Guesolin*, Longæ - Villæ Comitem, Franciæ Connestabilium: *Ludovicum Sancerræum*, Franciæ IV. Virum, moxque Connestablium, fratrem germanum Comitis Sancerræi: *Arnaldum Guillenium*, Barbazanis Dynastam, Caroli VII. Regis consiliarium: *Carolum* denique *Delphinum Viennensem*, Caroli VI. Francorum Regis Filium. Visitur haud procul inde magnificum *Francisci I. Magni* cognomine,

mine, eiusque Coniugis *Claudia Britanna*, Ludovici XII. Filiæ, Mausoleum: ipsorumque Liberorum, *Francisci Delphini*, Britanniæ Ducis, *Caroli* Ducis Aurelianensis, & *Carollæ* Filiæ: adsculptis, præter omnium effigies, Bellorum, Victoriarum, Rerumque ab eodem gestarum monimentis. Ad Septemtrionem in variis Sacellis conspiciuntur Busta, in Blancæ quidem Sacrario, *Mariæ Blancæque*, Caroli IV. Franciæ Navarræque Regis Filiarum; *Ludovici Abrincantensis*, Stamparum Comitis, Paris Franciæ; *Ioanna d' Eu*, Stamparum item Comitis, Athenarumque Ducis, Rudolphi Comitis, Filiæ: in S. Hippolyti, *Blanca*, Francorum Reginæ, Philippi Navarreorum Regis Filiæ, cum *Ioanna* Filia: in S. Denique Martini,

Al-

Alphonsi Comitis Euensis, Ioannis Bainensis, Hierosolymarum Regis & Imperatoris Constantinopolitani Filii. In ipso Templo, quà Septemtrio est, visitur Monumentum ex Alabastrite, *Ludovici XII.* eiusque Coniugis *Annæ Britannæ.* In Novo Sacello, quod rotunda forma se extendit ad Septemtrionem in Cœmiterium, magnificè positi leguntur *Henricus II.* eiusque Filii, Franciscus II. *Carolus*que *IX.* Franciæ Reges. Hæc Merula. Ego nihil addo ipsis de meo, nec refero de aliis pagis, arcibus, urbibus vicinis. Scies ex aliis.

Paulo ante adpetens Paschatos festum, secundùm stylum Iulianum, quem Angli observant, commodè suscipitur iter in Angliam: nec alio tempore parile operæ pretiũ fertur itine- *Iter Rhodomagum duplex.*

ris eò suscepti. Sunt qui Sequanâ descendant, & hæc prætereāt loca, *Chasteau Madril, S. Clou, Argenteul, S. Germain en Laye, Poissy, Mante*, (oppidum iuxta quòd Regis Franciæ & Angliæ statuæ conspiciuntur) *Vernon, Gaillou*, (Arx est magnifica, in cuius area videbis mēsam marmoream à Venetis Regi Lud. XII. conditori oblatam, tum hortum vix ulli Galliarum comparandum, & in eo xystum sive galeriam picturis artificiosissimis decoratam: spectat ad Archiepiscopum Rothomagensem) *Louuiers*, (oppidum est naturâ & opere munitissimū (*Pōt de l'arche*, (oppidum perinde munitissimū) & tandem intrent Rhotomagum Normaniæ metropolin. Alii utuntur commoditate veredorum quotidie eò abeuntium, mercede nummi

aurei

auri ſolaris in caput conſtitutâ. Potiſſimum, quod bidui hoc itinere tranſitur, eſt Pontæſium, vulgò Pontoiſe, à ponte quo Aeſia tranſitur. Oppidum amœnũ, nec improbè munitum. Hoc tranſito Normania incipit. Pernoctandum in oppidulo *Magny*, pariter ſex leucis diſtante. Poſtridie 7. leucis transmiſſis præceps mons deſcendendus, & prandendum in pago *Fleury à l'eſcu de France*. Hinc 5. leucæ Rothomagum reſtant.

NORMANIA, olim *VVeſtria*, & corruptè *Neuſtria*, dicta, nomen habet à populis Septentrionalibus, à quibus occupata fuit, *Nort* enim Septentrionalem plagam; *Man*, virum notat. De illorum in Germaniam Galliámque excurſionibus paſſim Hiſtoricorum monimẽta loquuntur. Maxima facta fuit NORMANIA.

Duce

Duce Rollone, tempore Caroli simplicis, qui eò tandem redactus est, ut Rolloni Christianam fidem amplexo, filiam Gillam dederit uxorem, totámque Neustriam cum Britannia in dotem dederit. De illa irruptione laudat Merula verba præfationis Concilii Meldensis Anno 845. celebrati: *Quia divinas iussiones non secuta est obedientia, dedit dominus ab Aquilone, unde iuxta Prophetam pandetur Malum, dignos meritu nostris Apostolos, crudeles videlicet & immanissimos Christianitatis persecutores, qui Parisios usque venientes, quod iussit Dominus monstraverunt* Adiacet Normaniæ ab Occasu, Britannia, à Meridie, Limania; Belsia, & Francia; ab Ortu, Picardia. Ducatus in illâ Alançonius, Aumalius, Longævillæus: Co-

Comitatus plures, Regnum etiam ſed perexiguum, vulgò *le Royaume d' Yuetot.* Titulus Regni natus ſub Clotario I. qui Dominum *d' Yuetot* obtruncaverat : damnatus ideo Romani Pontificis ſententiâ, ut occiſi heredibus ius ſupremitatis concederet. Ita hæc provincia deſcribitur à Roberto Gaguino lib. 7. hiſt. *Eſt Normania una metropoli & ſex urbibus, quatuorque & nonaginta munitiſsimis oppidis atque arcibus potens, pleriſque vicis frequens ad civitatum ſpeciem exſtructis, quam ſexto vix die expeditus pertranſeat; piſcium & pecorum ferax, frumenti uberrima: pomorum atque pyrorum tam paſsim conferta, ut hinc potum gens ſibi adfatim exprimat, & ad exteros copiose fru-*

ctus

ctus exportet. Lanificii plebs studio, & bibax etiam pomacii *quod* Siceram *vocant. Gens omnis suâpte naturâ callida, nullis exteris legibus obnoxia, moribus suis & consuetudine, quam pertinacissimè tuetur, vivit: doli quidem & litis adprimè gnara: quo fit, ut cum illa societatem aut negotium sortiri exteri reformident: alioqui doctrina & religioni dedita: bello insuper idonea & fortis, cuius egregia in exteros gesta plurima referuntur.* Duces Normaniæ fuerunt, Rollo, Guilielmus longa spatha, Richardus intrepidus, Richardus II. Richardus III. Robertus liberalis, Guilielmus Conquæstor cognominatus, quòd Angliæ Regum ab Eduardo cognato sibi legatum conquisierit, sibique armis

armis ſubiecerit, Robertus II. Gulielmus, Henricus I. Stephanus, Henricus II. ductâ Eleonora herede Aquitaniæ à Lud. VII. repudiatâ, Dux etiam Aquitaniæ factus, Henricus III. Richardus cor leonis, Ioannes, quo parricidii in Arturum ex fratre nepotem commiſſi apud Philippum Franciæ Regem accuſato & comparere nolente, principatus eius Coronæ Franciæ ſunt adiudicati. Poſtea Ioannes, & Carolus V. ex parentum donatione Duces Normaniæ facti ſunt: ambo, parentibus mortuis, Reges Franciæ. Ab Anglis denuo Carolo VII. quem Regem Buturigum contemptim appellabant, erepta: qui tamen aliquã to pòſt ex tota Gallia, Caleto excepto, Anglos profligavit.

Metropolis provinciæ eſt Rothomagus, vulgò *Rouen* dicta.

No-

Nominis etymologiæ variæ traduntur, & haud paucæ ridiculæ. Inprimis mirum est in syllaba *magus*, Regem Magum quæri: quæ Germanis *Vrbem* significabat, urbiúmque nominibus adiiciebatur quemadmodum Gallis *ville*, Germanis *Stadt* aut *Stedt* solet. Verior mihi videtur derivatio ab idolo *Rots*, quod his locis adorabatur: fidem etiam faciente pago ad 3. leucas distante *mont-roth*. AS. Melone abolitum, & hunc hymnum cõpositum ferunt:

Extirpato Roth idolo
Fides est in lumine:
Ferrocinctus pane solo
Pascitur & flumine:
Post hæc iunctus est in polo
Cum sanctorum agmine.

Vrbs est amplissima, elegantissima: plateas tamen habens an-

angustiores. Ab Occasu alluitur Sequana iam æstuante: ponte artificiosissimè ædificato stato, qui nunc ex parte in ruinis iacet. Naves prægrandes eò usque accedunt. Portum habet duplicē: Vnum, quem Parisiensem vocant, *le quay de Paris*, supra pontem, ubi statio navium Lutetiâ venientium; Alterum infrà, *le quay des mauires*, ubi consistunt naves in Oceano ambulare consuetæ. Vltra Sequanam planities est latissima. Montes tamen, quibus cingitur, hinc videntur. Ab Ortu & Meridie propinqui ipsi imminent montes. Ac inprimis Mons S. Catharinæ, in quo fortalitium olim positū fuit munitissimum: obsessū ab Henrico IV. sed non occupatum. Facta tandem pace urgentes ob caussas solo ęquatum. Perluitur tribus aliis fluviolis

qui

educendis sordibus, & moletrinarum rotis circumagendis commodant.

Templum primarium est B. Virginis exquisitæ artis & elegantiæ ædificium, sive exterius ex areâ contigua, sive intus contempleris. Tribus turribus decoratur, S. Romani, butyracea. & pyramide Butyracea nomen habet, quod eo argento exstructa fuerat, quod Archiepiscopus Georgius Ambrosius, ex indultu esu butyri tempore quadragesimæ exactis ab unoquoque sex nummis collegerat. In ea visitur Campana totius Galliæ maxima, 13. pedes alta, 32. lata, 11. in diametrum; 40000. librarum, crassitie magis conspicua quàm granditate. Illi Gallicè inscriptum:

Ie suis nommée George d'Ambroise,

Qui

Qui plus de trente six mille
pese:
Et qui bien me pesera,
Quarante mille il trouuera.

Latinè verò istud:

Ipsa ego sum quamuis sonitu
venerata Tonanti,
Prima est auctori, gloria
danda meo.
Namque ter & denis cum ter-
nis millibus aris
Obtulit hæc vero dona di-
cata Deo.
Scilicet Ambrosius, qui sancta
Georgius arma,
Cunctaque Francigenis tra-
ctat habenda viris.
Rothomagum tanto felix an-
tistite gaudet,
Cùm sit Cardinei gloria
magna chori.

Pyramis ex ligno mirabili ar-tificio erecta plumbóque vestita hinc inde deaurata est. In fasti-

gio etiam templi statua D. Georgii collocata est pulcherrima. In sacello ponè chorum, quod vocant d'Amboyse, visu dignissimum est Epitaphium Cardinalis Ambrosii, Domini de Bressay Seneschalli Normaniæ, & aliorum. Sacellum Innocentium invisum ne relinquas. In quo sepulti illi qui innocenter despicabili morte adfecti, pòst huc sepulti fuére. Historiam audies in re præsenti. Prope chorum pictus est draco, qui infestissimus dicitur fuisse incolis. Obtentu stolæ victus à S. Romano, (alii S. Oventium successorē eius hoc fecisse notant) cui adiūcti fuerant duo captivi capitis rei, quorum tamen unus aufugerat. Inde mos adhuc servatur, quòd singulari privilegio Archiepiscopi & Canonici huius ædis quotannis liberant unum ex captivis,

ptivis, postquam omnium confessiones audiverunt: fitq; hoc in festo Adscensionis. In liberationis ab hac bestiâ memoriam quotannis processio celebratur, in qua captivus iste tenetur, adesse per septẽ annos, ipse, aut, si nequeat, per aliũ. Aliud templũ est splendidissimum & nitidissimum S. Oventii vulgo *S. Oinct*, cum Cœnobio contiguo loco à Clotario Rege totius urbis amœnissimo conditum, hortósque vicinos habet perelegantes. Duas fenestras è regione sibi obversas figuram rosarum repræsentantes, alterã à magistro, à discipulo alteram structam; & magistro invidiâ & æmulatione laborante discipulum occisum, ipsum ob facin⁹ hoc laqueo suffocatum, ambosque in templo prope chorum humatos narrãt. In chorum huius templi calcari-

buscincti si ingrediantur, mulcta ipsis, ceu in palatiis, extorqueri solet. In hoc monasterio Reges Galliæ, cùm huc veniunt, hospitari solent.

Palatium Curiæ Parlamenti opus est egregium. Atria & cubicula magnifica. Inprimis elegantissimum est atrium, quod vocant *la chambre d'orée*. Alia etiam palatia Principum, ædéq; privatæ splendoris non exigui in hac urbe visuntur. Palatii etiam nomine venit arx in imo urbis ad Sequanam sita, *le Vieux palais*, muris turribusque non mediocriter munita.

Ornamenta huius urbis sunt Parlamentum & Archiepiscopatus.

Hospitium hîc perbonum *au quadrant du mer*. Si libeat possis hinc à recta viâ declinare & Cadomum, vulgò *Caen*, tum Por-

Portum Gratiæ, *l'haure de grace*, aliaque in hoc itinere loca accedere: quæ, quia mihi non adita, hic non describo.

Diepam eundi commoditas.

Diepam hinc abeuntes conductitiis equis tabellionis Diepensis utuntur. Solvuntur pro capite 45. solidi, Quot septimanis ter abitur Rothomago Diepam, & totidem Diepâ Rothomagum à tabellionibus. Exitur primũ per montosa loca. Transeuntur pòst in plano aliquot pagi, eminus faciem sylvarum habentes, quòd singulæ ædes hortis amplissimis circumdentur, viæ etiam utrinque altissimis arboribus cingantur, adeoque arborum cacumina ædes obtegant. Prandium sumitur in pago *Tostes*.

Diepa.

Diepa urbs est inter angustos montes in faucibus quasi maris sita, quo alluitur à Septentrione.

buscincti si ingrediantur, mulcta ipsis, ceu in palatiis, extorqueri solet. In hoc monasterio Reges Galliæ, cùm huc veniunt, hospitari solent.

Palatium Curiæ Parlamenti opus est egregium. Atria & cubicula magnifica. Inprimis elegantissimum est atrium, quod vocant *la chambre d'orée*. Alia etiam palatia Principum, ædéq; privatæ splendoris non exigui in hac urbe visuntur. Palatii etiam nomine venit arx in imo urbis ad Sequanam sita, *le vieux palais*, muris turribusque non mediocriter munita.

Ornamenta huius urbis sunt Parlamentum & Archiepiscopatus.

Hospitium hîc perbonum *au quadrant du mer*. Si libeat possis hinc à recta viâ declinare & Cadomum, vulgò *Caen*, tum Por-

Portum Gratiæ, *l' haure de grace*, aliaque in hoc itinere loca accedere: quæ, quia mihi non adita, hic non deſcribo.

Diepam eundi commoditas. Diepam hinc abeuntes conductitiis equis tabellionis Diepenſis utuntur. Solvuntur pro capite 45. ſolidi, Quot ſeptimanis ter abitur Rothomago Diepam, & totidem Diepâ Rothomagum à tabellionibus. Exitur primùm per montoſa loca. Transeuntur pòſt in plano aliquot pagi, eminus faciem ſylvarum habentes, quòd ſingulæ ædes hortis ampliſſimis circumdentur, viæ etiam utrinque altiſſimis arboribus cingantur, adeoque arborum cacumina ædes obtegant. Prandium ſumitur in pago *Toſtes*.

Diepa. Diepa urbs eſt inter anguſtos montes in faucibus quaſi maris ſita, quo alluitur à Septentrione.

 Por-

Portus hîc est tutissimus, sed angustioris introitus. Navigationibus in oras remotissimas famam sibi quæsiverunt cives. Psittacos hîc ex Indiis allatos magno numero videbis. Plateas habet latas, ædes elegantes, non tamen excelsas. Ad Septentrionem arx ipsi imminet probissimè munita. Exteriùs campum versùs & iuxta mare, in quod præcipitium est, munitiones excitatæ sunt, ad vim hostilem arcendam: nullis tamen ædificiis, præter unam domum, inibi positis: Pariles sunt ultra portum versùs Ortum & prope mare, & paulo magis in continenti iuxta moletrinas pnevmaticas. Varia hîc conficiuntur ex ossibus balænarum & ebore. Prima hæc urbs est Galliæ, quæ Henricum Magnum agnovit dominum. Confligendum tamen hîc Regi fuit

fuit cum Duce Maynio & victoriam ab eo reportandum. Traiectus hic in Angliam est, si mediocriter ferens sit ventus, 24. horarum. Nautam habuimus virum optimum & diligentissimum, navisque instructissimæ dominum *Ian Busson*: mercede in caput coronati pactâ. Quâ in re utaris consilio hospitis tui, qui erit ex meo consilio *au fardeau*. Hinc igitur transiliendanunc magna illa fossa, quâ Naturæ auctor Angliam à Gallia, & Belgio separavit, fretum Britannicum.

Portus hîc est tutissimus, sed angustioris introitus. Navigationibus in oras remotissimas famam sibi quæsiverunt cives. Psittacos hîc ex Indiis allatos magno numero videbis. Plateas habet latas, ædes elegantes, non tamen excelsas. Ad Septentrionem arx ipsi imminet probissimè munita. Exteriùs campum versùs & iuxta mare, in quod præcipitium est, munitiones excitatæ sunt, ad vim hostilem arcendam: nullis tamen ædificiis, præter unam domum, inibi positis: Pariles sunt ultra portum versùs Ortum & prope mare, & paulo magis in continenti iuxta moletrinas pnevmaticas. Varia hîc conficiuntur ex ossibus balænarum & ebore. Prima hæc urbs est Galliæ, quæ Henricum Magnum agnovit dominum. Confligendum tamen hîc Regi

tuit

fuit cum Duce Maynio & victoriam ab eo reportandum. Traiectus hic in Angliam est, si mediocriter ferens sit ventus, 24. horarum. Nautam habuimus virum optimum & diligentissimum, navisque instructissimæ dominum *Ian Busson*: mercede in caput coronati pactâ. Quâ in re utaris consilio hospitis tui, qui erit ex meo consilio *au fardeau*. Hinc igitur transiliendâ nunc magna illa fossa, quâ Naturæ auctor Angliam à Gallia, & Belgio separavit, fretum Britannicum.

ITINERIS ANglici brevissima delineatio.

ANGLIÆ quædam loca frequentiùs ab exteris salutari solita, paucis attingam verbis. Nam de regno statúque & omnibus eius partibus multa verba serere extra meum institutum est, qui non nisi indicem viarum scribo, & nunc ad finem festino.

Douer. Dubria primus Cantii portus est, vulgò *Douer* dicta. Oppidum nullis muris cinctum, cui in monte adiacet castellum naturâ loci probè munitum. Triplex eius est munitio. Area gramine viridans latissima. Centum oves, 12. vaccæ in eo perpetuò

tuò paſcuntur. Tormenta aliquot & versùs oppidum, & versùs mare, cū in sūmo, tū in præcipitii loco inferiori reposita videbis. Vnū reliquis præeminet longitudine, quippe enim 32. eſt ſpithamarum. Id fieri fecit Henricus VIII. cum hac inſcriptione: *Breck ſeuret al muer, ende vual bin ick geheten, Doer berch endal boert min bal Van mi geſmeten.* Puteus hic profundiſſimus. Ab aſino & mula, ſapiente ridiculum in modum pecore, unda attrahitur. Meretur hoc exercitii videri. Atrium Regis Arturi iam nullius ſplendoris, ex ligno Hibernico nulla inſecta venenata ferente. Hoſtitium commodum *a la poſte.* Hinc Cantuariam tres ſolidi Angelici, hoc eſt, triginta Francici; Cantuaria Setibornam totidem; Inde Rocheſtram 25.

Rochestra Gravesandam 15. solvuntur.

Canterberg. Cantuariæ templum elegantissimum omniumque Angliæ magnificentissimum. Notes hic monimenta, Eduari Nigri, qui Ioannem Galliæ Regem vicit æneum: aliud Henrici IV. cum duabus uxoribus. Sepulchrum & cathedram D. Thomæ. Tabulam æneā memoriæ Reginaldi Poli suspensam. Fenestram vitream, artificiosissimè pictam.

Setinborn. Setiborna oppidulum est non inamœnum. Antequam huc pervenias, videbis suspensum ex arbore latronem, qui nuncium Electoris Palatini ad sereniss. Angliæ Regem missum proditoriè occiderat, catenis & circulis ferreis adeò munitum ut iniuria tempestatum supplicii exemplum non facilè sit abolitum. Hospes Setibornæ *à la poste*

poste vir est optimus, Scotus, Latinè callens.

Rochestra urbs est non in elegans, iuxta quam in Medarro flumine stupendæ molis classis regia consistit. Ex maximis navibus est collecta, pleræque hominis ætatem excedunt. Des operam ut primarium, si plura nolis, videas navigium quod Principis vocant. Septuaginta dicebant id gestare tormenta, & octingentis regi nautis: mille insuper vectores recipere. Conclavia habet elegantissima. Malus grandior, spithamâ minùs gemino amplexu meo mensurabatur. Aliæ sunt *Elisabethæ Iônas* olim primaria, *Vrsus albus, Honor, Triumphus*, & quæ aliis nominibus vocantur aliæ, pleræque picturis & emblematis ornatissimæ. *Rochestra.*

Gravesandæ, si vis bene tibi *Gravesand.*

esse, ad insigne urbis Vlissingensis divertas. Hospes est Belga, vir optimus. Hinc cum æstû marino accedente Londinum scaphâ abitur.

Londen. Londinum Metropolis regni urbs est amplissima, in longitudinem iuxta Tamesin se extendens Lunæque sinuatæ figuram repræsentans. Interfluens Tamesis, in quo magnum navium numerum videbis, geminā facit: quæ in dextra tamen ripa sita pars South VVarcke dicta, altera longè est minor. Pons elegantissimus arcuum 19. ædificiisque obsitus utramq; iungit. Videbis sub hoc tempus lotionem pedum solemnem ab Archiepiscopo Cantuariēsi nomine regio tot pauperibus, quot annos Rex natus est, fieri solitam. Lotio in ordinem geminatur: pòst sexies adhuc eodem ordine

ordine circumitur. Donísque regiis adficiuntur isti egeni: panno, linteis, calceis, lance prægrãdi piscibus repletâ, vino, marsupio cum numismate aureo, accinente interim, dum hæc peraguntur, choro Musico. Strumosos sub hoc idem tempus Rex tangit. Solemnis etiam Maioris sive Consulis cum 24. senatoribus processio in templum feria tertia Paschatos celebratur. Pridie Georgii inchoant festum suum Equites periscelidis, in sacello arcis: Postridie ceremoniis solẽnibus adhibitis id celebrant. Visu digniora sunt hæc: 1. Aedes S. Pauli amplissima Tumuli variorum in ea: inter alia Thomæ Linacri. Turris adiacet præalta, ceu specula urbis, ex qua urbs tota cum circumiacente planitie visu obiri potest.

2. VVestmonasterium in oc-

cidẽtali urbis angulo templum magnificentissimum: Mausoleum Regum Angliæ superbissimum. In eodem Reges inaugurantur. Plurima hîc monimenta, plurium Regum & Dynastarum, de quîs singularis liber impressus ab æditao venditur. Triumphant inter ea: id quod Elizabethæ, & alterum quod matri suæ Mariæ Stuartæ Rex Iacobus fieri fecit. Quotdiebus Dominicis pauperes hîc cibantur. Dum concio habetur, in tabula ligneâ oblongâ dispositos notabis cibos. Ex rarioribus, quæ hîc ostenduntur, est lapis in quo Abraham quieverat, cùm dormienti appareret visio angelorum descendentium ex cœlo. Sub cathedra positus est, in quâ sedentes Angliæ Reges inaugurantur. Epigramma tabulæ inscriptum eâ de re leges.

4. Arx regia VVhytehal, aut VVeital in ripa Tamesis posita. Exterius si contemplcris, præ se non fert magnificentiæ nimium. Intus verè, regium est Palatiū. In ædificio novo atrium est capacissimum, ubi convivari solent equites periscelidis peractis cerimoniis solemnibus, ordine bini & bini adsidētes. Atria & cubicula picturis & tapetibus ornatissima monstrabuntur tibi plura. In bibliotheca custoditur libellus manu Elisabethæ Reginæ scriptus linguâ Gallicâ, & parenti Henrico 8. dedicatus.

4. Iuxta arcem est hortus regius amplissimus in quo & feræ & cicures bestiæ Indicæ, tum volatilia aquatica non huius orbis aluntur. In eodem ædificium est hippeutico exercitio, si pluvium sit coelum, destinatum.

5. Do-

5. Domus Parlamenti, sub qua cuniculi acti fuerant, pulveris tormentarii proditionem exequendo.

6. Haud procul versùs campos abest *la maison du Prince*, ædificium amœnum & splendidum: olim Abbatia.

7. Vicus etiam seu platea Principis notari meretur, haut ita pridem ædificiis elegantissimis & sibi invicem correspondentibus ornatus.

8. Turris Londinensis, castellum in angulo Orientali ad Tamesim situm. In ea est armamentarium regium. In areâ satis lata acervi sunt globorum tormentorum bellicorum. Numerus ibi in imo diversi generis armorum, tum tormentorum. Vnum vidimus rotundum, ex quo septem globi diversis meatibus uno ictu eiiciuntur. Aliud qua-

quadratæ figuræ, ex quo tres. Duo alia lignea circulis ferreis ambitâ, quís Henricus 8. Boloniam oppugnavit. Tria superiora cubicula diversi generis armorum numerum, inter aliáque quædam singulari Henrici 8. Regis, Ducis Lencestriæ, & Comitis Suffolciæ continentur. Tapetes hîc pretiosissimi ostenduntur. In summo turris interioris quam Cæsaris vocant, collocata sunt tormenta bellica capta in occupatione Gadium. Officina ibidem est monetaria, in qua aurei & argentei nummi cuduntur: nec enim alterius metalli moneta in usu per hoc regnum. In circuitu huius castelli aliquot sunt turres rotundæ, carceres primariarum familiarum personis destinati. Contiguus huic castello est carcer Leonum & Leopardorum, ubi etiam

etiam aquila & lupus, hoſpes & peregrina in toto hoc regno beſtia, viſuntur.

9. Burſa, ædes mercatorum, palatium eſt magnificum, in cuius area & periſtyllio quotidie bis conveniunt. In ſuperiori contignatione omnis generis mercimonia venalia habentur.

10. Theatra Comœdorum, & in quibus urſi & tauri cum canibus committuntur, tum in quibus certamina gallorum gallinaceorum exhibentur.

11. Collegia & ſcholæ diverſæ. Inprimis duo, iuxta medium templum *tho the medel tempel*: quîs amœniſſima viridaria adiacent, ad Tameſin.

12. Palatia aliquot magnifica in dextra Tameſis ripâ poſita.

12. Singulis menſibus executio

cutio ſemel fit in damnatos ad ſuſpendium. In carro collocantur aliquot, & ſub patibulum uſque vehuntur. Inibi cùm omnes collo tenus funibus conſtricti ſunt, carrus provehitur, & penduli ipſi relinquuntur.

Infinita ſunt alia obſervatu digna in hac urbe: ſtudio nunc præterita. Ad finẽ enim feſtino. Memini me olim omnia probè connotata vidiſſe à Kentznero.

Qui amplius quid in hoc regno luſtrare cupiunt ſolent interpretem conducere: quorum aliquot iſtic operam ſuam locare ſolent. De unius atque alterius infidelitate haut pauci conqueſti fuerũt Germani. Nos uſi fuimus opera iuvenis optimi nomine Friderici, Caſſellis Haſſorum oriundi, in quem inquiri poteſt ad inſigne campanæ nigræ, *tho the blac bel*: ubi etiam qui

qui pecuniæ comparcere volet, rectiùs hoſpitabitur quàm alibi. Plerunque equites exire ſolent, quandoque conducto curru quandoq; etiam lembo. Currûs nimio conſtant : lembo Ritſchmontium, Nonſchitſum, Hantecourtum, Vindiſoram & Oxoniam iri & rediri inde poteſt: equorum commoditate uti poteſ quò voles. Sunt qui Saliſberiam & Briſtolam uſque urbem totius Angliæ ſecundam, portum verſus Hiberniam, excurrant, & thermas vicinas luſtrent. Illa loca nō vidi nec igitur de iis refero. Breviori circuitu facto ad hæc loca viſere poſſis.

Ritſchmont. 1. *Ritſchmontem*, arcem regiam ab Henrico VII. exſtructam. Potiſſimum quod hîc notes eſt bibliotheca Henr. 7. atque ibi ſpeculum eius in quo narrant ipſum videre potuiſſe,

quæ

quæ ubique gererentur, ruptum ipso moriente: Genealogia Regum Angliæ ab Adamo: atramentarium Henr. VII. Cubiculũ eius sanguine conspersum.

2. *Kingsthon* oppidum & in vicinia arcem amplissimam & magnificentissimam *Hampton-court*, cum viridario peramœno. Notes in hoc Sacellum perelegans; atrium cuius concameratio ex ligno Irlandico nihil venenati, atque inde nec araneas ferente; instrumentum musicum ex vitro; picturas plures elegantissimæ in galeriis superioribus, ac inter alias una Salvatoris, cum inscriptione testante Turcarum Imperatorem illam Pontifici misisse ab captivitate liberandum, nî fallor, fratrẽ suum; cubicula aliquot ordine tapetibus & lectisterniis pretiosissimis ornata; in illo quod Reginæ *Hãpton-court.*

ginæ

ginæ est Veneris notes effigiem, cui suprà scriptum: *Imago Amoris:* in fronte, *procul & propè*, in verticè, *Mors & Vita*; in imo. In hac poësi figurantur proprietates amoris. Omnibus tamen præeminet *Camera Paradisi* margaritarum & unionum fulgore oculos ingrediētium præstringens. Mirum est, eas esse sordes istius qui curam eius gerit, ut licitari priùs oporteat cùm illo de honorario: cùm tamen ex habitu quātivis pretii videatur. Infinita hîc prætereo.

Nonschitz. 3. *Nonschitz*, omnium arciū regiarum amœnissimam, mihi non aditam: quam viridaria contigua nimioperè commendant.

Vindesfos. 4. Vindesorum oppidum cum arce antiquâ & superbâ. Dignissimum visu hîc est templū Equitum periscelidis, in cuius

cho-

choro insignia ipsorum omniũ ab Ordinis initio cum nominibus adfixa. Imperatores, Reges & Principes extranei in isto numero haut pauci. Epitaphia superba aliquot notabis. Duceris per cubicula lectis lectisterniisque pretiosissimis decorata. Ostendetur tibi cornu monocerotis longitudinis 9. spithamarũ. Vicinum est Vindesoro collegium Etonæ, quo visere abs re non esset.

5. Oxoniam, urbem in qua Academia. Sedecim hîc sunt collegia. Vnum ex iis vocatur Reginæ, in quod si visant extranei, & conspiciantur à studiosis inhabitantibus, in cornu bubulo prægrandi de cerevisia sua ipsis propinant. Laudem meretur officiosa hæc humanitas aliam, quam effrenis alibi non studiosorum sed latronum in *Oxfordia*

trans-

transſeuntes graſſantium petulantia. Bibliotheca libris & cuſis & manuſcriptis inſtructiſſima eſt in collegio novo.

VVotſtock. 6. VVotſtockum, arcem antiquam, nullius ſplendoris. Captiva hîc detenta fuit Regina Elizabetha à ſorore ſua. Verſus Anglicos feneſtræ inſcripſit, qui adhuc leguntur. Ad aliquantillum ab arce ſpacii rudera ſuperſunt antiqui ædificii. Roſemundam Richardi II. amaſiam id habitaſſe, & ex arce aditum in id ſubterraneum fuiſſe perhibent.

Bethfort. 7. Bethfort, oppidum amœnum, Comitatus titulo inſignitum.

Cambritz. 8 Cantabrigiam urbem & ipſam Academiâ ſuperbientem. Ex collegiis hîc ſplendidiſſima ſunt Trinitatis, regio palatio par ædificium, & S. Ioannis. Bib-

Bibliotheca est in Regali. Sacellum hic est singularis & vix memorandi artificii.

9. Adelinum, trium horarum itinere distantem arcem, noviter à Dynastâ quodam Regni Anglici ædificari cœptam & bonam partem perfectam. Absolutæ non certabit ulla huius regni alia. *Adelin.*

10. *Thiebaults*, arcem hortis viridariisque amœnissimam. Comitum Salisberiensium genealogiam videbis in horto, & mensam marmoream, iuxta quam XII. Impp. Romanorum statuæ collecatæ sunt. Conclavia hîc duo transibis in quorum uno 40. arbores, totidem provincias Angliæ referentes; in altero nobiliores Europæ urbes depictæ, caminus etiam cum historiâ Ioannis de Sitschitz & Guil. Fanacham Gallicè adscriptâ.

ptâ. Hinc Londinum paucarum horarum est reditus.

Londino revertendum Tamesi, & in transitu videnda fragmina navis, quâ Fr. Dracus orbem obiverat. Lustranda etiam arx regia Grenovicum, Elisabethæ nativitate & frequenti secessu celebris. Rara quædam alii hîc vidisse se notant. Mihi comitibúsque meis intrari non poterat, quòd Regina eò secesserat. Gravisandâ Dubriam revertendum viâ qua ventum tibi fuit. Caletum hinc navi abeundum, urbem non improbè munitam, cum contiguo castello fortissimo ab Henrico. II. excitato, cùm illam occupasset Guisius anno 1558. ducentis & ampliùs annis antè ab Anglis possessam: qui clavem Franciæ in loculis se habere gloriabantur, quòd Domini erant hu-

ius

ius urbis & portus. Adiacet ipsi in mari arx Risbana, defensio & tutela portus. Duplex hinc tibi reditus est Lutetiam. Vnus per circuitum, ut lustrato Belgio rēces, alter ut recta tendas.

ITER CALETO
recta Parisios ducens.

1. BOloniam urbem duplicem, in monte unam munitissimam, alteram in imo ad portum sitam, primam accedas oportet. Vrbs nobilitata in historiis bello inter Anglos Gallósq; gesto. Comitatus alioquin titulo claret. Duo nobilissimi in his oris fuêre portus, Iccius, & Gessoriacus. Gessoriacū navale viri docti hoc Bononiense esse

arbitrantur, cui Iccium fuerit Occidentalius ex dimensione Melæ, mari fortè haustum cum terrâ adiacente, ut promōtorio Curiano in Aquitania, insulæ Antros dictæ, & pluribus aliis locis contigit: nedum ut Caletensis portus cum nonnullis id esse putetur. Vide accuratè hæc differentem Paul. Merulā *part. 2. Cosm. lib. 3. cap. 20.*

2. Monstrolium, vulgò *Montreul sur mer*, ad differentiam alterius in Pictonio sitæ cognominis urbis. Et hæc urbs Comitatus nomine insignita est. Natura & opere manufacto non mediocriter munitur.

3. Abbatis villam, *Abbeville*, urbem amplam, elegātem, munitissimam, ad Somonæ, quâ interſecatur, flumen, Comitatus Pontici metropolin. Nomen huic Comitatui (vulgò *Comté*

de

de Ponthieu) à pontium numero. Est enim hæc regio inter Somonam & Authyam paludibus, stagnis & rivis plena; pontibúsque referta.

4. Ambianum, metropolin Picardiæ: regionis ab Ortu, Leuceburgos; à Meridie Campanos; ab Occasu, Normanos & Oceanum; à Septentrione, Artesios & Hannonios habentis conterminos. Frugum feracissima est regio, Lutetiæque horreum: Vinum non profert: quod magis incolarum socordiæ quàm cæli solíve iniurię adscribunt viri docti. In hac Provincia passim vsu receptum, ut hospites præter hospitium vinum, panem, mappam & vasa, nihil præstent, cibósque quos velis ex tabernis coquinariis adferri curare necesse habeas. Metropolin vulgò *Amiens*, voçant: urbem amplã, PICARDIA.

pido Principis Codæi in collesito, Lutetiam perferetis.

ITER CALETO IN *Belgium & inde Lutetiam reducens.*

ITer quod rectà ducit exhibui breviter. Breviùs insuper delineabo alterum quod per Belgium te circumducet, mensis unius spacio; si velis, absolvendum. Cogites an ex re tua sit tantillum temporis terrarum tractui Arte & Marte celebratissimo impendere. Guicciardini earum terrarum descriptionē, diversis linguis una cum urbiū picturis editam, ad manus tibi esse velim. Ego plerumque præter nuda nomina locorū in hoc

viarum indice nihil ponam. Hoc moneo, iam ferè ubiq; inveniri commoditatem curru de loco ad locum eundi: aliquando etiam, sed rariùs & cariùs, equis meritoriis. Caleto Gravelinam, oppidum munitissimum; inde Dunckercam urbem munitam, cui portus maris contiguus, vbi, ad insingne clauium bene diuertitur; post Nyportum; trāsitisque dunis vt vocant, siue collibus arenaceis, adquos prælium memorabile inter Archiducem & Ordines commissum; lustratâ etiam munitione Albertina & eminus conspectis aliis. Ostendam, urbem obsidione in comparabili nobilitatam, abibis. Videbis magni nominis, splendoris perexigui urbem, & miraberis tantum sanguinis effusum huius Troiæ caussa. Huc usque diei & sesqui

iter

iter eſt. Oſtendam, Sluiſam una die, pervenies. Veheris in littore maris ſæpe aliquot paſſus in in ipſo mari. Tranſibis munitionem *Blanckenburg* dictam. Toto hoc itinere Caleto uſq; infinitum numerum videbis cuniculorum. Sluiſæ luſtres arcem vetuſtam, tum obeas, impetrato indultu, munimenta urbis, vix adeunda, nedum expugnanda. Si tempeſtas ſit propitia, in Selandiæ inſulam potiorem Valacriam hinc abeas, viſum quadrigam urbium, Vliſſingam, 1000. Anglorum præſidium habentẽ, nuper amplificatam, infinitarum navium ſtationem, propugnaculum Belgii, *Middelburgum*, urbẽ ampliſſimam *l'eſt appe du vin de France & d'Eſpaigne*, (ubi inprimis viſundum horologium, tum ædes mercatoris cuiuſdam magnificum

in modum ſtructæ, locus in quo & ſclopetis & arbaleſtis ſe exercent cives. *Veriam*, non æquè amplam ſed fortiſſimam urbem in qua videbis tormẽta aliquot, Car. V. Imperatoris nomine inſcripta, iuxta portam hoſpitium eſt amœniſſimum, ex quo in mare & Ziriczeam uſque alterius inſulæ urbem ad aliquot leucas remotam, proſpectus amœniſſimus; *Armuidam*, oppidum elegans, iuxta quod ſtatio navium tutiſſima. Delatus in hanc inſulam in novum orbem veniſſe te putabis, adeò omnia aliam à continente habent faciem. Continentem verſus, aggeribus induſtria humana; Oceanum, dunis ingenuis adversùs impetum ſævientis maris munita eſt. Quin & memores incolæ magnam vicinæ Beuelandiæ partem, pagóſq; multos ſuperfundente

dente se mari cum multis millibus inhabitantium periisse, tumulos passim per insulam septem in circuitum leucarũ excitarunt, ut qui rus habitant in eos se conferre possint irruentibus undis. Frugum feracissima est, nec lætiores ullibi videbis segetes. Quin & vinum producit. Pagum inter Vlissingam & Middelburgum videbis cuius ædes plereq; vitibus coopertæ ad summum usque fastigiũ. Currus meritorii ad portas harum urbium expectant viatores, vili mercede eos vecturi. Ducenti Middelburgi solùm esse ferebantur. Vt de hac insula & vicinis ne ignarus sis, ecce magni Thuani descriptionem in usum tuũ, & tui causa huc pono: *Inter Scaldis & Mosæ æstuaria Septentrionẽ & Occasũ versus, insulæ complures iacent, Mattiaco-*

rum populorum nomine à veteribus appellatæ; nunc Zelandiæ, quasi regiones maritimas dicas ad distinctionem Pseumosiorum Atvaticorum & Batavorum, quibus in continenti positis illæ prætenduntur & & is omnino numerantur, quæ tamen aliquot ab hinc annis magna damna, à superfundente se Oceano acceperunt ut magna earum pars revulsis ac deiectis aggeribus salo mersa sit. Earum hodie tres præcipuæ sunt, quæ cum Oceani æstu continenter luctantur, & insanis ac immensis sumptibus adversus hoc immane elementum ægrè se tuentur, princeps Valacria ex alto in portum delatis se offert, à Gallis, ut creditur, qui Valli apud Belgas appellantur, aut à Vallis Britannis, qui & à nostratibus

tibus Gallis, quorum linguam priscam retinuerunt, denominantur, appellata, Middeburgo, & Arnhmida ei subiecta, quæ tutißimum portum & stationem navibus præbet; Vlißinga præterea, & Veria insignis. Secundùm hanc Scaldia recensetur à præterlabente Scaldi sic dicta Septentrionem versus, & ab ortu solstitiali Valacria opposita; in qua præcipua civitas est Ziriczea, quæ anno CHRISTI 1349. à Lothario Cæsare in civitatis formam, ædificari cœpta, in hanc, quam videmus magnitudinem excrevit, à Flandrorum principibus ob loci opportunitatem ambitiosè sæpiùs bello petita; & à Guidione Dampetra inprimis infœliciter olim tentata, cùm Ziriczeani Philippi Pulchri opibus sub-

subnixi, qui eorum auxilio Ioannem Pederosum & Riverium Grimadum Genuẽsem cum triremibus tunc primum in illo mari conspectis summiserat, ingentem Victoriam reportavit, capto ipso Dampetra, & plerisque ex proceribus Anno Christi 1303. Idibus Sextilibus. Propior continenti & veluti inter Valacriam & Scaldiam Suituelandia exporrigitur à solo ad Austrum opposito sic denominata, qua maximam iacturam paucis abhinc annis ab æstu passa est, ita ut dimidio iam sit angustior. Nam ab hac auulsa est Romersuahalis undique mari cincta multis vallata pomeriis, quæ salis negotiatione sola subsistit, in occidentali insulæ parte sita est Goesa civitas exigua, sed splen-

didè extructa, supra hanc Atvaticis ferè contermina, & exiguo tantùm freto discreta insula iacet, in qua Teloneum oppidum à Vectigali & portoriis in appellatum, quòd & insulæ nomen dat; cui rursus alia annexa est occasum versus haut maiore spatio discreta, in qua Annelandia est, & Martinianus agger Arausionensis ditionis civitas, loco amœno & arboribus ardearum nidulatione frequentibus consitoposita; cui ad ortum obiacet Philippolandia ab æstu maris ante paucos annos obruta & in arenarias redacta, ex qua in Duuelandiam à columbarum frequentia ita denominatam, brevis traiectus est; quæ rursus Scaldiæ brevi interiecto freto ferè coniungitur.

Su-

Suprà Aquilonem versùs Gœreda est à fida navium statione, & in Mosa seu Vahalis, aut potiùs alterius Rheni brachii æstuario Briela, & Isselmonda, quæ veluti Batavorum appendices sunt. Ingenia iis populis quamquam cælo nebuloso & solo ferè palustri, magis quàm mediterraneis vicinis, sunt industria; & cùm Brabanti hilares, festivi, ridiculi, in ludicris immodici; Flandri mulierosi & intemperantes; Batavi simplices, incauti, inertes, segnes ac stolidi vulgari dicterio appellentur; Zelandi callidi, vafri, subdoli, dicaces, & captiosi omnium consensu existimantur, quasi natura, quod illis à natali solo deest, per industriam rependente, siquidem apud eos omnia ferè incerta, nulláque regio magis

gis

gis rerum humanarum vices experitur, ut cuius prospera & adversa à vento, mari & arena dependeant, & fluxu denique ac refluxu, lunæ incrementis ac decrementis volvantur ac regantur. Itaque ex avorum apud eos memoria constat plus 100. iugerum 1000. dissipatis aggeribus mari hausta, ac rursus eiusdē maris beneficio & indigenarum industria alias insulas enatas & excultas, ita ut quæ ab una parte abraduntur, alteri alluvione adiiciantur, nunquam deficiente novis insulis exstruendis materia.

Ex Valeria, Vlissingâ revertaris Isendickum propugnaculum Flandriæ munitissimum, ac inde Sluisam. Hîc currum conscendes, qui te transito oppido *Damme*, non improbè munito,

Tum Fortitudinis picturam, cui adſcriptum : *pro virgine virgo*; & Conſtantiæ, cum his verbis: *pro aris & focis* : in ſuperque :

Virginis æterna muros & tẽpla tuemur
Innuba virgo armis, innuba virgo ſacris.

Et paulo pòſt.

Quam tu olim hanc urbem cernis, non altera tantũ
Auſpiciis cælo tãtum caput efferet alto.

Spolia inibi dicata, intrantibus ex platea à ſiniſtra his verſibus adſcriptis :

I. Ardeſio obſeſſo & Clementi Marte ſubacto.
II. Viſo, icto, victo celeri virtute Caleto.
III. Hoſtibus erepto Solido, atque è fluctibus Hulſto.

Natus hic in arce aquis circumdata, non tamen multùm ſplendida,

dida, Imper. Carolus V. In quam visere, vel ob tanti Herois nomen convenit. In foro statua ipsi posita est cum quadruplici inscriptione: quarum una: *D. Carolo V. Imp. Cæs. Aug. Pio Felici Turc. Germ. Gall. Ital. Geldr. Hispan. Sicil. & Ind. Regi, Flandriæ Comiti P.P. sacr. Imper. vindici, Quietis Auspici D. N.* Altera: *Principi potentissimo victori ac triumphatori perpetuo Magno Max. universi Christiani orbis bono Deo volente, cælo favente, huic urbi suæ Flandriæ maximæ fæliciter innato.* Tertia, Alberto & Isabellæ ingredientibus facta: Quarta continet nomina illorum, qui statuam posuerunt.

In ponte quodam duæ ex ære statuæ collocatæ sunt, filii patrē de-

in modum structæ, locus in quo & sclopetis & arbalestis se exercent cives. *Veriam*, non æquè amplam sed fortissimam urbem in qua videbis tormēta aliquot, Car. V. Imperatoris nomine inscripta, iuxta portam hospitium est amœnissimum, ex quo in mare & Ziriczeam usque alterius insulæ urbem ad aliquot leucas remotam, prospectus amœnissimus; *Armuidam*, oppidum elegans, iuxta quod statio navium tutissima. Delatus in hanc insulam in novum orbem venisse te putabis, adeò omnia aliam à continente habent faciem. Continentem versus, aggeribus industria humana; Oceanum, dunis ingenuis adversùs impetum sævientis maris munita est. Quin & memores incolæ magnam vicinæ Beuelandiæ partem, pagósq; multos superfundente

dente se mari cum multis milibus inhabitantium periisse, tumulos passim per insulam septem in circuitum leucarũ excitarunt, ut qui rus habitant in eos se conferre possint irruentibus undis. Frugum feracissima est, nec lætiores ullibi videbis segetes. Quin & vinum producit. Pagum inter Vlissingam & Middelburgum videbis cujus ædes pleręq; vitibus coopertæ ad summum usque fastigiũ. Currus meritorii ad portas harum urbium expectant viatores, vili mercede eos vecturi. Ducenti Middelburgi solùm esse ferebantur. Vt de hac insula & vicinis ne ignarus sis, ecce magni Thuani descriptionem mutuo, & tui causa huc pono: *Inter Scaldis & Mosa æstuaria Septẽtrionẽ & Occasũ versus, insulæ complures iacent, Mattiaco-*

rum populorum nomine à veteribus appellatæ; nunc Zelandiæ, quasi regiones maritimas dicas ad distinctionem Pseudomosiorum Atvaticorum & Batavorum, quibus in continenti positis illæ prætenduntur & & is omnino numerantur, quæ tamen aliquot ab hinc annis magna damna, à superfundente se Oceano acceperunt ut magna earum pars revulsis ac deiectis aggeribus salo mersa sit. Earum hodie tres præcipuæ sunt, quæ cum Oceani æstu continenter luctantur, & insanis ac immensis sumptibus adversus hoc immane elementum ægrè se tuentur, princeps Valacria ex alto in portum delatis se offert, à Gallis, ut creditur, qui Valli apud Belgas appellantur, aut à Vallis Britannis, qui & à nostra-

tibus

tibus Gallis, quorum linguam priscam retinuerunt, denominantur, appellata, Middeburgo, & Arnhmida ei subjecta, quæ tutissimum portum & stationem navibus præbet; Vlissinga præterea, & Veria insignis. Secundùm hanc Scaldia recensetur à præterlabente Scaldi sic dicta Septentrionem versus, & ab ortu solstitiali Valacriæ opposita; in qua præcipua civitas est Ziriczea, quæ anno CHRISTI 1349. à Lothario Cæsare in civitatis formam, ædificari cœpta, in hanc, quam videmus magnitudinem excrevit, à Flandrorum principibus ob loci opportunitatem ambitiosè sæpiùs bello petita; & à Guidione Dampetra inprimis infæliciter olim tentata, cùm Ziriczeani Philippi Pulchri opibus

subnixi, qui eorum auxilio Ioannem Pederosum & Riverium Grimadum Genuſem cum triremibus tunc primum in illo mari conſpectis ſummiſerat, ingentem Victoriam reportavit, capto ipſo Dampetra, & pleriſque ex proceribus Anno Christi 1303. Idibus Sextilibus. Propior continenti & veluti inter Valacriam & Scaldiam Suitvelandia exporrigitur à ſolo ad Auſtrum oppoſito ſic denominata, quæ maximam iacturam paucis abhinc annis ab æſtu paſſa eſt, ita ut dimidio iam ſit anguſtior. Nam ab hac auulſa eſt Romerſuahalis undique mari cincta multis vallata pomeriis, quæ ſalis negotiatione ſola ſubſiſtit, in occidentali inſulæ parte ſita eſt Goeſa ciuitas exigua, ſed ſplen-

di-

didè extructa, supra hanc Atvaticis ferè contermina, & exiguo tantùm freto discreta insula iacet, in qua Teloneum oppidum à Vectigali & portorijs in appellatum, quòd & insulæ nomen dat; cui rursus alia annexa est occasum versus haut maiore spatio discreta, in qua Annelandia est, & Martinianus agger Arausionensis ditionis civitas loco amœno & arboribus ardearum nidulatione frequentibus consitoposita; cui ad ortum obiacet Philippolandia ab æstu maris ante paucos annos obruta & in arenarias redacta, ex qua in Duuelandiam à columbarum frequentia ita denominatam, brevis traiectus est; qua rursus Scaldiæ brevi interiecto freto ferè coniungitur.

Su-

Suprà Aquilonem versùs Gœreda est à fida navium statione, & in Mosa seu Vahalis, aut potiùs alterius Rheni brachii æstuario Briela, & Isselmonda, quæ veluti Batavorum appendices sunt. Ingenia iis populis quamquam cœlo nebuloso & solo ferè palustri, magis quàm mediterraneis vicinis, sunt industria; & cùm Brabanti hilares, festivi, ridiculi, in ludicris immodici; Flandri mulierosi & intemperantes; Batavi simplices, incauti, inertes, segnes ac stolidi vulgari dicterio appellentur; Zelandi callidi, vafri, subdoli, dicaces, & captiosi omnium consensu existimantur, quasi natura, quod illis à natali solo deest, per industriam rependente, siquidem apud eos omnia ferè incerta, nullàque regio magis

gis

gis rerum humanarum vices experitur, ut cuius prosperа & adversa à vento, mari & arena dependeant, & fluxu denique ac refluxu, lunæ incrementis ac decrementis volvantur ac regantur. Itaque ex avorum apud eos memoria constat plus 100. iugerum 1000. dissipatis aggeribus mari hausta, ac rursus eiusdẽ maris beneficio & indigenarum industria alias insulas enatas & excultas, ita ut quæ ab una parte abraduntur, alteri alluvione adiiciantur, nunquam deficiente novis insulis exstruendis materia.

Ex Valeria, Vlissingâ revertaris Isendickum propugnaculum Flandriæ munitissimum, ac inde Sluisam. Hîc currum conscendes, qui te transito oppido *Damme*, non improbè munito,

nito,

nito, Burgas vehet, urbem amplissimam & elegantissimam. Videas hîc palatium *la Franche* dictum. Atrium hic in quo disceptantur caussæ magnificum, & in eo caminus elegans, inferiùs ex Lydio lapide, in medio, ex alabastro, (ubi historia, 1. Susannæ â senibus solicitatæ, 2. ad iudicium deductæ, 3. senum captivorum, 4. senum occisorum) in summo, ex ligno artificiosè sculpto, ubi statua Caroli V. Ad dextram introitus est geographica descriptio territorii circumiacentis Nyportâ Sluisiam usque in longitudinem. Adiacet huic Curia, ubi plurimorum statuæ & subscriptiones, inprimis Caroli V. qui nominatur Turcarum, Indorum, Italorum, Gallorum, Saxonum, &c. victor Turrim foro contiguam ascendas, & ex ea lustres urbem

&

& territoriū circumiacens, quin & Selandiæ insulas. Hospitium hîc *au Sauuage.*

Brugis Gandavum urbem totius Belgii maximam pergendum, Equis eò melius itur & frequentiùs quàm curru. Primarium templum S. Ioanni dicatū hîc lustres. In choro eius ad dextram, tabulam cū inscriptione Gallica de ordine aurei velleris videbis. Castellū hic fortissimū, figuræ quadruæ, quatuor ad angulos, suos propugnaculorum. Et urbs & castellum, & planities latissima ex turri 500. in altitudinem graduum (altior fuit, sed fulgure pars deiecta) visu obiri possunt. In Basilica urbis statuas Neptuni & Cereris; tum effigies Alberti & Isabellę Archiducum, aliorúmque plurium videbis ad dextram; ad sinistram, Maximiliani & Rudolphi Impp.

Gend.

Tum

Tum Fortitudinis picturam, cui adscriptum: *pro virgine virgo*: & Constantiæ, cum his verbis: *pro aris & focis*: in superque:

Virginis æternæ muros & tẽpla tuemur
Innuba virgo armis, innuba virgo sacris.

Et paulo pòst.

Quam tu olim hanc urbem cernis, non altera tantũ
Auspiciis cælo tãtum caput efferet alto.

Spolia inibi dicata, intrantibus ex platea à sinistra his versibus adscriptis:

I. Ardesio obsesso & Clementi Marte subacto.
II. Viso, icto, victo celeri virtute Caleto.
III. Hostibus erepto Solido, atque è fluctibus Hulsto.

Natus hic in arce aquis circumdata, non tamen multùm splendida.

dida, Imper. Carolus V. In quam visere, vel ob tanti Herois nomen convenit. In foro statua ipsi posita est cum quadruplici inscriptione: quarum una: *D. Carolo V. Imp. Cæs. Aug. Pio Felici Turc. Germ. Gall. Ital. Geldr. Hispan. Sicil. & Ind. Regi, Flandriæ Comiti P.P. sacr. Imper. vindici, Quietis Auspici D. N.* Altera: *Principi potentissimo victori ac triumphatori perpetuo Magno Max. universi Christiani orbis bono Deo volente, cælo favente, huic urbi suæ Flandriæ maxima fæliciter innato.* Tertia, Alberto & Isabellæ ingredientibus facta: Quarta continet nomina illorum, qui statuam posuerunt.

In ponte quodam duæ ex ęre statuæ collocatæ sunt, filii patrē de-

decollantis, atque ob id vita donati.

Bruſſel. Gandavo Bruxellas eas: ubi arx; ſedes Archiducis. Templa aliquot hic magnifica. Baſilica urbis ad forum non vulgaris elegantiæ. In fori extremitate oſtenditur locus ubi Egmondanus & Hornius Comites decollati. Turris, in qua armamentarium, meretur videri. In ſtabulo Principis cuſtodiuntur exuviæ equi, qui Archiducem ex prælio Nyportenſi reportaverat, cauda humum vertentis, iubámq; longam collo demittentis, cum his verſibus:

Il cavallo noble:

Siſte gradum ſpectator, ego de nomine dicor
Nobilis: at praſtò nobilitate rei.

Ar-

Archiduci Alberto subtraxi corpora quondam,
Quando prope Ostendā Martia Erynnis erat:
Illumq́ue eripui pugnantem hostibus armis,
Cum vel ei mihi vel mors subeunda fuit.
Me magis ardebat miles: quia virginis instar
Cernebat niveam crescere fronte iubam.
Hinc, ut me raperet crebro sua spicula & enses
In caput ignoti strinxerat Archiducis.
Evasi, eduxiq́ue virum, meq́ue ipse reduxi
Incolumem: nostra non erat hora necis.
Ast anno vertente die quā evasimus ambo,
Nobilis interii. Cernite qualis eram.

Plu-

Plurima ſunt hîc Ducum & Principum palatia magnifica. Hortum & vivarium ne relinquas inacceſſum; tum cryptas cochlearum & concharum teſtis ornatas, aquis ad mira opera arte coactis. Videbis inter alia virginem organo Muſico ludentem motricibus aquis. Hortus etiam Ducis Aumaliæ in propinquo urbis eſt amœniſſimus. Fontes per urbem crebri & elegantes.

LoVain. Bruxellis Lovanium tendas: urbem amplam, at non ubique ædificiis occupatam. Academia hîc eſt celeberrima in qua nuper docuit I. Lipſius, cui ſucceſſit Erycius Puteanus, vir ut eruditionis raræ, ſic humaniſſimus. Luſtres hîc arcem antiquam in colle, quam meo tempore habitabat Puteanus, ab Romanis, ut ferunt, conditam.

In

In primario templo videbis epitaphia complura elegantissima. In Curia scalæ & petardæ ad occupandam urbem factæ suspensæ conspiciuntur: & tabula repræsentans Andromedæ fabulam cum pulchra accommodatione ad introitum Archid. Alti. In ædibus I. LipsI picturas ad caminum observabis Mopsi, Mopsuli & Saphiri canum ipsius. Exeas hinc lustratum arcem Ducis Arschottani *Heverle*, cum templo vicino elegantissimo, hortóq; amœnissimo.

Lovanio Mechliniam declines, urbem amplam & elegantem. Armamentarium hic Archiducis invisum ne relinquas. Mechlinia Liram urbem amœnissimam, & inde Antuerpiam tendas. *Mechel.*

Antuerpia, ocellus urbium totius Europæ emporiúmque *Andorp.*

Plurima sunt hîc Ducum & Principum palatia magnifica. Hortum & vivarium ne relinquas inaccessum; tum cryptas cochlearum & concharum testis ornatas, aquis ad mira opera arte coactis. Videbis inter alia virginem organo Musico ludentem motricibus aquis. Hortus etiam Ducis Aumaliæ in propinquo urbis est amœnissimus. Fontes per urbem crebri & elegantes.

Louain. Bruxellis Lovanium tendas: urbem amplam, at non ubique ædificiis occupatam. Academia hîc est celeberrima in qua nuper docuit I. Lipsius, cui successit Erycius Puteanus, vir ut eruditionis raræ, sic humanissimus. Lustres hîc arcem antiquam in colle, quam meo tempore habitabat Puteanus, ab Romanis, ut ferunt, conditam. In

In primario templo videbis epitaphia complura elegantiſſima. In Curia ſcalæ & petardæ ad occupandam urbem factæ ſuſpenſæ conſpiciuntur: & tabula repræſentans Andromedæ fabulam cum pulchra accommodatione ad introitum Archid. Alti. In ædibus I. LipsI picturas ad caminum obſervabis Mopſi, Mopſuli & Saphiri canum ipſius. Exeas hinc luſtratum arcem Ducis Arſchottani *Heverle*, cum templo vicino elegantiſtiſſimo, hortóq; amœniſſimo.

Lovanio Mechliniam declines, urbem amplam & elegantem. Armamentarium hic Archiducis inviſum ne relinquas, Mechlinia Liram urbem amœniſſimam, & inde Antuerpiam tendas. *Mechel.*

Antuerpia, ocellus urbium totius Europæ emporiúmque *Andorf.*

olim totius orbis nobilissimum, in dextra Scaldis ripa posita est. Castellum in superiore parte ad Scaldim habet munitissimum, præsidio aliquot millium Hispanorum custoditum. Plateas habet latas elegantiq; pavimento stratas: ædificia & palatia magnifica. Vallo cingitur vastissimo in quo dispositi tiliarū ordines, & amœnitatem & opacitatem deambulātibus præbent. Templū B. Virginis hic magnificentissimū, inq; eo altaria plurima & epitaphia elegantissima, ac inprimis artificiosis picturis ornata. Turris adiacet 620. gradus alta, structuræque artificiosæ: Ex illa Flandriæ, Brabantiæ, Selandiæq; urbes plurimas conspicies.

Curiam eiúsque conclavia visas: tum Bursam Anglicam & urbanam: ædificium lascivæ iuven-

iuventuti coercendæ ſtructum, vulgò Das Zuchthauß: domũ Hanſæ Teutonicæ: domum aliam in qua machinis aqua per urbem diſtribuitur: portum maiorum navium: portam Cæſarianam cum inſcriptione: tabernam vinariam *aux mille moyens, Zum tausend mitteln*: ſtatuam idoli ſaxeum ad antiquam portam iuxta forum piſcatorium, à cuius membro maſculo abraſum pulverẽ ſi bibant fœminę, haut pauci credunt ſterilitatis vitium ceſſare.

Antuerpia tribus circiter leucis abeſt *Lillo*, olim munimentum tantùm terreum: quod hodie in oppidũ excrevit natura opereq; munitiſſimum, in Scaldis æſtuario ſitum. Ordines fœderati id excitarunt, præſidiúmque in eo habent. Navis nulla prę-terit, non bene priùs perquiſita. *Lillo.*

Si qua non visitata ulterius pergere nitatur, dispositis in utraque ripa (nam & ex adversa hodie munimentum est fortissimum) tormentis impeditur. Frenum hoc libertati Scaldis impositū. Ex turri Antuerpiensi hoc munimentum agnosces.

Bergen op-Som. Antuerpia tendendum *Bergam op Som*, urbem munitissimam, nobilitatam obsidione Ducis Parmensis fortiter sustentata. *Breda.* Hinc Bredam eundum urbem Principis Arausionensis amplam, & munitissimam. Lustres hîc arcem, in qua navis adhuc custoditur, qua intraverant milites Ordinum, cespitibus, comburi hîc locorum solitis, obtecti. In atrio arcis videbis hippelaphum, equum pedes & caudam cervi habentem. Vna die Bruxellas eo iri & rediri potuit, quo tamen 20. milliaria nume-

numerãtur. Canem venaticum cursu superavit. Templum etiam intres, inibique monimentum magnificum contempleris Henrici Arausionensis, qui arcẽ ædificavit.

Gertrudi-Bergam hinc pergendum, oppidum natura munitissimum, mari paludibúsque undique ferè cinctum: inde navi Dordracum primam ab hac parte Hollandiæ urbem, marinis undis ferè totam circumdatam. Quòd si Sluisia propter tẽpestatem minime faventem in Valacriam non excurristi: memineris id tibi faciendum aut cum *Berga op-Som* es, aut cum Dordraci. Dordraco Roterodamum, urbem amplissimam, aut navi, aut curru pergendũ. Patria magni Erasmi: cuius statua in foro visitur. Hinc Delphos perelegantem & magnificam urbẽ: *Gertrudenberg.* *Roterdam.*

Tum Fortitudinis picturam, cui adſcriptum : *pro virgine virgo* : & Conſtantiæ, cum his verbis : *pro aris & focis* : in ſuperque :

Virginis æternæ muros & tēpla tuemur
Innuba virgo armis, innuba virgo ſacris.

Et paulo pòſt.

Quam tu olim hanc urbem cernis, non altera tantū
Auſpiciis cœlo tātum caput efferet alto.

Spolia inibi dicata, intrantibus ex platea à ſiniſtra his verſibus adſcriptis :

I. Ardeſio obſeſſo & Clementi Marte ſubacto.
II. Viſo, icto, victo celeri virtute Caleto.
III. Hoſtibus erepto Solido, atque è fluctibus Hulſto.

Natus hic in arce aquis circumdata, non tamen multùm ſplendida,

dida, Imper. Carolus V. In quam visere, vel ob tanti Herois nomen convenit. In foro statua ipsi posita est cum quadruplici inscriptione: quarum una: *D. Carolo V. Imp. Cæs. Aug. Pio Felici Turc. Germ. Gall. Ital. Geldr. Hispan. Sicil. & Ind. Regi, Flandriæ Comiti P.P. sacr. Imper. vindici, Quietis Auspici D. N.* Altera: *Principi potentissimo victori ac triumphatori perpetuo Magno Max. universi Christiani orbis bono Deo volente, cælo favente, huic urbi suæ Flandriæ maximæ fæliciter innato.* Tertia, Alberto & Isabellæ ingredientibus facta: Quarta continet nomina illorum, qui statuam posuerunt.

In ponte quodam duæ ex ęre statuæ collocatæ sunt, filii patrē de-

decollantis, atque ob id vita donati.

Brussel. Gandavo Bruxellas eas: ubi arx, sedes Archiducis. Templa aliquot hic magnifica. Basilica urbis ad forum non vulgaris elegantiæ. In fori extremitate ostenditur locus ubi Egmondanus & Hornius Comites decollati. Turris, in qua armamentarium, meretur videri. In stabulo Principis custodiuntur exuviæ equi, qui Archiducem ex prælio Nyportensi reportaverat, cauda humum vertentis, iubámq; longam collo demittentis, cum his versibus:

Il cavallo noble:

Siste gradum spectator, ego de nomine dicor
Nobilis: at praestò nobilitate rei.

Ar-

Archiduci Alberto substravi
corpora quondam,
Quando prope Ostendā Martia Erynnis erat:
Illumq́; eripui pugnantem hostibus armis,
Cum vel ei mihi vel mors subeunda fuit.
Me magis ardebat miles: quia virginis instar
Cernebat niveam crescere fronte iubam.
Hinc ut me raperet crebro sua spicula & enses
In caput ignoti strinxerat Archiducis.
Evasi, eduxiq́; virum, meq́; ipse reduxi
Incolumem: nostra non erat hora necis
Ast anno vertente die quâ evasimus ambo,
Nobilis interii. Cernite qualis eram.

Plurima ſunt hîc Ducum & Principum palatia magnifica. Hortum & vivarium ne relinquas inacceſſum; tum cryptas cochlearum & concharum teſtis ornatas, aquis ad mira opera arte coactis. Videbis inter alia virginem organo Muſico ludentem motricibus aquis. Hortus etiam Ducis Aumaliæ in propinquo urbis eſt amœniſſimus. Fontes per urbem crebri & elegantes.

Louain. Bruxellis Lovanium tendas: urbem amplam, at non ubique ædificiis occupatam. Academia hîc eſt celeberrima in qua nuper docuit I. Lipſius, cui ſucceſſit Erycius Puteanus, vir ut eruditionis raræ, ſic humaniſſimus. Luſtres hîc arcem antiquam in colle, quam meo tempore habitabat Puteanus, ab Romanis, ut ferunt, conditam.

In

In primario templo videbis epitaphia complura elegantissima. In Curia scalæ & petardæ ad occupandam urbem factæ suspensæ conspiciuntur: & tabula repræsentans Andromedæ fabulam cum pulchra accommodatione ad introitum Archid. Alti. In ædibus I. LipsI picturas ad caminum observabis Mopsi, Mopsuli & Saphiri canum ipsius. Exeas hinc lustratum arcem Ducis Arschottani *Heverle*, cum templo vicino elegantissimo, hortóq; amœnissimo.

Lovanio Mechliniam declines, urbem amplam & elegantem. Armamentarium hic Archiducis invisum ne relinquas. Mechlinia Liram urbem amœnissimam, & inde Antuerpiam tendas. *Mechel.*

Antuerpia, ocellus urbium totius Europæ emporiúmque *Andorf.*

olim totius orbis nobilissimum, in dextra Scaldis ripa posita est. Castellum in superiore parte ad Scaldim habet munitissimum, præsidio aliquot millium Hispanorum custoditum. Plateas habet latas elegantiq; pavimento stratas: ædificia & palatia magnifica. Vallo cingitur vastissimo in quo dispositi tiliarũ ordines, & amœnitatem & opacitatem deambulãtibus præbent. Templũ B. Virginis hic magnificentissimũ, inq; eo altaria plurima & epitaphia elegantissima, ac inprimis artificiosis picturis ornata. Turris adiacet 620 gradus alta, structuræque artificiosæ: Ex illa Flandriæ, Brabantiæ, Selandiæq; urbes plurimas conspicies.

Curiam eiúsque conclavia visas: tum Bursam Anglicam & urbanam: ædificium lasciviæ iuven-

iuventuti coercendæ ſtructum, vulgò Das Zuchthauß: domũ Hanſæ Teutonicæ: domum aliam in qua machinis aqua per urbem diſtribuitur: portum maiorum navium: portam Cæſarianam cum inſcriptione: tabernam vinariam *aux mille moyens, Zun tauſend mitteln*: ſtatuam idoli ſaxeum ad antiquam portam iuxta forum piſcatorium, à cuius membro maſculo abraſum pulverẽ ſi bibant fœminę, haut pauci credunt ſterilitatis vitium ceſſare.

Antuerpia tribus circiter leucis abeſt *Lillo*, olim munimentum tantùm terreum: quod hodie in oppidũ excrevit natura opereq; munitiſſimum, in Scaldis æſtuario ſitum. Ordines fœderati id excitarunt, præſidiúmque in eo habent. Navis nulla pręterit, non bene priùs perquiſita. *Lillo.*

Si qua non visitata ulterius pergere nitatur, dispositis in utraque ripa (nam & ex adversa hodie munimentum est fortissimum) tormentis impeditur. Frenum hoc libertati Scaldis impositū. Ex turri Antuerpiensi hoc munimentum agnosces.

Bergen op-Som. Antuerpia tendendum *Bergam op Som*, urbem munitissimam, nobilitatam obsidione Ducis Parmensis fortiter sustentata. *Breda.* Hinc Bredam eundum urbem Principis Arausionensis amplam, & munitissimam. Lustres hic arcem, in qua navis adhuc custoditur, qua intraverant milites Ordinum, cespitibus, comburi hîc locorum solitis, obtecti. In atrio arcis videbis hippelaphum, equum pedes & caudam cervi habentem. Vna die Bruxellas eo iri & rediri potuit, quo tamen 20. milliaria nume-

numerãtur. Canem venaticum cursu superavit. Templum etiam intres, inibique monimentum magnificum contempleris Henrici Arausionensis, qui arcē ædificavit.

Gertrudi-Bergam hinc pergendum, oppidum natura munitissimum, mari paludibúsque undique ferè cinctum: inde navi Dordracum primam ab hac parte Hollandiæ urbem, marinis undis ferè totam circumdatam. Quòd si Sluisia propter tēpestatem minime faventem in Valacriam non excurristi: memineris id tibi faciendum aut cum *Berga op-Som* es, aut cum Dordraci. Dordraco Roterodamum, urbem amplissimam, aut navi, aut curru pergendū. Patria magni Erasmi: cuius statua in foro visitur. Hinc Delphos perelegantem & magnificam urbē: *Gertrudenberg.* *Roterdam.*

ubi lustrandum monimentum Guilielmi Arausionensis proditoriè interfecti. Hagam-Comitis pòst, ubi Curia Ordinum, contendendum. Pagus olim, nūc urbis amplæ faciem habet. Arx hîc Comitum Hollandiæ sedes, amœnitate varia incomparabilis. Exiri hinc solet Schellingam, visum currus velis ventorumq́ue animabus celerrimo cursu euntes: tum in pagum vicinum Lausdunum, ubi in templo depicta historia Comitissæ trecentos sexaginta quinq; enixæ uno partu infantes. Quæ isti tabulæ inscripta, ecce huc transcripsi:

Haga.

En tibi monstrosum nimis & memorabile factum,
Quale, nec à mundi conditione datum.

Margarita Hermanni Comitis Hennenbergici uxor, quarti

Flo-

Florentii Comitis Hollandiæ & Zelandiæ, filia, Gulielmi Regis Romanorum, ac postea Cæsaris seu gubernatoris Imperii, atque Alitheiæ Comitis Hannoniæ soror, cuius patruus Episcopus Traiectensis, auunculi autem filius Dux Brabantiæ & Comes Thuringiæ, &c. Hæc autem illustrissima Comitissa annos quadraginta circiter nata ipso die parasceves nonam circiter horam anno millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, Trecentos & sexaginta quinque enixa est pueros, qui prius à Guidone Suffraganio Traiectẽsi omnes in duabus ex ære peluibus baptisati sunt. Quorum masculi quotquot erãt Ioannes, puellæ autem omnes Elizabethæ vocatæ sunt. Qui simul omnes cum matre uno eodemque die fatis concesserunt, atque in

hoc Lausdunensi templo sepulti iacent. Quod quidem accidit ob pauperculam quandam fœminam, quæ ex uno partu gemellos in ulnis gestabat pueros, quam rem ipsa Comitissa admirata dicebat, id per unum virum fieri non posse, ipsámque contumeliosè reiecit, unde hæc paupercula animo perturbata ac perculsa mox tantum prolium numerum ac multitudinem ex uno partu ipsi imprecabatur, quot vel totius anni dies numerentur. Quod quidem præter natura cursum obstupenda quadam ratione ita factum est sicut in hac tabula in perpetuam huius rei memoriam ex vetustis tam manuscriptis quàm typis excusis Chronicis breviter positum & enarratum est. DEVS ille ter maximus, hac de re suspiciendus, hono-

honorandus, ac laudibus extollendus in sempiterna sæcula, Amen.

Hæc lege mox animo stupefactus Lector abibis.

Iter faciens in Hollandia hoc obſerves ut contrahas cum veredariis expreſsâ hac conditione, ut in urbem, ad quem tendis, ad hoſpitium uſque te deferant. Secus enim ante portam urbis deſcendendum tibi ex curru, & baiulus impedimentis, ſi quæ habes, portandis conducendus, cuiuſmodi genus hominum in his oris nequiſſimum & ne duplo quidem mercedis contentum.

Hagâ Lugdunum Batavorum, vulgò *Leiden*, fereris. Luſtres hîc Academiam, bibliothecam, anatomiam, hortum

Medicum. Arcem etiam,
gum vocant, visas antiqua
qua iactant unicum totiu
montem Hollandiæ. De a
nitate & elegantia urbis
re ipsa, quàm verbis mei
Harlem gnoscas. Leidâ Harlemum
denti prætereundus pagus
arce amœnissima *VVarm*
Dominos agnoscit fratres
uenuordos, Dynastas *de V*
mond. Natu maiorem,
simum pectus, Biturigibu
Andegavi noveramus, ad e
que in hũc ipsorum elegan
mum secessum visebamus.
lemi ad insigne aurei velleri
Alcmar vertendum, ac inde Alcmari
(ubi templum elegantissim
in cóque ode Alcaica parieti
scripta, referens quando co
tum) Medembliccium, & p
pugnaculum illud Bataviæ
r

realis Enchusam [illegible] *Enchusam.*
Magno numero naves hîc, ut & Vlissingæ & Hornæ, ædificant.
Salutes Paludanum, Medicum, *Paludanus.* virum humanissimum, lustrésque eius pinacothecam rebus rarissimis refertam. Quatuor leucarum hinc traiectus est in Frisiam, quam non aditam mihi, hîc consultò prætereo. Enchusa Hornam petes : ac inde per Bemipsterum, nuper lacum septem leucarum, nunc campum fertilissimum, Pomerendã curru fereris : ubi navicula conto in ripa euntis illámque gubernantis propulsa fereris per VVaterlandiam ad aggerem ulteriorẽ, tandẽq; brachiũ maris lembo trasmittes, & Ambstelrodamum intrabis: urbem canalib. intersectam: cui sæpe amplificatæ, quotidie novæ adhuc portiones adcrescunt. *Ambsterdam.* Lustres hîc Bursam,

siue ædes Mercatorum similes Antuerpianis & Londinensibus ædes duplices coërcendis lasciuioribus & petulantioribus, masculis unas, Das Zucht oder Raspelhauß: fœminis alteras das Spinnhauß, erectas. In templo videas epitaphium Iac. ab Hemskerken, Ducis & thalasiarchæ Ordinum strenuissimi, in freto Herculeo partâ insigni victoriâ globo tormenti maioris percussi, ex eóque ictu mortui.

Hinc iam Lutetiam reflectendum. Quòd si Coloniam etiam accedere sit animus; has ferè urbes transire possis: Vltraiectum, Renen, Arnheim, Nymegen cum munimento transfluvium *Knodsenbourg* dicto, Graviam, (Boscum Ducum hinc ire posses & redire) Cliviam, (ad fortalitium Schēckianum lembo

bo hinc exitur) Emmerick, Rees, Vesal, Duysseldorp, Nuys, Coloniam. Festinans nihil de his urbibus refero: uti nec de iis quæ sequuntur transeundæ: Iuliacū urbs cum castello, Aquisgranū, Mosæ Traiectum, (intres templum & spolia suspensa lustres: exeas ad lapidicinas) Leodium, Hoya, Namurcum, (hucusque navibus adscenditur) Montes Hannoniæ, Valencenæ, Cameracum: omnes urbes amplissimæ & fortissimæ, quarum hæc ultima castellum habet in edito loco situm, unum ex fortissimis totius Belgii. Possis hinc Duacum, Atrebates, Ambianum ac inde Lutetiam ire, si velis. Ego rectà iam Cameraco tecum, nec per ambages ferar.

Peronna prima urbs Galliæ *Peronne*

est hac parte accedenti, natura
Austrum, ubi Samonæ & pa
dibus adiacet, aliis ex partibu
pere manufacto munitissi
Lustres hîc templum B. Virg
architectura admirabile. Ch
eius alius non potest compa
totius Picardiæ.

Roya secunda est, & ipsa n
nita, non æquè tamen.

Senlis. Sylvanectum tertia, vu
Senlis, Episcopatu insignis. I
lium ad eam commissum a
1589. inter fœderatos, quor
imperator Dux Aumalius; &
gios, quos ducebat Longevi
& Lanovius. Hinc unius
non magnum iter est Luteti
Mense iam medio Iunio aut
citer reversus mensem subs
Aneth. re, uno etiam itu Anethum
Dreux. elegantem, Druidas (Dreux
fluvium Ebrum situm oppi
Comitatus titulo fulgẽs, pr

inter Ligistas & Henr. IV. commisso nobilitatum, Carnutes (vulgò, *Chartres*: unde territorium adiacēs, *le pays Chartrain*) excurras, digna paucorum dierum impendio loca. Merula Carnutum sic describit: *Oppidum hodie non postremi loci, situm in planitie, partim in colle, frequentibus ædificiis refertum, mœnibus firmis cinctum, aggeribus fossisq; circumvallatum, incolarum divitiis pollens. Perluit ad collis pedem fluvius, pistrinis versandis commodus, qui è Perchensibus ortus, huc usque civium industria derivatus, apud Luparias* (Louuiers) *paulo supra Rothomagum in maiores Sequanæ undas influit. Summum templum Mariæ Virgini est consecratum, in cuius Cryptâ puteus ostenditur* Sanctorum Fortium *dictus, in quem,* Chartres.

quem, quum Carnutes Christo nomen primitus dedissent, magnus Christianorum numerus ab Quirino Galliæ Proconsule dicitur præcipitatus. Adseruari hîc etiam fertur ingenti pietate Subucula Divæ Virginis. Portas habet 8 quarum sex patent. Reliquas bella clauserunt civilia: quibus anno 1567 fuit obsessum oppugnatumq́; , sed virtute Lignerii fortiter defensum. Loquitur carmen, quod ad mœniorum partem, quæ hostium machinis prostrata, restituta, Lapidi incisum legi:

Dum nova Relligio studia in contraria cæcas
Gallorum mentes agit, & bello omnia miscet.
CARNUTUM premitur magna obsidione, globisq́;
Machina sulphureis oppugnat mœnia, quæ nunc

Sarta

Sarta & tecta vides: Salva incolumisq; remansit
Vrbs Duce Lignerio, populi curaq; fidelis
Atq; manu parvâ numerosũ repulit agmen.
Quam pro Rege suo, patriaq;, aruq; focisq;.
Sit pulchrum pugnare, atque hasta cedere nunquam.
Exemplo discant Nati, seriq; Nepotes.

Dies, quo ab obsidione repulsi hostes, Festis est adscriptus. Suos olim habuit Comites. Eorum, ni fallor, progenitor Otho, *cuius pater* Theobaldus *Senior, Rollonis Normanni adgnatus, Comes Blesensis, Carnutum armis adquisiverat. Otho quosdam habuit successores, filios* Theobaldum II. *improlem, &* Stephanum, *nepotem ex posteriore* Thebaldum III. *& pro-*

pronepotem Theobaldum IV. *improlem: post quẽ nihil amplius de Carnutensibus Comitibus ego quidem invenio.* Hæc Merula.

Solens iam es itinerum & laborum. Cùm igitur substiteris mensem, velim vel medio Iulio repares te itineri æstuique ferundo: iucunda paulo pòst quiete in patria perfruiturus. Per Burgundos Lugdunum reversum oportet. Tricassiũ, vulgò Troye, urbem Campaniæ superioris Episcopalem, & inde Divionem, vulgò *Dijon*, Ducatus metropolin concedes: de qua hæc Merula: *Divionis conditor habetur vulgò, mihi potius restaurator, pomeriique productor Aurelianus Imperator. Nomen ab Divis, quis plurimus ibi fuit cultus, impositum putatur. Hac urbe nihil in Burgundia pulchrius. Sita est in pla-*

planitie amœnissima, duobus fluminibus Suzione & Oscara (Suson & l'Ouche *vernaculè*) *utrinque muros adluentibus: ille quidem periculosissimis exundationibus urbem infestare consuevit, hic pisculentus admodum alueo fluit quietiore, rerum multarum usum subministrare solitus. Muri ad iustam propugnandi magnitudinem in altum sunt educti: Turribus, propugnaculisque, quæ nuper exstructa, muniti. Sub cœnobio D. Benigni, quod ab Gregorio conditum Lingonensium Episcopo, vastum ostenditur specus, cryptas cisternásque habens, in quo Benignus vir sanctus vinctus fuisse traditur, quum populum ad Christum traduceret, Dæmonum adhuc sacris operantem. Iustitiæ ibi est tribunal & Parlamen-*

menti Sedes, unde velut ex sinu Patriæ iura petuntur. Qui in Maiorem huius oppidi legitur, non tam Honorem quàm Onus suscipere, vel invitus & renitens cogitur, iúsque iurandum præstare in templo D. Virginis, praeunte verba Procuratore regio, se Regi fidelem futurum defensurúmque sua Civitati iura libertates, & privilegia adversùs quoscunque, Regem etiam, quoties flagitat necessitas. Gregorius Turononensis memoriæ prodit, Hilarium quemdam, Senatorem Divionensem, adeo uxorem suam adamasse, ut, quum defuncta inferretur tumulo ipsius, qui retrò multis annis obierat, avidâ iam dextrâ fuerit eius cadaver arctissimè complexus. In vicinis urbi montibus optima crescunt vina. Haut procul urbe ver-

versus meridiem duo visuntur colles, in quorum uno arx Talentum, *natura loci arteque & perpetuis limitaneorum militum excubiis ad stuporem valida; in altero situm est castellum, cui à fontibus nomen cum pago cognomine, Bernardi qui Caput ordinis Clarevallensis, patriâ.* Hæc Merula, Memini superiùs cùm de Monasteriolo agerem cranii Ioannis Ducis Burgundiæ apud Carthusianos huius urbis custodiri. *Talant.* *Fontaines.*

Divione, non abs re esset Dolam, urbem munitissimam, & unam ex primis Comitatus Burgundiæ, Academia & Parlamẽto claram; ad Dubim positam; (ubi observes forum quadratũ amplissimum, Templum B. Virginis magnificentissimum, bibliothecam in collegio Hieronymiano,) tum Vesontionem hodie

hodie *Besançon*, urbem Imperialem in umbilico Burgundiæ Comitatus sitam excurrere, & inde Ararim reverti. Pulchrè Cæsar 1. de bell. Gall. eius situm describit, qui hodiéq; magnam partem talis est. Vrbs munitissima, elegantissima, fœlicissimum terræ uber undique vicinum habens. Templum primarium S. Stephani. In eo sudarium Christi custoditur, & in festis Adscensionis & Corporis Christi circumfertur solemniter. Notant istic picturam Monachi cuius fronti musca insidet. Templum aliud ab hoc est S. Ioannis, iuxta quod arcus triumphalis Tiberii Cæsaris. Collegium Iesuitarum elegans, Basilica urbis, cum fronte & statua Caroli V. Imp. Palatium Comitis de Canteroix, cum horto, in quo statua Iovis Româ allata.

Cam-

Campus Martius. Aquæductus. Petra à Iulio Cæsare, cùm bellum gereret contra Helvetios perforata. Rudera statuarum Iovis, Dianæ, Minervæ. Hæc ferè sunt quæ Vesontione videri ex aliis notavi. Ad Ararim retrorsum inde, illóque transito salutatam Belnam, vulgò *Beaulne* oportet, urbs est munitissima. Insigne hîc pietatis monimentum Xenodochium pauperum & ægrotorum à Nicolao Raulino Equite fundatum, regium palatium referens. *Beawlne*

Belnâ Cabillonum pergendum, *Chalon*, urbem dextra Araris ripâ positam. Horreum olim Romanorum. Maiorem fuisse rudera testantur. Arari secundo hinc descenditur præterito Tinurtio vulgò *Tourneu*, Matiscono (horreo olim Romano-

manorum.) *BelleVille, & FrancheVille.*

Lugduno iam, quod superesse tibi putabis tempus, impendere potes. Hinc in Germaniam per Allobroges & Helvetios revertendum paulo per circuitum

Grenoble.

Gratianopolin, vulgi *Grenoble*, primò salutes, sedecim prægrādibus leucis ad Isaræ fluenta radicesque montis *Chalemont*, dissitam urbē: cui se in vicino iungit Dracus torrens valde vehemens, & exundationibus cāpos infestans, ponte unius arcus maximi stratus. Sedes hic Parlamēti Delphinatensis. Exiri hinc solet in Cœnobium Carthusianorum in angustis montium præaltorum faucibus, 4 leucis dissitum,

La grād Chartreuse.

vulgò *la grand Chartreuse*: tum ad fontem ardentem, quem *la Fontaine qui brusle* vocant, (miraculum naturæ, quòd per medias

dias aquas flumina prorumpũtur, uti frigere ova possis: frixa certè isto igni comedi) ad turrim etiam, qui nullum venenatum in se animal patitur; si deferas eò unum, mori oportet: tum ad arcem Marescalli *Desdiguieres*, Proregis Delphinatûs, in vicinia.

Gratianopoli quinque leucis abest *Barraux*, fortalitium anno 1597. à Duce Sabaudiæ exstructum, insequēti anno à Desdigerio occupatum. Vna hinc leuca est Montmelianum, urbs cum castello munitissimo, in quod nō facilè ulli aditus patet. Duabus hinc leucis abest Camberiacum Ducatus Sabaudiæ metropolis. *Barraux.* *Montmelian*

SABAUDIA, cui unde nomen constet, incertum est. Vide quæ de Sabatiis undis, Saul-voye, saulve voie, scribunt Isacius SABAUDIA.

*Itin. Gal Narb pag.*28.Mer.*part.* 2. *lib.*3 *c.*43.) à Septentrione habet Bresciam, *les pays de Geos & de Vault*, adeóq; lacum Lemanum, restrictis nonnihil nuperrimè eius finibus: ad Ortum, Valesiam & Pedemontium; à Meridie & Occasu, Delphinates. Regio Montosa est: valles tamē & campos; & in iis solum fœcundum habens. Iuxta Lemanū lacum vinum generosissimum producit, puod Ripalium vocāt ab lacus ripa. Hæc provincia pars est antiqui Allobrogum regni. Hodie à quingētis ampliùs annis Duces suos habuit, primò Mauriennę Comites, qui successive partim armis, partim iure hereditario alias atq; alias regiones adiunxerunt, iam Comites Sabaudiæ, iam Marchiones Segasiani & Taurinorum, Pedemontiiq; Principes à Sigismūdo Im-

Imperatore facti. Vide Genealogiam Ducum apud Merulam *part. 2. Cosm. lib. 3 c. 43.*

Camberiacum Ducatus metropolis est, vulgò *Chambery* dicta. Vrbs perelegans. Parlamentum in ea est totius provinciæ, cui præsidet hodie Antonius Faber ICtus celeberrimus, compellantibus se humanissimus. Arx elegans hic Ducum Sabaudiæ cum horto contiguo peramœno. *Chamberry.*

Genevam hinc tendendum, urbem antiquissimam: extremā olim Allobrogum, proximamque Helvetiorum finibus Cæsari dictam. Novissimè Comitatus & Episcopatus titulo fulsit. Vrbs est munitissima, eáque duplex Rhodano intersecta, quarum minor S. Geruasii vocatur, à templo ei dicato: maior colli adcūbit, cuius ima lacus Lemanus *Geneva.*

irrigat. Ponte utraque pa
gitur cui hinc inde maxi
insula impositæ utrinque
Specula in insula est stru
antiquissimæ. A Cæsaris te
ribus superstes adhuc cre
Templum primarium h
Petro consecratum olim
linis fuisse viri docti cre
Inscriptionibus antiquis
militudinem facientibus
muro exteriori huius tem
quila biceps sculpturæ pe
quæ cernitur, quam signu
perhibent liberam esse ea
antiquo Imperii urbem.
ria videbis tabulam fœdu
nevensium cum Bernati
Tigurinis, ab anno 1536. c
ctum, continentem. T
nem notabis in eadem, it
ut equiti adscensus facilis
& urnas in eius atrio susp
& subtus in conclavi qu

ſcalas quibus Sabaudi uſi fuerãt in noviſſimo adſultu. Armamẽtarium vicinum eſt : in quo multa ſuſpenſa trophæa. Extra portam contiguam interiorem area in colle eſt amœniſſima *(la plette forme)* ex qua iucundus in ſubiectam planiciem hortóſq; & vineas proſpectus. Tribus hodie intratur portis, 1. *la porte riſve.* 2. *la porte neufue.* 3. *la porte Corneuin* : prioribus in maiori, poſteriori in minori. Plateas nõnullas habet elegantes, in primis oblongam illam protectis contra iniuriam pluviarum munitam : ut cadente etiam denſiſſimo imbre ſiccus inambulare poſſis. Auratas, quas *truites* vocant, in lacu capiunt vivariiſq;, quæ pali cingunt, incluſas conſervant maximas ; quæ videri merentur. Aurifaber in ponte habitans rupem ex diverſis me-

tallis & lapillis, inque ea urbem & arcem cum omnis generis artificibus fabricavit. Laudabis hominis industriam, cùm videbis. Collegium inaccessum ne relinquas, & intres quoque bibliothecam, in qua ostendentur tibi Biblia Gallica ante 300. & quod excurrit annos versa. Cæterùm urbs est Mercurialis, vigétq; inprimis negotiatio serica. Quin & librariâ negotiatione nobilitatissima est. Ad victum necessaria in hac urbe non desideres. Vinum etiam nobilissimum omni ex parte crescit. Capones opimissimos hic esitare est, qui in longinquas hinc mittuntur oras. Olerum & leguminum abunde horti & rura contigua suppeditãt. Aer est purus: varia amœnitas. Inprimis contiguum pratum; *le plain palais*, iucundam pręstat ambulationẽ.

l'Ecluse.

Clu-

Clusa hinc quatuor miliaribus abest, in ripa prærupta Rhodani dextra, specuq; imminentis rupis. Huc expacieris, & videas voraginē Rodani, qua oculis subducitur, & ad aliquantum spacium denuo prodit, póstq; semper cōspicuū & quietior labitur.

Ab hac urbe exiguo spacio incipit Helvetia quam quum describendam mihi hoc libello non sumpserim, inde cabo solùm iter quo ad Rhenum, à quo Argentinæ abreptus à me fuisti, te reducam.

Transeunda hîc tibi hæc loca: *Versouia*, pagus ignobilis, olim castellum: *Coppet*, oppidulum: Noviodunum, vulgò *Nyon*, oppidulum: *Rolle*, vicus amœnus, cum arce: Morgæum vulgò *Morges*, oppidum: Lausanna, urbs Episcopatu Aventico, tum concilio Basiliensi, cò trās-

menti Sedes, unde velut ex fonte Patriæ iura petuntur. Qui in Maiorem huius oppidi legitur, non tam Honorem *quàm Onus suscipere, vel invitus & renitens cogitur, iúsque iurandum præstare in templo D. Virginis, præeunte verba Procuratore regio, se Regi fidelem futurum defensurúmque suæ Civitati iura libertates, & privilegia adversùs quoscunque, Regem etiam, quoties flagitat necessitas. Gregorius Turonensis memoriæ prodit, Hilarium quemdam, Senatorem Divionensem, adeo uxorem suam adamasse, ut, quum defuncta inferretur tumulo ipsius, qui retrò multis annis obierat, avidâ iam dextrâ fuerit eius cadaver arctissimè complexus. In vicinis urbi montibus optima crescunt vina. Haut procul urbe*

ver-

versùs meridiem duo visuntur colles, in quorum uno arx Talentum, *natura loci artéque & perpetuis limitaneorum militum excubiis ad stuporem valida; in altero situm est castellum, cui à fontibus nomen cum pago cognomine, Bernardi qui Caput ordinis Clarevallensis, patriâ.* Hæc Merula, Memini superiùs cùm de Monasteriolo agerem cranii Ioannis Ducis Burgundiæ apud Carthusianos huius urbis custodiri. *Talant.* *Fontaines.*

Divione, non abs re esset Dolam, urbem munitissimam, & unam ex primis Comitatus Burgundiæ, Academia & Parlamēto claram; ad Dubim positam; (ubi observes forum quadratū amplissimum, Templum B. Virginis magnificentissimum, bibliothecam in collegio Hieronymiano,) tum Vesontionem hodie

hodie *Besançon*, urbem Imperialem in umbilico Burgundiæ Comitatus sitam excurrere, & inde Ararim reverti. Pulchrè Cæsar 1. de bell. Gall. eius situm describit, qui hodiéq; magnam partem talis est. Vrb munitissima, elegantissima, fœlicissimum terræ uber undique vicinum habens. Templum primarium S. Stephani. In eo sudarium Christi custoditur, & in festis Adscensionis & Corporis Christi circumfertur solemniter. Notant istic picturam Monachi cuius fronti musca insidet. Templum aliud ab hoc est S. Ioannis, iuxta quod arcus triumphalis Tiberii Cæsaris. Collegium Iesuitarum elegans, Basilica urbis, cum fronte & statua Caroli V. Imp. Palatium Comitis de Canteroix, cum horto, in quo statua Iovis Româ allata.

Campus Martius. Aquæductus. Petra à Iulio Cæsare, cùm bellum gereret contra Helvetios perforata. Rudera statuarum Iovis, Dianæ, Minervæ. Hæc ferè sunt quæ Vesontione videri ex aliis notavi. Ad Ararim retrorsum inde, illóque transito salutatam Belnam, vulgò *Beaulne* oportet, urbs est munitissima. Insigne hîc pietatis monimentum Xenodochium pauperum & ægrotorum à Nicolao Raulino Equite fundatum, regium palatium referens. *Beaulne*

Belnâ Cabillonum pergendum, *Chalon*, urbem dextra Araris ripâ positam. Horreum olim Romanorum. Maiorem fuisse rudera testantur. Arari secundo hinc descenditur prætertito Tinurtio vulgò *Tournex*, Matiscono (horreo olim Romano-

manorum) *BelleVille, & Francheville.*

Lugduno iam, quod ſupereſſe tibi putabis tempus, impendere potes. Hinc in Germaniam per Allobroges & Helvetios revertendum paulo per circuitum Gratianopolin, vulgi *Grenoble,* primò ſalutes, ſedecim prægrãdibus leucis ad Iſaræ fluenta radiceſque montis *Chalemont,* diſſitam urbẽ: cui ſe in vicino iungit Dracus torrens valde vehemens, & exundationibus cãpos infeſtans, ponte unius arcus maximi ſtratus. Sedes hic Parlamẽti Delphinatenſis. Exiri hinc ſolet in Cœnobium Carthuſianorum in anguſtis montium præaltorum faucibus, 4 leucis diſſitum, vulgò *la grand Chartreuſe:* tum ad fontem ardentem, quem *la Fontaine qui brusle* vocant, (miraculum naturæ, quòd per medias

Grenoble.

La grãd Chartreuſe.

dias

dias aquas flumina prorumpũtur, uti frigere ova possis: frixa certè isto igni comedi) ad turrim etiam, qui nullum venenatum in se animal patitur; si deferas eò unum, mori oportet: tum ad arcem Marescalli *Desdiguieres*, Proregis Delphinatus, in vicinia.

Gratianopoli quinque leucis abest *Barraux*, fortalitium anno 1597. à Duce Sabaudiæ exstructum, insequẽti anno à Desdigerio occupatum. Vna hinc leuca est Montmelianum, urbs cum castello munitissimo, in quod nõ facilè ulli aditus patet. Duabus hinc leucis abest Camberiacum Ducatus Sabaudiæ metropolis.

Barraux.

Montmelian

SABAUDIA, cui unde nomen constet, incertum est. Vide quæ de Sabatiis undis, Saul-voye, saulve voie, scribunt Isacius

SABAUDIA.

*Itin. Gal Narb pag.*28.Mer.*pars 2. lib.*3 *c.*43.) à Septentrione habet Bresciam, *les pays de Geos & de Vault*, adeóq; lacum Lemanum, restrictis nonnihil nuperrimè eius finibus: ad Ortum, Valesiam & Pedemontium; à Meridie & Occasu, Delphinates. Regio Montosa est: valles tamẽ & campos; & in iis solum fœcundum habens. Iuxta Lemanũ lacum vinum generosissimum producit, puod Ripalium vocãt ab lacus ripa. Hæc provincia pars est antiqui Allobrogum regni. Hodie à quingẽtis ampliùs annis Duces suos habuit, primò Mauriennę Comites, qui successive partim armis, partim iure hereditario alias atq; alias regiones adiunxerunt, iam Comites Sabaudiæ, iam Marchiones Segasiani & Taurinorum, Pedemontiiq; Principes à Sigismũdo Im-

Imperatore facti. Vide Genealogiam Ducum apud Merulam *part. 2. Cosm. lib. 3 c. 43.*

Camberiacum Ducatus metropolis est, vulgò *Chambery* dicta. Vrbs perelegans. Parlamentum in ea est totius provinciæ, cui præsidet hodie Antonius Faber ICtus celeberrimus, compellantibus se humanissimus. Arx elegans hic Ducum Sabaudiæ cum horto contiguo peramœno. *Chambery.*

Genevam hinc tendendum, urbem antiquissimam: extremā olim Allobrogum, proximamque Helvetiorum finibus Cæsari dictam. Novissimè Comitatus & Episcopatus titulo fulsit. Vrbs est munitissima, eáque duplex Rhodano intersecta, quarum minor S. Geruasii vocatur, à tēplo ei dicato: maior colli adcūbit, cuius ima lacus Lemanus *Geneva.*

irrigat. Ponte utraque pars iungitur cui hinc inde maximè in insula impositæ utrinque ædes. Specula in insula est structuræ antiquissimæ. A Cæsaris temporibus superstes adhuc creditur. Templum primarium hic D. Petro consecratum olim Apollinis fuisse viri docti credunt: Inscriptionibus antiquis verisimilitudinem facientibus. In muro exteriori huius templi aquila biceps sculpturæ per antiquæ cernitur, quam signum esse perhibent liberam esse eam ab antiquo Imperii urbem. In Curia videbis tabulam fœdus Genevensium cum Bernatibus & Tigurinis, ab anno 1536. contractum, continentem. Testudinem notabis in eadem, ita factã ut equiti adscensus facilis sit: tũ & urnas in eius atrio suspensas: & subtus in conclavi quodam

sca-

ſcalas quibus Sabaudi uſi fuerãt in noviſſimo adſultu. Armamẽtarium vicinum eſt : in quo multa ſuſpenſa trophæa. Extra portam contiguam interiorem area in colle eſt amœniſſima (*la plette forme*) ex qua iucundus in ſubiectam planiciem hortóſq; & vineas proſpectus. Tribus hodie intratur portis, 1. *la porte riue*. 2. *la porte neufue*. 3. *la porte Corneuin* : prioribus in maiori, poſteriori in minori. Plateas nõnullas habet elegantes, in primis oblongam illam protectis contra iniuriam pluviarum munitam : ut cadente etiam denſiſſimo imbre ſiccus inambulare poſſis. Auratas, quas *truites* vocant, in lacu capiunt vivariiſq;, quæ pali cingunt, incluſas conſervant maximas ; quæ videri merentur. Aurifaber in ponte habitans rupem ex diverſis me-

callis & lapillis, inque ea urbem & arcem cum omnis generis artificibus fabricavit. Laudabis hominis industriam, cùm videbis. Collegium inaccessum ne relinquas, & intres quoque bibliothecam, in qua ostendentur tibi Biblia Gallica ante 300. & quod excurrit annos versa. Cæterùm urbs est Mercurialis, vigétq; inprimis negotiatio serica. Quin & librariâ negotiatione nobilitatissima est. Ad victum necessaria in hac urbe non desideres. Vinum etiam nobilissimum omni ex parte crescit. Capones opimissimos hic esitare est, qui in longinquas hinc mittuntur oras. Olerum & leguminum abunde horti & rura contigua suppeditãt. Aer est purus: varia amœnitas. Inprimis contiguum pratum; *le plain palais*, iucundam prestat ambulationẽ.

l'Ecluse.

Clu-

Clusa hinc quatuor miliaribus abest, in ripa prærupta Rhodani dextra, specuq; imminentis rupis. Huc expacieris, & videas voraginē Rodani, qua oculis subducitur, & ad aliquantum spacium denuo prodit, póstq; semper cōspicuꝰ & quietior labitur.

Ab hac urbe exiguo spacio incipit Helvetia quam quum describendam mihi hoc libello non sumpserim, ind cabo solùm iter quo ad Rhenum, à quo Argentinæ abreptus à me fuisti, te reducam.

Transeunda hîc tibi hæc loca: *Versonia*, pagus ignobilis, olim castellum: *Coppet*, oppidulum: Noviodunum, vulgò *Nyon*, oppidulum: *Rolle*, vicus amœnus, cum arce: Morgæum vulgò *Morges*, oppidum: Lausanna, urbs Episcopatu Aventico, tum concilio Basiliensi, eò trās-

lato, nobilis: (Hodie hic agit Dn. Fabricius, insignis Chirurgus, quem salutes, & instrumenta artis suæ mira noviterque ab ipso excogitata, quæ olim Paterniaci vidimus, lustres. Methone, vulgò *Modon*, Germanicè *Milden*: Paterniacum, vulgò *Payerne*, Germanis *Peterlingen*, oppidum amœno loco situm. Hinc duplex iter est: I. ut Friburgum Vchtlādiæ adeas, unam ex Helvetiæ civitatibus, quas *cantons* vocāt, (mirus hic urbis situs delectabit oculos tuos) & inde per sylvam amœnissimam Bernam contendas. II. Vt transeas *VVifselspurgium*, pagum in Aventici urbis amplissimæ, antiquissimæ areā situm, cuius hodiéque rudera, magnificentię veteris reliquias, conspicies. Inde Murathum petas, ubi Carolus Burgundus ab Helvetiis & sociis cęsus:

Aventicum.

Murathum.

ſus : quâ de re extat inſcriptio Latina & Germanica ædiculæ, in quam oſſa occumbentium repoſita, adſcripta. *D. O. M. Caroli inclyti & fortiſſimi Ducis Burgundiæ exercitus Murathū obſidens ab Helvetiis caſus hoc ſui monimentum reliquit*, Anno 1476.

Tranſitā tandem Arbergā Bernatum hodie, olim Comitū cognominum oppido, Bernam intrès. Ex bivio hoc poſteriorē viam eligerem, Bernáque Friburgū irem, redirē. Bernæ (quæ urbs Arulâ ferè tota circundata colli impoſita eſt) luſtres templū ſummum & trophæa inibi ſuſpenſa, tum campanam in turre pendentem, portæq; imminentem extremi iudicii in ſaxo ſculpturam, in qua obſervabis nonnulla non contemnenda. Adeas etiam Curiam & Cancellariam,

contempleris turrim continentem occasionem Bernæ ædificatæ, nominísq; impositi rationē. Transmisso cœnobio *Frauenbrun*, quod præliū in vicinis cōmissum nobilitavit, Salodurum pervenies, vulgò *Salothurn*, Gallicè *Saleure*, Helvetiæ civitatem ad Arulā iacentem. Vrbi nomen esse à solo duro nonnulli nugātur: quippe enim *Salador* in antiqua inscriptione audit. Alii à telonio quasi *Zollentour* appellatum, à sola turri alii malunt. Vrbs est antiquissima.

Templum ibi elegans, & in eo monimentum Hotomani, cuius origo ex Silesia: & nominantur *die Otman*. Vnus ex iis in Galliam veniens, rebus præclarè gestis ad honores evectus, nominis initio literam H addidit. Lege in eodem templo versus utrinque Altari inscriptos.

Tur-

Turris hîc antiquissima, cui inscriptum Latinè:

In Celtis nihil est Soloduro antiquius, unis
Exceptis Treveris, quarum ego dicta soror.

Germanici additi insuper aliquot versus.

Legatus Christianissimi Galliarum Regis ad Helvetios hîc residet. Primores plerique militiæ sunt dediti, & ab ea nomen sibi quæsiverunt. Hinc septem miliaribus Germanicis prægrādibus Basileam delatum Rheno te sisto, à cuius fluentis Argentinâ me Duce abisti. Faxit Deus ut non solùm applausu aliorum tibi accinatur, sed & ipsus ingeminare possis exoptatum tibi

FELICITER.

APPENDIX.

ITINERARIO GALLIÆ ET REGIONVM FI-nitimarum adiecta,

DE BVRDIGALA:

Auctore

IODOCO SIN-CERO.

V. CLmo.

VALENTINO ARITHMAEO, I. V. ET PHILOSOPHIAE Doctori, S.



REVES ecce pagellæ meæ tuum oſtentant nomen, vir amiciſſime. Tuíſne id aut illuſtris generoſique tui Baronis ingratiis? Neutrius opinor. Non illius: Cur enim, quem tanto adfectu, teſtibus qui utrũque norunt, complectitur,

tur, ejuſdem, quà inſtitu
tionem, Chironis; quà it
nera, Achatis ſui nome
nolit in eodem cum ſu
cumulari libello : cùn
magnus Europæ Monar
cha, quem nôſti, & Eo
Occiduique nôrunt, vir
ſibi ab officiis, quem, ſ
ré probè æſtimes non ali
adfectus genere proſe
quebatur, vel cor cum
ſuo eodem loco tumulari,
epigraphe rei æternùm
teſte impoſitâ voluerit:
Non tuis: Cum nôris me
necopinantem eâ huma-
nitate à te ad mutuam fa-
miliaritatem, cùm è Rau-
ra-

racis reverſus eſſes, pellectum, quæ confundere poſſet unum atque alterum ſequiùs de te & me opinatum: eâque tali, ut malus ſim ni vel agnitione redhoſtiam. Argumentum libelli ne diſpliceat, vix metuo. Iuxtà enim, quòd haut pauca ejus literas tibi amatas & cultas, à teq; excultas, cõtingunt, volupe erit tibi ejus urbis encomia tuo nomine premiſſo in vaſto Famæ templo conſecrari, in qua ipſus extremo anno ſuperiori vidiſti matrimonio coaleſcere duos regia-

ad eius licuit, absolvi, eius
que Appendicem feci, qu
tertius liber futura erat
Descriptionem *Burdigala*
Illam enim mihi non maxi
mam Galliarum, sed nec e
parvis, urbem selegi: cum
quòd venerandis Antiqui-
tatum monimentis, quæ lo
cus iste custodit, id debeo
tum quòd, excepto eo loco in
quo hæc scribo, nescio quo-
modo ille terrarum mih
pręter omnes Angulus ri
det: *tum etiam, quod ad*
eandem ferè faciem, de ea
dem hæc iuveni nobili olim
collegeram, adeoq; magis
in numerato mihi erat d
ca-

ea aliquid, quàm de quavis alia referre. Habe ergo tibi hoc, quicquid est, eoque utere: & si in quo cōmodavi, amicè id agnosce: si qua pecco, quod facillimum, ignosce. VALE.

contempleris turrim continentem occasionem Bernæ ædificatæ, nominisq; impositi rationē. Transmisso cœnobio *Frauenbrun*, quod præliū in vicinis cōmissum nobilitavit, Salodurum pervenies, vulgò *Solothurn*, Gallicè *Saleure*, Helvetiæ civitatem ad Arulā iacentem. Vrbi nomen esse à solo duro nonnulli nugāntur: quippe enim *Salador* in antiqua inscriptione audit. Alii à telonio quasi *Zollentour* appellatum, à sola turri alii malunt. Vrbs est antiquissima.

Templum ibi elegans, & in eo monimentum Hotomani, cuius origo ex Silesia: & nominantur *die Otman*. Vnus ex iis in Galliam veniens, rebus præclarè gestis ad honores evectus, nominis initio literam H addidit. Lege in eodem templo versus utrinque Altari inscriptos.

Tur-

Turris hîc antiquissima, cui inscriptum Latinè:

In Celtis nihil est Soloduro antiquius, unis
Exceptis Treveris, quarum ego dicta soror.

Germanici additi insuper aliquot versus.

Legatus Christianissimi Galliarum Regis ad Helvetios hîc residet. Primores plerique militiæ sunt dediti, & ab ea nomen sibi quæsiverunt. Hinc septem miliaribus Germanicis prægrãdibus Basileam delatum Rheno te sisto, à cuius fluentis Argentinâ me Duce abisti. Faxit Deus ut non solùm applausu aliorum tibi accinatur, sed & ipsus ingeminare possis exoptatum tibi

FELICITER.

APPENDIX.
ITINERARIO GALLIÆ ET REGIONVM FI-nitimarum adiecta,

DE BURDIGALA:

Auctore

IODOCO SIN-CERO.

V. CLmo.

VALENTINO ARITHMAEO, I. V. ET PHILOSOPHIAE Doctori, S.



REVES ecce pagellæ meæ tuum oſtentant nomen, vir amiciſſime. Tuiſne id aut illuſtris generoſique tui Baronis ingratiis? Neutrius opinor. Non illius: Cur enim, quem tanto adfectu, teſtibus qui utrũque norunt, complectitur,

tur, ejuſdem, quà inſtitu
tionem, Chironis; quà it
nera, Achatis ſui nome
nolit in eodem cum ſu
cumulari libello : cùn
magnus Europæ Monar
cha, quem nôſti, & Eo
Occiduique nôrunt, vi
ſibi ab oſſiciis, quem,
rē probè æſtimes non ali
adfectus genere proſe
quebatur, vel cor cum
ſuo eodem loco tumulari
epigraphe rei æternùn
teſte impoſitâ voluerit
Non tuis: Cum nôris m
necopinantem eâ huma
nitate à te ad mutuam fa
miliaritatem, cùm è Rau
ra

racis reverſus eſſes, pelle-
ctum , quæ confundere
poſſet unum atque
alterum ſequiùs de te &
me opinatum : eâque ta-
li , ut malus ſim ni vel a-
gnitione redhoſtiam. Ar-
gumentum libelli ne di-
ſpliceat, vix metuo. Iuxtà
enim, quòd haut pauca e-
jus literas tibi amatas &
cultas, à teq; excultas, cō-
tingunt , volupe erit tibi
ejus urbis encomia tuo
nomine premiſſo in vaſto
Famæ templo conſecrari,
in qua ipſus extremo an-
no ſuperiori vidiſti matri-
monio coaleſcere duos re-

gia-

giarum familiarum po-
tentissimarum surculos
Amando igitur audacte
hoc quicquid est chartu
larum ad te, nec si qui
præter spem pecco, alite
quàm deprecatione emē
do. Vale. LUGDUNI
Nonis Augusti. cIɔ Iɔ
CXVI.

AMI

AMICE LECTOR,

ANIMUS erat hoc itinerarium in tres libellos dispescere: ut primo, de Gallia in genere agerem: medio de itinere locisq; particularibus cursim & perfunctoriè loquerer: extremo, unius paulo diligentiùs delineata urbis exemplo monstrarem, quomodo factum oportuerit, si omnia diligenter referre instituissem. Primum librum tempore exclusus, & negotiis pressus, non attigi: Secundum, quo-

ad eius licuit, absolvi, eiu
que Appendicem feci, qu
tertius liber futura era
Des*criptionem* Burdigal
Illam enim mihi non maxi
mam Galliarum, sed nec e
parvis, urbem selegi: cu
quòd venerandis Antiqui
tatum monimentis, quæ lo
cus iste custodit, id debeo
tum quòd, excepto eo loco i
quo hæc scribo, nescio quo
modo ille terrarum mih
prȩter omnes Angulus ri
det: *tum etiam, quod a*
eandem ferè faciem, de ea
dem hæc iuveni nobili olim
collegeram, adeoq; magi
in numerato mihi erat d
ca-

ea aliquid, quàm de quavis alia referre. *Habe ergo tibi hoc, quicquid est, eoque utere: & si in quo cõmodavi, amicè id agnosce: si qua pecco, quod facillimum, ignosce.* VALE.

IOD. SINCERI.

ITINERARI
PER GALLIAM
ET FINITIMAS
regiones Appendix:

DE BURDIGALA

ADITA mihi per Gallia rum partem peregrinan ti nuper fuit Burdigala Eam ut tester probè mihi visam oculis non in præsententen modò urbem coniectis, sed re trò in aliquot secula flexis: ecc promam tibi illa, quæ extrane um & peregrinantem de hac ur be scire oportere censeo. Ma gnæ inquam urbis speciem in exiguâ tabellâ pictam exhibebo.

De-

Debo id vel genio loci, qui is est, ut non neminem allicere ad se possit. Cui cùm olim iuxta ex tot nescioquem AUGUSTUM voverit pia manus marmoreum saxum, an fraudi mihi fuerit si eidem papyraceum hoc Christiano tamen sensu dedicem monimen?

Vid. infr. p. 614.

Id ut ordine aliquo faciam, his meipsum includam limitibus, ut desinam cùm Dodecadem capitum absolvero, quæ hæc sunt: *I. De Provincia in quâ nostra urbs sita. II. de Nomine urbis. III. de Antiquitate. IV. de Formâ ad quam ædificata. V. de incrementis quæ successu temporis fecit: VI. de Loci commoditate: ubi obiter excursum in loca vicina. VII. de Aedificiis nobilioribus tam sacris quàm profanis VIII. de Viris illustribus ex eâ oriundis,*

aut

aut quas illa fovit. IX de Malis, qua exantlauit. X. de Dignitate quâ olim fulsit & nunc fulget: ubi inter alia de Parlamento & Academiâ. XI. sub quibus Dominis ab initio huc usq; fuerit. XII. Qua forma olim fuerit & sit hodieq; Reip.

CAPVT I.

DE PROVINCIA in qua nostra urbs sita.

PRovinciam, in quâ urbs hæc sita, primo habeo loco, quam nominem & describam: ne quis exoticarum regionum & urbium imperitus sub alio quàm quo obtenditur cælo eam quæritet. Illum quum in Aquitania constituẽdum habeam, res mo-

nct

net ut de Galliarum distributione in Narbonensem, Aquitanicam, Celticam & Belgicam præmittam, rémque paullo altiùs, quanquam brevissimè, repetam. Nil nobis iam nunc rei est cum Gallis Cisalpinis (respectu urbis orbis Dominæ: nobis enim nunc sunt ultramontani) Insubriam habitantibus olim: & herclè minùs cum Asiaticis Galatiæ, sive Gallogræciæ. In Transalpinis nunc agimus. Horum Gallia olim fuerat Bracata & Comata: Illa Australis à vestis genere nomen adepta; hæc trionibus obversa, cui studium alendi comas vocabulum dederat. Termini utriusque ferè erant iuga montis Gebennici: continebanturque sub Bracatâ LANGEDOCCIUM, PROVINCIA, DELPHINATUS, SABAUDIA, provinciæ hodie his

Gallia Boucata & Comata.

nominibus distinctæ. Atque hæc eadem ab Italia Adula, quæ hodie mons S. Godbardi dicitur & Alpibus usque ad Vari fluminis ostia disseparabatur. Harum non utriusque, sed posterioris tantùm (quippe quæ sola Galliæ vocabulo temporibus, quæ Octav. Augustum antecesserunt, veniebat) divisio à Caio Iulio Cæsare, cùm armis eam subegisset instituta fuit in AQVITANICAM, quæ fuit inter Pyrenæos, mare & Garumnam: Celticam, quæ inter Garumnam & Matronam: Belgicam quæ à Matronâ usque ad Rhenum. Augustus Octavianus addidit quartam Narbonensem, quæ Bracata fuerat, & divisionem C. Cæsaris emandavit, Celtis eripiens id quod includitur amnibus Ligeri & Garumnâ, & Aquitanis, qui antea exiguam por-

Aquitania Augusti.

portionem, si cum reliquis duabus conferretur, tenebant, accensens.

Aquitania igitur ex tribus C. Iulii Cæsaris, aut quatuor Octaviani Augusti Galliæ partibus una fuit. Eadem, cùm Galliam omnem Augustus, ut eo meliùs gubernari posset, in XVII. provincias distingueret, cœpit fieri Aquitanica Prima, cuius caput Biturigum Avaricum; Secunda, cuius Burdigala; Tertia, quæ & Novem populania, (nominis rationem vide apud Merulam pag. 579. cap. 38.) cuius caput civitas Ausciorum.

Vtque fines Aquitaniæ sub Augusto mutati fuére primitus: sic & pòst haut semel non permanserunt iidem. Cùm enim Reges ANGLIAE Aquitaniam iure feudi tenerent à Rege Francorũ, angustiores erant termini *Aquitania Anglorum.*

illis, qui ab Augusto ponebantur: Quippe citra Garumnam PICTONIUM, SANTONIUM, ENCOLISMENSES, LEMOVICIUM, RUTENENSES, PETROCORIUM, AGINNENSES, CADURCIUM, solùm nec superiores Ligeris accolas aliósq; ipsis vicinos complectebatur: latiores tamen novissimis, quos LUDOVICUS XI. cùm fratri Carolo Ducatum Aquitaniæ iure appenagii, concederet, hactenus restrinxit, ut quatuor Seneschalias comprehenderet: BURDEGALENSEM, VASATENSEM, LAPURDENSEM ET SANTONIUM. Quanquam ex vicinis populis extra iam dictas præfecturas nonnulli hodiéque se prædicent Aquitanos: uti ante LUDOVICI XI. tempora reverà fuerant.

Vid. inf. in extremo c. penult. Vinet. in Ant. nu. 4. Aquitania Lud. XI.

Hæc

Hæc Aquitania toties porrectis & retrotractis variata finibus, si quis scire haveat, unde hanc appellationem traxerit, sic habeat. Vti regnum Galliæ ex tot provinciis constans ab unius tamen Franciæ nomine nomen mutuatur suum, & FRANCIA dicitur, quod & ipsum fit in AFRICA ET ASIA. Sic AQVITANIA olim, quæ tot populos ambitu suo includebat, ab solis Aquitanis, teste Plinio lib. 4. ca. 13. nomen sumpsit. Verba eius sunt: *Gallia Aquitanica sunt Ambilatri, Anagnutes, Pictones, Santones liberi, Bituriges liberi cognomento Vibisci, Aquitani, unde nomen provinciæ: Sediboniates, &c.* Ii Aquitani colebant urbem AQVAS AVGVSTAS, quæ & alio nomine AQVAE TARBELLICAE, dicta. Illo sensu stirpis Aquitanæ

matrem. Paulino obtigisse ait Ausonius Burdigalensis 24. Parental.

Stirpis Aquitana mater tibi: nam genitori.
Cossio Vasatum municipale genus.

Nempe quòd AQVIS oriunda: non quod ex Aquitania: nã sic & pater Vasatensis Aquitanus fuisset. Oppidum perexiguum, teste Vineto, sed munitissimum, & cuius mœnia vetustatem non exiguam referant, uti & vetusta solia marmorea, AQS hodiéque dictum, cuius incolæ vulgò AQVENSES audiunt: in ripa Aturi situm, quod pluribus describit Elias Vinetus ad Auson *XXIV. parentalium*, ex eóque Paulus Merula *Cosmogr. parte 2. lib. 3. cap.* 34. Iosephus verò Scaliger *libro* 1. *lect. Auson.*

son. cap. 6. easdem Aquas Tarbellicas esse has Augustas ad Arturum probè defendit contra illos qui Bigerronum Tarben eas esse nugantur: quam non civitatem sed vicum fuisse ex elegantissimâ inscriptione, quam paulo inferiùs laudo, probat, in quibus VICANI AQVENSES nominantur.

Ab hoc Latino Aquitaniæ nomine descendit corruptum Galliarum la GVIENNE, quo etiam censetur hodie in eâ parte antiquæ, quam Aquitaniam esse solam voluit Ludovicus XI. Nam bona pars eius iam Gasconia sive Vasconia audit: nempe provinciæ Novempopulaniæ pars maxima, Pyrenæis montibus Languedoccio, Garumna, Guiennâ, & Oceano terminata. Nomen tractum à Vasconibus populis Pyrenæos

Guienne unde dicta.

montes incolentibus, ubi nunc Guipuisci & Navarri, & qui pars erant Cantabrorum, devictis à Ludovico Caroli Magni filio, & in hæc plana loca demissis: quo de vide Vinet. *Antiq. n.* 3. *&* *ad Auson. n.* 493. *A.* Merulam *cap.* 38.

Sic igitur factum est ut Aquitaniæ Augusti ferè tertia pars sit Aquitania hodierna, quæ id temporis in alterâ, quam retulimus in 17. provincias distributione, conficiebat Aquitanicam Secundam. Prima Celtica facta fuit, postquam Aquitania Duces suos habere cœpit, & ab ipsis ad Reges Angliæ devoluta fuit, magísq; sub Ludovico XI. Tertia Vasconiæ appellatione venit. Quamquam, quà statum Ecclesiasticum, Augusti divisio nondum exspiraverit: Quippe enim quà hunc Avaricum Biturigum hodié-

hodiéque metropolis est Aquitaniæ primæ, Burdigala secundæ, Civitas Auscorum tertiæ.

Huius igitur sive tertię Aquitaniæ partis Augusto dividente: sive totius Aquitaniæ ex novissimâ distributione Galliarũ urbs primaria & ocellus est Burdigala, de cuius nunc nomine agendum.

CAPVT. II.

DE NOMINE urbis.

DE nomine hæc notavi: Iuspiter se prostituisse Domitium Calderinum, cùm Burdigalam à *bardis Gallis* dictam adstruit. Cui eruditè responsum à Vineto *in antiquit. Burdigalens.*

n. 32. & ad Ausoni Burdigalam n. 208. G. cùm ex eo, quòd Terentius Varro irrisus à suis fuerit, quòd Græcis verbis Latinas dederit origines, cui par sit Domitius, qui Gallicę voci Latinam similiter dare voluerit: cùm Gallos non fuisse tam vocabulorum inopes verisimile sit, ut oportuerit paupertati linguæ suæ opem quærere ab abũdantiâ Latinæ: tum quòd si à bardis nomen fenerãdum huic urbi, bardum potiùs Gallicè quàm Latinè interpretandum, quem Gallorum linguâ significare cantorem testis sit Festus. Minùs ineptiunt, (quanquam & hoc longè petitum) qui Gallicam hanc derivationem agnoscunt & dicũt dictam esse Bourdeaux, quasi *bord des eaux de la Garõne.* Quin & tolerandi quadamtenus qui à *Bourda & Iala* duo-

duobus rivulis, quorum alter proximus Burdigalæ, alter ad duos lapides remotus, tractum hoc nominis volunt. Sed ne vescamur lolio, tam vili tritico. Prodita iam dudum est eruditè à viris doctis nominis huius etymologia, cui enucleandę age revertamur nonnihil ad ævum superius. *Vinet. Antiq. n.32.*

Ex Strabone Ptolomæo & Plinio iamdudum demonstravit vir doctus Elias Vinetus Bituriges antiquitùs fuisse duplices, alteros ad Ligerim, qui hodiéque nomen servant, olim Bituriges Cubos dictos: alteros ad Garumnam nominatos Bituriges Viviscos. Addit amplius Strabo, illos qui coluerint Burdigalam dictos BITURIGES VIVISCOS, & in totâ Aquitaniâ non fuisse extraneos & Gallos (GALLI hîc, cum opponun- *Merula p 551. Vinet. Antiq n.22. & ad Aus. n. 208. At. Bituriges Cubi & Vibisci.*

tur Aquitanis, ex divisione Cæsaris intelliguntur illi qui cis Garumnam habitant) præter hos ipsos Bituriges Viviscos, qui non fuerint Aquitani sed Galli. Verisimilis igitur est conjectura, coloniam Biturigum Cuborum, aut, ut Isidorus in loco infrà allegato loqui prætulit. Biturigum Gallorum migrasse in has sedes, magis, quia ex Livio notum est, regnante Tarquinio Prisco Ambigatum Regem Galliæ (nempe qui inter Mationam & Garumnam) cùm videret numero populi laborare ditionem suam, emisisse duos exercitus, cum fœminis & liberis alterum in Germaniam, in Italiam alterum quæsitum novas quas habitarent terras: uti mirum non sit eandem ob causam eâdē ex terrâ emigrâsse hos Vibiscos. Imò ampliùs:

Ex quo loco certum sit coloniã fuisse Gallorũ Vibiscos. Vin. Antiq. m. 56.

cum

cum illis una movisse & Boios vicinos, & Boiatum urbem condidisse, á que nomine suo appellasse. nominis vestigiis hodieq; in BAIONAE vocabulo extantibus. Propiùs adhuc accedit Boiona, quomodo Vinetus puerum se audisse appellari testatur. Vulgò etiam audiunt hi populi *Buies*, & ager ipsorum *Buchs*. Quod eo mihi fit verisimilius, quòd testis est Livi⁹ hos & ipsos, ceu de Biturigibus refert, Alpes Rhenumque transgressos, & in Italiam Germaniamque colonias transduxisse. Vide Vinet. *ad Auson. Epist. n. 566. lit. C. D.* Atq; ita hercle est, fuit Civitas Biturigum Viviscorũ Burdigala. Præter Strabonem fidem huic rei faciunt, I. Ausonius, qui ita de se in Eidyllio de Mosellâ:

Vinet. Antiq. n. 24. & ad Auson. n. 208. G.

Hac ego VIVISCA ducens ab origine gentem.

At Burdigalensis fuit Ausonius. Secundò marmor antiquũ in arce Tropeita inventum & nunc in Basilicâ erectum: quod, quia in mentionem eius incidimus, ecce totum descriptum hîc promo, verbis Eliæ Vineti *ad Aus. n.* 208. *B.* cum suâ subscriptione novellâ. Eius unâ in planitie hæc est inscriptio.

AUGUSTO SACRUM
ET GENIO CIVITATIS
BIT. VIV.

quisquis hic Augustus sit, ac quocunque in loco positum, & cui usui hoc monimentum quondam fuerit. In dexterâ vasis extat forma ansati, ore pedéque imo ferè paribus, sed ventre latiore, ac ovi figura, quocunque veteres nomine hoc genus vocaverũt. In sinistrâ quod est incisum,

lanx

lanx esse videtur & discus vas escarium, quod inter sacrificalia tertium nominavit Ausonius in versu cẽtesimo & quarto Technopagnii. Ibi rosam agnoscere mihi videor expassam. In cuius medio capitulum eminet humanum quasi quibusdã aliis ab utroq; humero expassis, subiectoq; quod mantile conglobatum mappáue videatur. In posticâ coronæ quernea est, lemniscata. Summum verò marmor canales duos exornant cylindri, squãmis quibusdam obducti, humanisq; vultibus, qualem solemus Lunã pingere, in basibus insigniti, canale disparati tam alto, ut ibi quondam fuisse aliquid erectum suspicio sit, quod ornatui foret monimento. Illud igitur BIT. VIV. pro Biturigum Viviscorum vocabulo, accipio: ex eaq; perantiquâ inscriptione, apud vetustos scri-

scriptores Latinos Græcosque à librariis emendo:

In basi marmoris huius, ut nunc conspicitur erectum, hoc incisum est Elogium: HOC ANNOSUM *marmor in arce Tropeita pulvere & sordibus obsitum, impetrarunt à Iac. Matignono Fr. Mareschello & civitatis Maiore Gr. Mutet. F Bonagues, P. Desaigues, I. Thalet. I. Guicheuer. I. Labat; Iurati Burdigalenses, Præfectique Vrbis, & G. de Lurbe. R. Pichon Syndicus & Scriba civitatis, & hic in memoriam antiquitatis & nominis Viuisci locandum curaverunt* CIↃ IↃ XC.

Vt hoc inspergam, similem inscriptionem, cum disco libatorio & simpulo Tarbæ Bigerronum invenit Scalig. Auson. lect. 6. NUMINI AUGUSTI SACRUM SECUNDUS SEM-

BE-

BEDONIS FIL. NOMINE VICANORUM AQVENSIUM ET SUO POSUIT. quæ lucem dat noſtræ. Sed ſequamur lineam.

Tertiò lapis antiquus ecſoſſus ex fundamentis antiquorum murorum cum hac inſcriptione:

IVL. LVPVS. C
BITVRIX. V.
D. E. ANN. XXXV.
FIL. EIVS. P. C.

Vinet. Ant. n. 25. Meru. pag. 550. ad Auſ. n. 208. C.

Opinatur doctiſſimus Vinetus poſt verbum BITURIX alterum veterum Burdigalenſium nomen, aut eius ſaltem vocabuli principium ſcriptum fuiſſe, ſi quis oculatior in iſtum lapidem incidiſſet antequam imperiti quadratarii ſcripturam deleviſſent. Creditque fuiſſe aut VB, aut VIB. aut VIB: quarum notarum

rum prima medium temonem habuerit triplici fungentem munere, ut esset media litera V litera I. integra, & pars erectior literæ B cuiusmodi compendiis usos fuisse antiquos in inscriptionibus compertum est. Rectè igitur, quod QVARTUM est testimonium iuxta Strabonem. ISIDORUS, quamquã persæpe nugas gerras agens, etymologiam hanc nobis prodidit, dum ait: *Burdigalam appellatam ferunt, quòd Bituriges Gallos primùm habuerit colonos, quibus antè cultoribus impleta est*. Sicquidem ex MSS legendũ ait Merula *p. 551. in fin.* Quòd si legamus cum vulgatis BURGOS GALLOS, uti in omnibus scriptis cusísque exemplatibus vidisse se Vinetus testatur, dicendum est cum ipso, BURGOS appellatos per contractionem, sicut

ſicut metropolis ipſorum Burgas (BOVRGES) appellatur. Potuit igitur fortean BITURIGALA appellata & nomen hoc contractum pòſt fuiſſe in BURDIGALA. Nec mirum, quòd non BURDIGALLIA, ſed BURDIGALA ſcribitur, cùm & Græcis Galatas, non Gallatas ex Gallis priſcis fecerint. Firmandæ huic Etymologiæ, ſi alia deſint, poſtquam conſtat Biturigas Viviſcos hanc urbem coluiſſe, vel BITURIGUM CUBORUM urbis nomen facere poſſit, quæ & ipſa inſimile quid mutavit, BOVRGES dicta: quamq; propiùs abeat. Hoc certè probat, uti in *Bourges* prima ſyllaba duarū vel trium vicem præſtat in *Bituriges*: ſic & poſſe in vocabulo *Bourdeaux*. Amántq; hoc modo Galli ſeſquipedalia Græcorū & Latinorum verba, cum ſua faciunt,

Ant. n. 35. Vin.

faciunt, contrahere: vel unis, si desint alia, Aquis Sextiis, *Aix* nunc dictis, rei fidem facientibus.

Evictum iam Bituriges Viviscos Burdigalæ urbi suæ nomen dedisse. Sed & is populus (quod obiter tango) aliam habebat urbem & ipsam *Biturigum Viviscorum* dictam, NOVIOMAGUM, quæ cognomines plures habuit aliis in provinciis urbes. Cuius situm ita delineat Ptolemæus, ut constet in extremo Medulorum angulo ad ostium Garumnæ positam fuisse, ubi pagus nunc est Solacus, & vicina rupes Cordan pharo impositâ nobilis, sine dubio reliquum promontorii CURIANI. At istius urbis nūc nec vola nec vestigiū exstat: Sicut nec insulæ ANTROS, quam ibidem collocat Ptolemæus. Hausta urbs ea ter-

ra

ræ motu fuerit (quantus terræ motus in Viviſcis fuerit anno 1427. vide in Chronica Lurbei) an Oceanus Garumnáve Oceano nihilo mitior ſubmerſerit, (quale fatum Selandiæ & Bataviæ experta nõ exigua portio,) an arena texerit, ſive quæ alia fortuna radicitùs adeò ſuſtulerit incertum. Quòd ſi non veſtigia eius ſuperſunt adhuc eo in lacu Medulorum, in quo narrant incolæ, cùm ſiccitas magna eſt & aquæ paullo minus, videri muros & ſigna quædam urbis, non indignum creditu eſt quod Vineto videtur, eorum quæ diximꝰ aliquid contigiſſe huic urbi, quia iſtic ora continentis nullis rupibus aut montibus prætenditur, quibus maris allabentis impetus coerceri poſſit: & venti à mari flantes egeſtam ex imo Oceani arenam & ſiccatam cumula- *Vinet. Ant. n. 38.*

mulatum in intimiorem propellunt terram. Mirum est quod narrat, sed oculatus testis idem Vinetus: Ex adversa Garumnæ parte in Arvertino Santonum litore se deambulantem notasse prominentia ex arenarum mōtibus cacumina turrium & ædium iam olim ad eam faciem tumulata, & quæ nuper, ventis ingestam arenam in intimiora loca agentibus, cœperint fastigia sua ostendere, nemini incolarū ante id tempus visu audituve cognita: tū sylvas ferè integras usq; ad procerarum abietum cacumina arenis obrutas. Quod verò circumfertur M. Luci & Sardicæ Epitaphium, Noviomagi mentionem faciens, quasi Solaci inventum fuerit, id Vinetus aliiq; commentum aliis imponere volentis adstruxerunt. Quia tamen non illepidum est,

Vinet. Aus. n. 208. F. & in Ant.

age

age Milesias etiam interspergamus, & fallendi temporis audiamus fabulantes. Ita verò illud se habet :

D. M.

Flagitium maximum, Viatores scire si id volti, huc sistite gressum. Ac primùm M. Lucius & Sardica hoc marmore clauduntur, miseri amantes qui & unde profecti, quando hic meus nō volt, faxo scieritis. Mihi Africa, huic Roma patria. Cuius in amorem illecta urentur oh si non fuissem, dum iuvenem Romam cum victore exercitu sequor redeuntem, tempestate acti sæva in piratas incidimus. Hei misella, venimus ambo negotiatori quoidam, ego Gallo, me qui Noviomagum transfert, hic nauclero Lusitanico, remex ut fuat: quo ministerio, ab se lus, II. annos apud hos illosq; functus.

Cedò

Cedò Luci adesto : dum per manus traditus multis in obsequiũ cedit miserimè, ruptis demum nocte vinculis clam exit in littus. tantisper per saltus & sylvas liber, donec vagum in via latrones arripiunt, a queis post diutim latrocinalis servitutis labores exantlatos, heri mei filio veh distrahitur per oram Dalmatiæ tunc fortè naviganti ei filio coniux patre hero destinabar quoi reverso, ita ut fit, occurrens basiolum impressura, at Lucium meum ponè cum sarcinulis sequentem intueor, hæreo cogitabunda sicuti humonem noram. Erat enim vultu scallido contractaq; macie Agnosco ô dilectam mi quondam faciem: minimo minus lætitia in humum concidi exanimis, atq; retinere labantem festinans, corculum, infit, meum vivin'? Papa quæ momen-

momento tunc admiratio omnibus iussa ab hero cuncta texo ordine amorum nostrorum. Oh plaudite, miseretur herus & meum Luciolum volt mihi patremfamilias darier. Nuptiis dictus dies, advortite, dum accumbitur, puer è proxima vicinia qua in adiacentis hortuli arbores considentem avem indipisceretur, per fenestram introrsum arcu adacto, male destinato ictu prohdolor mihi & misello huic, ehodum Luci adesto, narranti lachrymæ verba sorbillant, nobis in alterius conspectu utrique convivanti vitam pectoribus transfixis aufert. Hoc puto mea vobis Sardica volebat farier.

Sed missam faciundum quæ periit, Viviscam urbem: & contemplandum eam, quæ superstes etiamnum floret.

CAPVT III.

DE ANTIQVITATE Burdigalæ.

INcunabula huius urbis indagare difficile est, cùm non sit antiquior Strabone auctor, qui de ea loquatur. Minimùm igitur fuit ante Strabonem qui sub Oct. Augusto vixit; sed quanto temporis ipsum antecesserit intervallo, nescitur. Cæterùm si desit Strabonis testimonium, nō deessent tamen, quæ evincere possint, eam si non sit infimæ antiquitatis, non esse novitiam tamen. Quorum notata à me sunt quatuor: I. Quadratorum murorū Burdigalæ Ausonianæ reliquiæ. II. Rudera insignis Amphitheatri extra urbem. III.

Stan-

Stantes adhuc columnę ædificii, quod hodie Palatium Tutelæ vocatur, intra urbem quidem præsentem, sed extra veterem Ausonii. IV. Marmora & lapides antiqui ex terrâ haut ita pridem eruti: tum balnearum vestigia sub terræ cumulis inventa. Quæ singula percurram, & notatu ad ea digna notabo.

De Quadratis muris & olim cecinit Ausonius, Poëta Burdigalensis, in hæc verba:

Quadrua murorum species sic turribus altis
Ardua, ut aërias intrent fastigia nubes.

Quadruam vocat speciem: at ea non omnino quadrata fuit ad Geometrarum regulam, sed oblonga, & ἑτερομήκης, ut reliquiæ adhuc istorum murorum probant. Oriëtale latus ad Garu-

mnam & Occidentale breviora fuêre, & latitudinem fecêre: Meridionale ad rivulum Peuga, & Septentrionale versus Medulos longiora, sic ut longitudinem constituerint. Ast hi muri, quorum reliquias videmus, & qui non parum antiquitatis præ se ferunt, dubitari possit an sint primi huius urbis muri, & an non aliis antea circundata fuerit, quibus dirutis fortè hos postea acceperit. Rationem dubitandi suppeditat: Quòd in fundamentis horum hîc ibi erutis numerus lapidum antiquorum inventus fuit, quos ex ruderibus templorum aliorúmq; ædificiorum huc translatos evidentia rei probat. Vt sunt fragmina columnarum & canaliũ, statuæ, Epitaphia, inscriptiones literis & verbis Romanis & inter has etiam nomen antiquorum inco-

incolorum, ut antè exemplum IULII LUPI allatum. Quæ res facit ut putare quis possit, primam urbem cum suis muris dirutam, éq; ruinis eius & fortè aliorū ædificiorum post desolationem aliquā huius urbis, hos muros exstructos fuisse. Adde quòd Gallos & inter hos Vibiscos antequā ab Augusto & Romanis subigerētur aliâ à Latinâ linguâ usos certum est: sic ut non solùm non ipsi muri sed nec istę inscriptiones muris ipsis antiquiores pertingant ad ipsius urbis antiquitatem quæ floruit etiam ante Augusti tempora, certè sub eo non nascens urbs sed nobile iam teste Strabone, fuit emporium. Verùm quamvis fortè non infima Burdigalæ hoc argumento probetur antiquitas. Minimùm non ex hodie atque heri natis esse evin-

cant. Et possitquis interim cum Vineto conicere, hæc, hæc prima fuisse Burdigalæ munimenta, primósque Burdigalenses sive Vibiscos nullis se Spartanorum exemplo sepsisse muris, ratos non aliis munimentis sibi opus quàm viris fortibus, tum satis munitos ingenio loci, quippe fluvio & paluſtribus uliginosísque locis Septos. Quæ coniectura sin vera est, munitio huius urbis ævo non multo erit grandior quàm est Ausonius.

Secundum antiquitatis indicium extra libros, superstites adhuc feci tenues magnifici Amphitheatri reliquias, extra urbē ad ipsius angulum inter Occidētem & Septentrionem prope ędem Divi Severini. Id sic describit Vinetus ad Ausonii Burdigalam n. 210. G. PALATIVM GALIENI, *quod vocant, seu* Ga-

Galiena, de quo antiquitatis ignarum vulgus egregiam fabulam commentum fuit: quam & Rodericum quemdam Toletanum referre non puduit libro quarto Hispanicorū, id videtur potiùs à Galieno Augusto nomen accepisse: quo imperatore Tetric⁹ quidam Aquitaniæ præfectus, Burdigala fuit Imperator fact⁹. Est autē Amphitheatrū sive potiùs pulchri quondam Amphitheatri tenues reliquiæ. Id circūdabant parietes sex: eratq; extimi, qui reliquos altitudine superabat, & intimi, omniū humilimi intervallū octoginta sex pedes, quantū quidē semiruta & iacentia vetustissima monumēta nobis eo pede metiri licuit, quē Glareanus Helvetius à Budæo Parisiensi accepisse se dictitabat. Media area lõgitudo quā excipiebant utrinq; portæ sin-

gulæ, ducentos & viginti quatuor; latitudo, centum & quadraginta pedes patebat: ut hac ovi figura construi moris erat. Extra urbem semper fuit, distabatq; à proximo mœnium Ausonianæ Burdigalæ angulo, passus minimum quadringentos. Hæc Vinetus.

Iubet & Luibeus in Chronicis sub annum 262. *facessere ineptias Roderici Toletani & Ioannis Curionis, qui putarũt Caroli Magni iussu & auspiciis ab exilio Hispanico reversi in gratiam Galienæ regis Galafri filiæ exædificatum: cum certissimum sit talia monimenta olere reliquias Romanæ potentiæ, quæ adhuc in pluribus Galliarum locis supersint, neq; alibi Carolũ à Pipino profugisse in Hispanias legatur. Tum, quòd antiquitus Amphitheatrum illud nomine*

Are-

Arenarum vocatum sit, quod se vidisse testatur in commentariis & chartis antiquis quo nomine similia opera Nemausi, Pictavii, Biturigibus & alibi vocantur. Hodie luparum & prostibulorũ istic est consistorium: sic etiã ut cũ in hospitio quæreremus ubi Palatium Galieni esset, risu exsonuerint omnia & pulpamentũ nos quærere putarint. Tertiũ posui PALATIUM TUTELAE, quo de hæc scribit Vinetus ad Ausonium dicto loco: *Hoc etiam extra urbem erat*, (Addit Lurbeus Chronico anno 1127. fuisse vineis circumseptum) *sed propius Garumnam & iuxta fossam, quâ latus urbis Septentriones spectans muniebatur: verùm in ipsâ tandem inclusum est urbe, quum illa ad eam partem ampliata fuit. Perystilium est quadrãgulum orthogonium,*

longum pedes octoginta septem, latum sexaginta tres. Pilis (sic vulgus vocat) sive columnis assurgebat striatis octo in longitudine & sex in latitudine: quæ fiebant in toto ambitu columnæ quatuor & viginti. Earum adhuc steterunt decem & octo. Subest verò camera antiquo artificio: in quâ vinum conditur, templum fuisse patens quidam suspicantur; & ex ipso nominis vestigio, Dei Tutelaris fanum. Habebant enim Deos, in quorū tutelâ suas esse civitates volebant: fuit quoq; apud eos eiusdē originis Tutelanus Deus cuius meminerūt Nonius Marcellus, & Aurel. August. lib. 4. de civit. Dei. Fuit & Tutilina Dea, &c. Hæc Vinetus: quorum meliorē partem refert Merula *part. 2. Cosmograph, lib. 3. cap. 34. pag. 553.*

QVA-

QVARTUM, & quod agmen claudit, antiquitatis Burdigalensis indicium non simplex sed multiplex nominavi: Marmora, statuas, lapides, inscriptiones, balnearum vestigia. Quæ nisi quod vestigia balnearum propè portam Iovialem inventa demũ obruta Vineti etiã tempore fuerũt (teste ipso *in Ant. n.* 14.) ordine percurrã, duas ei rei faciundo classes: vel enim sunt in Basilica urbis, vel in horto Domini Remondi Consiliarii, viri iuxta certas laudes, quas meretur, humanissimi: cui tamen accedet unicum etiam monimẽ ex æde D. Andreæ. In curiâ primo loco destitutum est vetus istud marmor nomen gentis VIVISCAE servans; quod cùm superiùs ad vivũ sit ca. 2. descriptũ, ei ãben semel coctã recoquere nil attinet. Hoc sequuntur tres statuæ, duæ

virorum, tertia fœminæ ex candido marmore affabre factæ & politę, quæ cum anno 1591. extra urbem in agro quopiam montis Iudaici lapides struendo ædificio ex terrâ effoderentur, & ipsæ ab opus facientibus erutæ fuerunt. Illæ hoc ordine sunt collocatæ. Proxima dicto marmori Tropeitano est statua virilis altera, proceritate sex pedum, uti omnes tres, capite truncata & brachiis sicut & altera virilis, habitu senatorio induta, cui adiecta est mutila hæc inscriptio ad latus sinistrum, eodem in loco, quo ipsa statua, reperta:

DRVSO CÆSA
NICI CÆSARIS
AVG. N. DIVI AVG.
PRÆF. VRBIS
GVSTALI

Hanc sequitur statua fœminæ,

næ, cuius caput adhuc restat, facie valde liberali, ut credi possit immanitatem barbarorum mitigatam solo aspectu huius simulacri fuisse, ne capite id minuerent. Brachiis tamen cubito tenus mutilata: cycladem induta, quæ sub imo tunicæ aut pallii prominet, mamillam dextrā palàm ostendens, capillis circum caput tortis, notatis etiam locis quîs gemmę & uniones inseri possint. Nihil huic inscriptionis adiectum. Ab huius sinistra sequitur tertia omnia ferè similis primę, ad cuius sinistrum pariter inscriptio mutilata posita:

RVSI. F.
C. AVGVSTO
PONT. MAX.
Ɔ S. II. PP.
C. IVLIVS.

DRVSO CÆSA. FR.
GERMANICI. CÆ-
SARIS F. TIBERII
AVG. N. DIVI AV-
GVSTI PRAEF. VR-
BIS SODALI AV-
GVSTALI.

Druso Cæsari fratri Germanici Cæsaris filio Tiberii Augusti nepoti Divi Augusti præfecto urbis, sodali Augustali. Nec tamen constat vllum ex his Drusis præfectum fuisse urbis. Ac aliàs titulus præfecti Augustalis non quadrat nisi in illum qui præerat Aegypto. Altera inscriptio sic restituenda videtur:

T. CLAVDIO DRVSI
F. CAE. AVGVSTO
PONT. MAX.
COS. II. P.P.
C. IVLIVS.

Ti-

Tiberio Claudio, Drusi filio, Cæsari Augusto, Pontifici Maximo, Consuli secundùm, patri patriæ Caius IULIUS. Fors fuerit ut hic C. IULIUS, sit ille, qui cùm esset Gallus, referente Dione, gubernat Galliam sub Nerone, dicebatúrque C. IULIUS VINDEX. Cúmque secundus hic Consulatus Claudii, cuius mentio fit in hac inscriptione, secundùm Suetonium & Dionem, fuerit primo anno imperii Claudii, quo tempore nupta ipsi erat MESSALINA, qui ipsi vicesimâ primâ die post adeptum imperium pariebat filium, BRITANNICUM post dictum, credibile est statuam fœmineam in medio positam esse Messalinæ imperatricis quæ id temporis Augusta & imperatoris dilectissima erat coniux: & præsidem Aquitaniæ, sive quisquis statuas illas erexit, no-

cunt. Et possitquis interim cum Vineto conjicere, hæc, hæc prima fuisse Burdigalæ munimenta, primósque Burdigalenses sive Vibiscos nullis se Spartanorum exemplo sepsisse muris, ratos non aliis munimentis sibi opus quàm viris fortibus, tum satis munitos ingenio loci, quippe fluvio & palustribus uliginosísque locis Septos. Quæ conjectura sin vera est, munitio hujus urbis ævo non multo erit grandior quàm est Ausonius.

Secundum antiquitatis indicium extra libros, superstites adhuc feci tenues magnifici Amphitheatri reliquias, extra urbē ad ipsius angulum inter Occidētem & Septentrionem prope ędem Divi Severini. Id sic describit Vinetus ad Ausonii Burdigalam n. 210. G. PALATIVM GALIENI, *quod vocant, seu* *Ga-*

Galiena, de quo antiquitatis ignarum vulgus egregiam fabulam commentum fuit: quam & Rodericum quemdam Toletanum referre non puduit libro quarto Hispanicorũ, id videtur potiùs à Galieno Augusto nomen accepisse: quo imperatore Tetricꝰ quidam Aquitaniæ præfectus, Burdigalæ fuit Imperator factꝰ. Est autẽ Amphitheatrũ sive potiùs pulchri quondam Amphitheatri tenues reliquiæ. Id circũdabant parietes sex: eratq; extimi, qui reliquos altitudine superabat, & intimi, omniũ humillimi intervallũ octoginta sex pedes, quantũ quidẽ semiruta & iacentia vetustissima monumẽta nobis eo pede metiri licuit, quẽ Glareanus Helvetius à Budæo Parisiensi accepisse se dictitabat. Media area lõgitudo, quã excipiebant utrinq; porta sin-

gulæ; ducentos & viginti quatuor; latitudo, centum & quadraginta pedes patebat: ut hæc ovi figura construi moris erat. Extra urbem semper fuit, distabatq; à proximo mœnium Ausonianæ Burdigalæ angulo, passus minimum quadringentos. Hæc Vinetus.

Iubet & Luibeus in Chronicis sub annum 262. *facessere ineptias Roderici Toletani & Ioannis Curionis, qui putarũt Caroli Magni iussu & auspiciis ab exilio Hispanico reversi in gratiam Galienæ regis Galafri filiæ exædificatum: cum certissimum sit talia monimenta olere reliquias Romanæ potentiæ, quæ adhuc in pluribus Galliarum locis supersint, neq; alibi Carolũ à Pipino profugisse in Hispanias legatur. Tum quòd antiquitus Amphitheatrum illud nomine Are-*

Arenarum vocatum sit, quod se vidisse testatur in commentariis & chartis antiquis quo nomine similia opera Nemausi, Pictavii, Biturigibus & alibi vocantur. Hodie luparum & prostibulorũ istic est consistorium: sic etiã ut cũ in hospitio quæreremus ubi Palatium Galieni esset, risu exsonuerint omnia & pulpamentũ nos quærere putarint. Tertiũ posui PALATIUM TUTELAE, quo de hæc scribit Vinetus ad Ausonium dicto loco: *Hoc etiam extra urbem erat*, (Addit Lurbeus Chronico anno 1127. fuisse vineis circumseptum) *sed propius Garumnam & iuxta fossam, quâ latus urbis Septentriones spectans muniebatur: verùm in ipsâ tandem inclusum est urbe, quum illa ad eam partem ampliata fuit. Perystilium est quadrãgulum orthogonium,*

 lon-

longum pedes octoginta septem, latum sexaginta tres. Pilis (*sic vulgus vocat*) *sive columnis assurgebat striatis octo in longitudine & sex in latitudine: quæ fiebant in toto ambitu columnæ quatuor & viginti. Earum adhuc steterunt decem & octo. Subest verò camera antiquo artificio: in quâ vinum conditur, templum fuisse patens quidam suspicantur; & ex ipso nominis vestigio, Dei Tutelaris fanum. Habebant enim Deos, in quorũ tutelâ suas esse civitates volebant: fuit quoq; apud eos eiusdẽ originis Tutelanus Deus cuius meminerũt Nonius Marcellus, & Aurel. August. lib. 4. de civit. Dei. Fuit & Tutilina Dea, &c.* Hæc Vinetus: quorum meliorẽ partem refert Merula *part.* 2. *Cosmograph. lib.* 3. *cap.* 34. *pag.* 553.

QVARTUM, & quod agmen claudit, antiquitatis Burdigalensis indicium non simplex sed multiplex nominavi: Marmora, statuas, lapides, inscriptiones, balnearum vestigia. Quæ nisi quod vestigia balnearum propè portam Iovialem inventa demũ obruta Vineti etiã tempore fuerũt (teste ipso *in Aus. n. 14.*) ordine percurrã, duas ei rei faciundo classes: vel enim sunt in Basilica urbis, vel in horto Domini Remondi Consiliarii, viri iuxta certas laudes, quas meretur, humanissimi: cui tamen accedet unicum etiam monimẽ ex æde D. Andreæ. In curiâ primo loco destitutum est vetus istud marmor nomen gentis VIVISCAE servans; quod cùm superius ad vivũ sit ca. 2. descriptũ, crãben semel coctã recoquere nil attinet. Hoc sequuntur tres statuæ, duæ

virorum, tertia fœminæ ex candido marmore affabre factæ & politę, quæ cum anno 1591. extra urbem in agro quopiam montis Iudaici lapides struendo ædificio ex terrâ effoderentur, & ipsæ ab opus facientibus erutæ fuerunt. Illæ hoc ordine sunt collocatæ. Proxima dicto marmori Tropeitano est statua virilis altera, proceritate sex pedum, uti omnes tres, capite truncata & brachiis sicut & altera virilis, habitu senatorio induta, cui adiecta est mutila hæc inscriptio ad latus sinistrum, eodem in loco, quo ipsa statua, reperta:

DRVSO CÆSA
NICI CÆSARIS
AVG. N. DIVI AVG.
PRÆF. VRBIS
GVSTALI

Hanc sequitur statua fœminæ,

næ, cuius caput adhuc restat, facie valde liberali, ut credi possit immanitatem barbarorum mitigatam solo aspectu huius simulacri fuisse, ne capite id minuerent. Brachiis tamen cubito tenus mutilata: cycladem induta, quæ sub imo tunicæ aut pallii prominet, mamillam dextrã palàm ostendens, capillis circum caput tortis, notatis etiam locis quîs gemmę & uniones inseri possint. Nihil huic inscriptionis adiectum. Ab huius sinistra sequitur tertia omnia ferè similis primę, ad cuius sinistrum pariter inscriptio mutilata posita:

RVSI. F.
C. AVGVSTO
PONT. MAX.
Ↄ S. II. PP.
C. IVLIVS.

Omnes hæ statuæ dextrum brachium habēt liberum & sub id pallium reductum & demissum: Sinistram verò manum levato pallio porrigunt.

Illis de antiquitatibus discursum edidit linguâ Gallicâ vir doctus, in quo ad hanc ferè faciem eas illustrat: Filium Liviæ, coniugis AUGUSTI fuisse DRUSUM, huic ex Antonia natos tres liberos, filiam & duos filios GERMANICUM & T. CLAUDIUM: DRUSUM obiisse vivente adhuc AUGUSTO in Germaniâ, GERMANICUM imperante TIBERIO & ipsum esse disiisse, successisse pòst Tiberio T. CLAUDIUM, DRUSI filium GERMANICI fratrē, fuisséq; appellatos duos istos fratres GERMANICUM & T. CLAUDIUM nepotes Augusti, nec esse ullum qui filius fuerit.

rit, Drusi & imperator simul Augustus, sic igitur reponendum videri:

DRVSO CÆSARI.
P. GERMANICI CÆSARIS ET CLAVD.
AVG. N. DIVI. AVGVSTI PRÆF. VRBIS AVGVSTALI.

DRUSO *Cæsari patri Germanici Cæsaris & Claudii Augusti nepotum Divi Augusti præfecto urbis Augustali.* Nisi forte verisimilius sit interpretandum esse de DRUSO filio TIBERI & fratre GERMANICI per adoptionem, addẽdo in fine vocem SODALI aut FLAMINI: maximè cum certum sit quod *Sodales Augustales* fuerint instituti tempore Tiberii: quo accepto, sic restituẽda esset hęc inscriptio:

DRV-

DRVSO CÆSA. FR.
GERMANICI. CÆ-
SARIS F. TIBERII
AVG. N. DIVI AV-
GVSTI PRAEF. VR-
BIS SODALI AV-
GVSTALI.

Druso Cæsari fratri Germanici Cæsaris filio Tiberii Augusti nepoti Divi Augusti præfecto urbis, sodali Augustali. Nec tamen constat vllum ex his Drusis præfectum fuisse urbis. Ac aliàs titulus præfecti Augustalis non quadrat nisi in illum qui præerat Aegypto. Altera inscriptio sic restituenda videtur:

T. CLAVDIO DRVSI
F. CAE. AVGVSTO
PONT. MAX.
COS. II. P.P.
C. IVLIVS.

Ti-

Tiberio Claudio, Drusi filio, Cæsari Augusto, Pontifici Maximo, Consuli secundùm, patri patriæ Caius IULIUS. Fors fuerit ut hic C. IULIUS, sit ille, qui cùm esset Gallus, referente Dione, gubernat Galliam sub Nerone, dicebatúrque C. IULIUS VINDEX. Cúmque secundus hic Consulatus Claudii, cuius mentio fit in hac inscriptione, secundùm Suetonium & Dionem, fuerit primo anno imperii Claudii, quo tempore nupta ipsi erat MESSALINA, qui ipsi vicesimâ primâ die post adeptum imperium pariebat filium, BRITANNICUM post dictum, credibile est statuam fœmineam in medio positam esse Messalinæ imperatricis quæ id temporis Augusta & imperatoris dilectissima erat coniux: & præsidem Aquitaniæ, sive quisquis statuas illas erexit, no-

noluisse in honorem Drusi & T. Claudii insuper habere honorē Messalinæ. Quæ non solùm isti° consulatus tempore sed & ad aliquot annos pòst magis respiciebatur per totum imperium, quā ipse maritus eius Claudius, magis, quia memoria M. Valeri Messalæ avi Messalinæ erat in recenti memoria, qui sub Augusto cum M. Agrippâ Aquitaniā sub iugum Romanorum miserat. Hęc cum verisimilitudinem non contemnendam præ se ferant, novella inscriptio sub primam statuam hæc posita est à Magistratu Burdigalensi:

M. S.

Statuas Drusi Cæs. Claudii Imp. & Messalinæ Gotthorum iniuriâ mutilas, è ruderib. collis Iudaici, M. Donzeau supp. Aquitaniæ prope sacellū D. Martini

sini extra muros, cum superioribus inscriptionibus anno Christi 1594. *erutas. Iac. de Mantignon FR. Mareschallus, Aquitaniæ Prorex & Maior ciuitatis, F. de Girard de Haillan Scutifer. M. Thibaut Aduoc. F. Fouquet. P. de Fortage Scutifer, I. de Guerin Aduoc. & I de Guichener Iurat. Burdigalenses, præf. urbis, G. de Lurbe & R. de Pichon Aduoc. & Scutif. Syndic. & Scriba ciuit. hic in memoriā antiquitatis & ad perpetuam Burdigalæ gloriā ponēdas curarūt.* clↄ ccI XCIV.
MVLTA RENASCENTVR.

Sub tertiā hæc verba marmori incisa leguntur.

HOC OPUS *à prioribus Iuratis prudenter institutum, noui istius anni Iurati, R. du Burg. Quæst. Reg. Ger. Testoris Proc. & Matth. Salomon, cum reliquis ad umbilicum duxerunt. Impe-*

rante

vante Henrico IV. Franc. & Navar. Rege Christianissimo Cal. Xbr 1594.

Suspiciendas has antiquitatis reliquias quis locus habuerit, anquisitum est inter viros eruditos. Fuêre qui palatium fuisse dixerunt, qui templum, qui balnea. Non absonum dictu creditúq; est fuisse eo loci templum, Iovi erectum: ideo quòd porta urbis, quâ ad locũ istum exitur, vocatur etiamnum nomine à paganis huc usque propagato porta Iovialis, seu Iovis, Gasconicâ linguâ *Diiaux*, quod nomẽ ipsi inditum esse potuit à vicino Iovis templo. Eo in templo in honorem Claudii imperatoris possunt positæ fuisse hæ statuæ, uti Scipionis Africani collocata fuit in Capitolino Iovis templo, Catonis Censoris in templo Sanitatis in loco habendi Senatus, qui

qui plerúmq; in templo aut loco consecrato conveniebat. Nisi cui placeat Templũ fuisse Druso consecratum, ut Suetonius, Tacitus, & Dio memorant, vidisse se factum in ipsius favorem in Germaniâ, Galliâ, & Italia, erectis ipsi altaribus, adeò amatus toti erat populo. Geminæ huic coniecturæ fidem etiam feneratur, quod musivi operis reliquiæ haut paucæ eodem in loco inventæ fuerint. Cuiusmodi ornatus non facilè alibi quàm Tẽplorum & consecratorum locorum magnificentiæ adhibitus fuit. Nec tamen inepta eorum opinio qui balnea hoc loco fuisse suspicantur: cùm propter cõmoditatem adstrepentis rivuli Diviciae, tum quia ex ruderibus colligere est ædificiũ hoc in cellulas divisum & porrectũ in longas porticus fuisse, ad exemplũ bal-

balnearum, quarũ vestigia prope portam urbis anno 1557. eruta fuerant. At verò antiqui Romani iungebant balneis gymnasia, corpori & animo exercendo, tũ porticus amplas & deambulationes longas in quibus poni solebant statuæ magnorum, & illustrium verorum.

Atque hæc quidem monimenta ex intimiore curiâ exeunti ad sinistram sub dio sunt collocata. Intranti vestibulum Basilicæ statim ad lævam conspicitur in pariete monimentum duorum coniugum. Vir ad sinistram capitis est retecti, fœmina flameo circum caput intorto velata est, viri brachium solùm sinistrum videtur, quo lagenã tenet, fœminæ utrúmq; & manu quidẽ sinistra lepusculum, vel animalculum simile quod sustinet: dextra corbẽ fru-

ctibus

ctibus & foliis farctum. Scriptura addita est partim grandioribus literis partim minutiorib⁹; & superior quidem linea grandioribus, proxima mediocribus, tertia quartáque minimis. Quæ ratio scribendi in pluribus veterum monimentis videtur usurpata ex doctrinâ Opticâ, ut hac ratione legentibus inferiùs litera superior par appareat inferiori. Hoc igitur scriptum istic.

D. M.

TARQVINIÆ. FASNÆ. M. CALVENT.
SABINIANVS VIV.
SIBI ET CONIVGI.

Vbi nota Viv. potest quidem explicari Viviscus, cum Lurbeo in calce Chronici: sed non debet ei qui sibi hæc coniugíq; posuerit mens alia ex alienâ.

nâ mente præter suam mentem adfingi. VIVENS sibi & coniugi hoc Sabinianus posuerat: nec erat, ut sæpe solet, à successorib⁹. Quod Merula monuit *pag.* 550, sed non primus, & post Vinetum *in Antiq. Burd. n.* 27.

Hæc sunt antiquitatis monimenta, quæ in Basilica Burdigalensi adservantur palàm & in propatulo: Alia istic claustris observata custodiuntur, mihi non visa, prodita tamen à Lurbeo filio, vel quisquis est, in discursu, ex quo ea huc promam. Eodem in loco, ubi statuæ hæ inventę fuerant, eruebantur fragmina cōplura marmoris literis Romanis inscripta, brachia etiam & pedes statuarū, lapides coctiles diversorum colorū, reliquiæ operis musivi, plumbi liquefacti massæ, tum inprimis nummi Imperatorum antiquorum

rum & Imperatricum, Claudii, Domitiani, Antonini, Commodi, Gordiani, Victorini, Constãtini, Licinii, Messalinæ, Faustinę, aliorũ. Anuli ferrei cum clavibus, similes illorũ qui in Belgio inventi fuerunt, expressi à Lipsio in commẽtariis ad Tacitũ. Inter hæc omnia palmarium est sigillum Neronis ex orichalco factũ: in quo effigies certaminis inter Apollinem & Marsyam, & pœna huius. In cuius orbem scripta erant hæc verba: NERO CLAUDIUS CAESAR AUGUSTUS. GERMANICUS. P. MAX. TR. P. IMP. P. P. Omnia hæc diligenter collecta & à maiore urbis & Iuratis inter κειμήλια reposita. Hæc ita mihi non visa referre placuit.

Exeamus nunc ex Basilica urbis, & spacia faciamus in viri-

dibus Remondi, loco Musis amato. Istic inprimis notatu digna est statua Iovis fulmen manu sinistra tenentis, & ad latus aquilam habentis, cuius tamen defractæ vix pedes adhuc cognosci possunt. Inscriptio hæc addita: DEO. INVICT. O. M. Inventa hæc fuit in area domus cuiusdam prope portam Di iaux: id quod argumento insuper est fuisse templum IOVI erectum, uti modò supra dicebamus. Secundo loco ponam statuam D. Adriani cum hac inscriptione: DIVI ADRI. P. P. MEMO L SAB. PRO. D. D. subiunctus novissimè fuit hic versus:

Hic iterum priscâ Cæsar sub imagine vivit.

Tertiò duæ statuę procerę quorum fuerint nescitæ. Altera laureâ coronâ caput redimita faciē austeram & magnificam cum ali-

aliquanto terrore præ se ferens: Altera Consularem habitum induta. Omnia hæc atque alia insuper inserta sunt parieti domus ex eâ parte quæ hortum, adeóq; Orientem spectat. Quarto insuper in medio horti lapis rotundus, in quo in orbem tripudiantes Dii paganorum veteres insculpti, & inter alios Phœbus lyram manu tenens. Vbi imago paret veteris lyræ. Vetustate multa iam infracta sunt. Desuper verò in imposita columnæ scapo huiusmodi scriptura noviter incisa:

Clemente VIII. Resp. Christiana immensam molem sustinēte, Errico IV. Gal *& Nau. Rege post suum ad avita sacra quasi postliminio reditum, Iac. Matignono Fr. Marescallo in Aqui. prov. vices regis obtinente Flor. Ramundus senburd. hāc teretē*

dibus Remondi, loco Musis amato. Istic inprimis notatu digna est statua Iovis fulmen manu sinistra tenentis, & ad latus aquilam habentis, cuius tamen defractæ vix pedes adhuc cognosci possunt. Inscriptio hæc addita: DEO. INVICT. O. M. Inventa hæc fuit in area domus cuiusdam prope portam Diiaux: id quod argumento insuper est fuisse templum IOVI erectum, uti modò supra dicebamus. Secundo loco ponam statuam D. Adriani cum hac inscriptione: DIVI ADRI. P.P. MEMO L SAB. PRO. D. D. subiunctus novissimè fuit hic versus:

Hic iterum priscâ Cæsar sub imagine vivit.

Tertiò duæ statuę procerę quorum fuerint nescitæ. Altera laureâ coronâ caput redimita faciẽ austeram & magnificam cum ali-

aliquanto terrore præ se ferens: Altera Consularem habitum induta. Omnia hæc atque alia insuper inserta sunt parieti domus ex eâ parte quæ hortum, adeóq; Orientem spectat. Quarto insuper in medio horti lapis rotundus, in quo in orbem tripudiantes Dii paganorum veteres insculpti, & inter alios Phœbus lyram manu tenens. Vbi imago paret veteris lyræ. Vetustate multa iam infracta sunt. Desuper verò in imposita columnæ scapo huiusmodi scriptura noviter incisa:

Clemente VIII. Resp. Christiana immensam molem sustinēte, Errico IV. Gal *& Nau. Rege post suum ad avita sacra quasi postliminio reditum, Iac. Matignono Fr. Marescallo in Aqui. proV. vices regis obtinente Flor. Ramundus senburd. hāc teretē*

[illegible]

ſtemmate in acutum acumen faſtigiatam, ut ſacras venerandæ antiquitatis reliquias, è ſitu & pulvere in lucem reponi curavit, An. 1594.

Præter hæc multæ ſunt antiquæ inſcriptiones, quæ enotari huc omnes nequeunt. Inter illas non tacendum eſt & hanc inveniri: ANTINOVS EX VOTO FECIT AC IOVI. OPT. MAX. D. D. Quem Antinoum veriſimile eſt fuiſſe illum Adriani familiarem quo de Caſaub. ad hiſt. Aug. ſcriptores. Inſcriptiones omnes, unâ exceptâ edidit Lurbeus: Ea fuit, ſi rectè memini. M. IULIO CAES. F. VOLT SEVERO EX TESTAMENTO.

Re-

Restat unicum adhuc monimē-tum (quamquam iam amplius non restat) non insuper habendum, lectum in lapide qui insertus est medio ædis D. Andreæ pavimento: Epitaphium matronæ cuiusdam LUCILLAE duobus versibus Græcis constans.

ΛΕΙΨΑΝΑ ΛΟΥΚΙΛΛΗΣ
ΔΙΔΥΜΑΤΟΚΟΥΕΝ
ΘΑΔΕΚΕΙΤΕ-
ΗΣ ΜΕΜΕΡΙΣΤΟ ΒΡΕΦΗ
ΖΩΟΝ ΠΑΤΡΙ ΘΑΤΕ-
ΡΟΝ ΑΥΤΗ.

Quod sine dubio eo tempore fictum fuit quo Græcæ Latinæque literæ Burdigalæ florebant, ut patet ex libro Professorum AusonI. Hîc verò sese exercuerunt viri quidam docti in transferendo hos versus in totidem pedes Latinos, quorum lusus huc adscribere non piguit:

 Pe-

Petrus amicus olim sic fecerat.

Quæ peperit geminos Lucilla hîc ossa quiescunt
Vir vivum, extinctum hæc retinet, sic pignora secta.

Antonius Goveanus IC. quũ sub fratre Andrea literas in schola Burdigalensi doceret:

Hoc tumulo LUCILLA *iaces enixa gemellos*
Illa patri superest, est comes ille tuus.

IOANNES Riverius Burdigalensis Consiliarius regius:

Hîc enixa duos tegitur LUCILLA. *Gemelli.*
Divisi vivus patris est, matri adiacet alter.

Martialis Monerius Lemovix Iurisconsultus:

Hîc

Hic enixa duos parens gemellos
Prô, Lucilla tegor, duobus hoc ius
Quod commune fuit mihi patrique
Divisum est obiit gemellus unus
Qui mecum iacet, alter ille vivit
Solamen misero patri duorũ.

Stephanus Marialdus Clericus, Medicus Burdigalensis:

Hic LUCILLA *iacet geminorum mater. at eius*
Divisa est soboles vivens patri, & altera matri.

Ioannes Guiionius Augustodunensis cum literas profiteretur in eâdem scholá Burdigalẽsi:

Hic Lucilla iacet divisis fœta gemellis,
Alter enim vivẽs patris fuit altera matris.

Ioannes Rivasso Sarlatensis.

Casta gemellipara Lucillæ *hic ossa quiescunt,*
Pignora cui divisa, patri vivum alterum & ipsi.

Elias denique Vinetus, qui hæc ad finem Commentarii in Burdigalam Ausonii retulit:

Ossa gemellipara Lucillæ hîc sunt sita cuius
Secta fuit proles, vivens patri & altera matri.

Doluit Vineto hoc marmoreo loci, à nesciis quid cultus & reverētiæ antiquitati debeatur, translatum, ubi sexcentis quotidie pedibus magnam partem ferratis conculcetur: notavítq; ita sensim id temporis (cum ante triginta annos facilè adhuc leg potuerit) fuisse exesum, ut paucas literas legere potuerit. Nos

Nos vidimus quidem marmor sed sic nunc extritum, ut ne minimum vestigium ullius inscriptionis appareat.

CAPUT IV.

DE FORMA AD quam ædificata.

REgionem nomen & antiquitatem notavimus: iam inspiciamus quâ formâ magnitudinéque ædificata fuerit quando & quæ incrementa ceperit.

Pleræque omnes maximæ urbes, ab exiguo cœperunt initio; sic ut primo vici essent, mox abirent in pagos indein oppida, & ex his in urbes, Romam orbis olim dominam inspice: pastorũ

mapalia eam fuisse videbis. Aucta ea indies & incrementa pedetentim sumens in eam tandem crevit amplitudinem, quâ magis olim, quàm nunc, conspicua erat. Sed ne caput alterius orbis adducam, *Lutetia Francorum* metropoli à parili initio profecta in tantam magnitudinem successu temporis crevit. Huiusmodi initium non habuisse Burdigalam fidem facit, quod teste Ausonio antiqua & quadrata Burdigala eo fuerit dispositu vicorum, ut per directas plateas invicem sibi responderint. Quæ dispositio argumento est ipsam à primis cunabulis eandem semper fuisse, nec initiũ sumsisse â pago, & pòst pedetentim auctã fuisse. Qualia exẽpla hodie habemus in *Palma* Venetorum, *Hanovia* Comitis cognominis, *Freudenstadia*

ſtudia Vuirtēbergici, *Franckenthalia & Manheimio* Palatini, *Boibella* Sullani Ducis in terra Bituricenſi, novo nomine *Henrichſmont* appellata. Quarum omnium antequam primus iaceretur lapis eum in modum, ad quem vel ædificatas vel ædificari cœptas videmus facta fuit delineatio. De iſta verò *Burdigalæ* diſpoſitione elegātiſſimi ſunt verſus Auſonii Poetæ Burdigalenſis:

Diſtinctas internè vias mirere, domorum
Diſpoſitum, & latas nomen ſervare plateas,
Tam reſpondentes directa in compita portas.

Aſt, inquis, ubi huius ordinis veſtigium in hodierna Burdigala? Nullibi. nec id mirandum.

Cùm enim toties à Vandalis, Gotthis Sarracenis, Normannis, lacerâta funditúsque esset eversa cives qui quoquo modo fuga elapsi fuerant in patriæ bustum reversi, extranei etiam, quibus in cineribus dirutæ urbis habitacula excitare placebat, non observarunt pristinam dispositionem, sed suo sibi quisque placito ædificârunt absque ulla magistratus aut etiam privatorum hominum interpellatione. Id quod etiam Romæ, postquam à Gallis exusta esset contigisse cõstat. Ista igitur Ausonii vetus Burdigala quadruæ fuit figuræ sed oblongæ: sic ut in longitudinem Elias Vinetus diligenter aliquoties scrutatus 372. in latitudinem 230. hexapodas habuisse eam deprehenderit. Ex quîs colligit centum & septem iugera tantùm soli eam obtinuisse

adeo-

adeóq; revera fuisse parvam, ut appositè sub initium carminis Ausonius potuerit dicere quosdam arbitrari posse, se ideo à descriptione & præconio patriæ suæ abstinere quòd conscius esset urbis exiguæ. At cum istâ vetere quadraturâ expiravit & vetus urbis parvitas. Quadratura ista abiit in figuram multangulam maximè à meridionali & vicino Occidentali parte, tum ab Oriente nunc sinum quemdam, sive mediam Lunam, ut loqui nunc vulgus amat: facit: quem olim talem non habebat, quippe cuius latitudo tanta non erat, ut istam curvitatem complecteretur totam: à Peugæ enim rivuli in Garumnam ingressu usque non omninò ad Portam de Cor se porrigebat, cui iam utrinque non exigua pars accessit.

DE INCREMENTIS QUÆ SUCCESSU TEMPORIS FECIT.

ATque incrementa quidem sua non habuit nisi in duobus lateribus Meridiei & Trionibus obversis: (nisi si hoc urbem crevisse dicendum est ab alteris duabus partibus quod murus non planè eodem cum antiquo in loco positus, sed ad aliquot pedes prolatus fuit) & illinc quidem geminum habet auctum, hinc unum. Primò accessit spatio antiquæ urbis id quod inter eius murum Australem & alterum à Porta Salinaria, iuxta Basilicam ad Collegium Iuridicum porrectum. Fossa, qua cingebatur, repleta nunc-

nunc est, iamque est platea, iuxta alteram à Septẽtrionali parte similiter in fossæ spacium succedentem, omnium elegantissima & latissima. Quando vero huc usq; porrecta fuerit urbs dicere nequeo.

Secundò inclusum fuit pomeriis urbis id quod est extra hunc murum & extimum novissimumq;, quo spatio aliquot templa & monasteria continentur: utpote S. Michaelis, S. Crucis, Augustinianorũ, Carmelitarũ, S. Iacobi, S. Eulalię, aliaq; quibus accessit tandem castellum Fari. Quam urbis portionem anno 1193. & 1264. extra urbem fuisse ex diplomate Celestini tertii Papæ Rom. & instrumento cõtractus inter Canonicos S. Andreæ, Parochos S. Eulalię, & Carmelitanos initi ꝓbat Vinetus de Antiq. Burdig. n. 69. quo Canonici

nici permittebant Carmelitanis in loco, quem etiamnum habitant, ædificare. Mendicantes enim Monachi non exstiterunt, nisi ad annum circiter 1200. nec ubiq; in ipsis urbibus spacia, in quibus nidificarent invenêre: multarum igitur suburbia incoluêre. Antequam hi monachi monasteriis suis ornarent hoc, uti & alterum ad Septentriones suburbium, tanti fortè non fuit ut de eo muris cingendo cogitarent. Pòst verò verisimile est eos cogitâsse de hac etiam portione in urbem recipiendâ. Idq; Abbas S. Crucis petiit & obtinuit hac conditione, ut civitas certos quosdam reditus ex mercibus, (parva consuetudo dicebatur) ad C. annos caperet, quo tempore elapso reverterentur ad Abbatem. Qui tamen reditus centum annis elapsis non restituti

fuêre

fuêre & inde lis mota civitati, quæ pependit in pluribus curiis, donec Henricus II. cum multis reditibus privaret Burdigalam, magnamq; consuetudinem iuxtà ac minorem suam faceret. De tempore quo circumdatum his muris fuerit hoc suburbiū, ampliùs nō constat, quā ꝙ teste Vineto, qui hoc ex regestis antiquis habet, anno 1303. decretū fuerit vt media pars redituum civitatis impēderetur in muros & fossas suburbiorū: ꝙ hoc anno cōtigisse & Lurbe⁹ in Chronico notat.

Verisimile plane est eodem tempore alterum suburbiū perinde sacris ædificiis auctū & ornatius factum urbi adcrevisse.

Hisce igitur incrementis acceptis urbs quæ antea non nisi centum & septem habebat iugera, iā computante Vineto, *in Ant. n.* 67. picturæ tamen & descri-

scriptioni architectorum causâ muniendi urbem in consilium vocatorum confiso, complectitur quadringenta quinquaginta: uti sic præter propter tertiam partem Lutetiam Parisiorum æquet, iamque non exiguis Gallici regni urbibus sedampissimis accenseatur.

Porta. Portas olim minimum decem habuisse ait Vinetus ad Burd. Aus. n. 209. B. cùm tres adhuc exstent in muro antiquo Meridiano, duæq; in occiduo videantur, & verò Ausonius dicat portas directè sibi oppositas invicē fuisse. Alibi tamen plures fuisse opinatur, ut in *Antiq. n.* 51. ubi quinq; portas in longitudinem comminiscitur: & *n.* 44. ubi in latitudinem quatuor: & tandem *n.* 57. ubi concludit octodecim aut viginti portis introitum in hanc urbem fuisse.

Hodie

Hodie adũtur duodecim: Quarum septem sunt versus Garumnam: I. S. Crucis. II. S. Michaelis. III. *aux Salines* IV. *Au pont S. Ian.* V. *Au Cailleau.* VI. *des-ſpaus.* VII. *de chapeau rouge*, aut alio nomine, *porte de Cor.* Quinq; aliæ sunt versus terram & quidem prima sed in nostro ordine VIII. S. *Germain.* IX *du Dauphin*, ædificata anno 1606. X. *Diiaux* quæ propter vicinum exterius fanum S. Severini nomen etiam aliud nacta S. Severini. XI. S. Eulalia XII. S. Iuliani.

CAP.

ditate, ubi obiter excursum in loca vicina.

AT videamus commoditates huius loci in quo sita Burdigala nostra, quæ credi possint permovisse non solum antiquæ urbis incolas ut istic habitandi locum seligerent, statimque urbem elegantem eam effecerint, sed etiam posteriores ut restaurarint desolatam urbem, & restauratam non semel auxerint,

Ad urbes condendas ferè illiciuntur populi fertilitate loci, fluminibus navigabilibus, maris vicinitate, & tandem celebritate viarum; quîs in diversas regiones facilè perveniri, & necessaria in

In eas importari & ex iisdem exportari facilè possint: Hisque quandoque singulis quandoque pluribus aut universis. Ex his quidnam illicio fuisse veteribus Vibiscis putandum est uti hanc urbem excitarent? Puto universa aut certè pleraque.

De terræ fertilitate hoc habet Ausonius:

Burdigala est natale solum: clementia cæli
Mitis ubi & rigua larga indulgentia terræ.

Videtur hoc Vineto ex iudicio quod adfectus ergo patriam præstrinxerit profectum: cùm præter vinum optimum, non tam earum rerum ferax sit terra circumiacens quæ victui humano inserviunt, quam quæ nutriendis bestiis. Atque id quidem verum est, vinum eam ferre

ferre generosum & optimum: celebratissimumq; est inter alia vinum *de grave* (Quod vocabulum quamvis Vasco, non intellexerat Belleforestius *V. Mer. p.* 554. ab arena, quam Vascones *grave* vocant, dictum: arenosa enim est terra prope Burdigalam, vel ipso Strabone teste. Quod genus vini sequūtur alia suisquæq; nominibus distincta. Nec repertu facile urbs est in Gallia, unde plus vini exportetur in diversas Europę nationes, Cui negotiationi cōducit, quod secundum tertiumque posui, quîs alici soleamus ad urbis ædificationem, flumen navigabile & Mare. De quîs videbo antequam alias commoditates exsequar.

Vitū Biturica Columella & Plinio laudatur. Vinet. ad Auson.nu. 208. L.

Is fluvius est Garumna: nomine Cæsari, Straboni, Claudiano, Ptolemeo, Frontino, Ausonio,

nio, Sidonio, Melæ, & cui non celebrato. Scaturit in Pyrenæo Australiori prope opidum Cadalup. Melæ verba *lib.* 3. de eo hæc sunt: *Garumna ex Pyrenæo delapsus nisi cùm hiberno imbre aut solutis nivibus intumuit diu vadosus & vix navigabilis fertur: at ubi obvius Oceani exæstuantis accessibus auctus est, iisdemq́ retro meantib. suas illiusque aquas agit, aliquãtum plenior & quanto magis procedit eo latior fit, ad postremum magni Freti similis nec maiora tãtum navigia tolerat, verùm etiã more Pelagi sevientis exsurgens iactat navigãtes atrociter utiq́ si aliò vẽtus aliò unda præcipitat.* Præterfluit Tolosã atq; inde naves ferre incipit: Aginnam pòst, Vasatas, S. Macarii fanum Cadillacum, Rioncium, & tandẽ Burdigalam salutans, Blaviam prætериens,

Vide Mer. p. 394. Vim. n. 273. E. ad Aus. ubi Melã laudat.

feriens, prope Royanum Oceano miſcetur Aquitanico. Ad Oſtium ſcopuli ſunt, quis Aſellos nomen dedêre Nautæ, alterúmque ſeptentrionalem, Auſtralem alterum vocant: quorum huic turris impoſita, eſt pharum ſuſtinens, uti nautæ noctu adventantes viam eo facilius tenere poſſint quæ vocatur *la tour de Cordan*. Quæ reſtaurata eſt, fertúrque ab illis, qui ipſam viderunt, eſſe digna quæ adeatur & luſtretur, exemplar eius monſtratur Burdigalæ in Baſilica eo loci, ubi apparitores & ſatellites excubias agunt, conclavi cancellis circumdato. Vera fortaſſis eſt quorundam coniectura, hunc ſcopulum eſſe reliquias promōtorii CURIANI, cuius reliqua, terrea fortaſſis, mari deglutiri potuerunt, hæc pars ſaxea rabiem maris vicit. Ab oſtio eius Burdigalam

lam usq; numerantur XX. leucæ quousq; quævis maxima navigia per mare magnum cõmeantia penetrãt. Vlterius non nisi minora adscendere solent. Quod si forte maior sit navis quã ut undis recedente æstu absorptis adscendere possit, paucæ horæ & quatuor, aut summùm quinq; exspectandæ sunt, dum ad 12. usque pedes augeantur aquæ, & copiam commodissimè, ulteriùs progrediendi faciant. Alluit alicubi Garumna, cùm plenus est, ipsos urbis nostræ muros, atq; istic stationem etiã navibus prebet, quarum aliquot centurias ibi plerumque videre est. Æstum maris supra Burdigalam sentit ad 50. passuum millia. Inprimis verò infra confluentiam suarũ & Duranii aquarum, (qui fluvius nec alveo nec æstu minor est, cùm Gironde

vocare incipit non alio vocabulo sed aliâ & Gallicâ vocabuli pronuntiatione: Galli enim syllabā GA initio vocum mutant in Gi. vid. Merul p. 398. & p. 568. latissimus est, prope Blaviam duas leucas excedit, & vehementissimè æstuat: sic ut tempestate coorta æque periculosum sit istic navigare, quàm in ipso est Oceano, Nobis certè cum istic veheremur XVI. die Octobris huius anni 1612. penè ultima nox incubuisset: Cùm primò proximè Blaviam circiter 7. vespertinam propter pertinaciam nautarum in medium reliquarum naviū, quicquid omnes vectores dicebant, intrare & unicum quem in litus exponere volentium, ferè tetigissemus funem quo anchorâ navis maior quædam religaverat, quo tacto eversi fuissemus: Secundò cùm propter vehementiam

triam venti nescientib. nautis vela mutare, ferè fuissem⁹ impacti scopulo, quem alluit Garumna: Et tertiò demum quum atrocissimam tempestatẽ sustineremus anchoris innixi prope insulam in medio alvei. Sex diebus pòst cùm simili furore inhorruisset mare, navis Britannica vino onusta eodem loco absorpta fuit. Ego ita iudico Garumnam cum fluvio nihil habere commune, quàm quod dulcium est aquarũ & utrinque terra videri potest, quod faciem magis præbet riparum quàm littorum: Quamvis Sidonius in Burgo Paulini canat ipsum proprias ripas sibi littora facere. Verè igitur est æquoreus uti ipsũ appellare amat Ausonius, non propter æstum solùm, sed & propter magnitudinem: Vti etiam hodie non fluvii sed maris appellatione

nici permittebant Carmelitanis in loco, quem etiamnum habitant, ædificare. Mendicantes enim Monachi non exstiterunt, nisi ad annum circiter 1200, nec ubiq; in ipsis urbibus spacia, in quibus nidificarent invenêre: multarum igitur suburbia incoluêre. Antequam hi monachi monasteriis suis ornarent hoc, uti & alterum ad Septentriones suburbium, tanti fortè non fuit ut de eo muris cingendo cogitarent. Pòst verò verisimile est eos cogitâsse de hac etiam portione in urbem recipiendâ. Idq; Abbas S. Crucis petiit & obtinuit hac conditione, ut civitas certos quosdam reditus ex mercibus, (parva consuetudo dicebatur) ad C. annos caperet, quo tempore elapso reverterentur ad Abbatem. Qui tamen reditus centum annis elapsis non restituti
fuêre

fuêre & inde lis mota civitati, quæ pependit in pluribus curiis, donec Henricus II. cum multis reditibus privaret Burdigalam, magnamq; consuetudinem iuxtà ac minorem suam faceret. De tempore quo circumdatum his muris fuerit hoc suburbiũ, ampliùs nõ constat, quã ꝙ teste Vineto, qui hoc ex regestis antiquis habet, anno 1303. decretũ fuerit vt media pars redituum civitatis impẽderetur in muros & fossas suburbiorũ: ꝙ hoc anno cõtigisse & Lurbe⁹ in Chronico notat.

Verisimile plane est eodem tempore alterum suburbiũ perinde sacris ædificiis auctũ & ornatius factum urbi adcrevisse.

Hisce igitur incrementis acceptis urbs quæ antea non nisi centum & feptem habebat iugera, iã computante Vineto, *in Ant. n.* 67. picturæ tamen & descri-

ſcriptioni architectorum cauſsâ muniendi urbem in conſilium vocatorum confiſo, complectitur quadringenta quinquaginta: uti ſic præter propter tertiam partem Lutetiam Pariſiorum æquet, iamque non exiguis Gallici regni urbibus ſed ampiſſimis accenſeatur.

Porta. Portas olim minimum decem habuiſſe ait Vinetus ad Burd. Auſ. n. 209. B. cùm tres adhuc exſtent in muro antiquo Meridiano, duæq; in occiduo videantur, & verò Auſonius dicat portas directè ſibi oppoſitas invicẽ fuiſſe. Alibi tamen plures fuiſſe opinatur, ut in *Antiq. n.* 51. ubi quinq; portas in longitudinem comminiſcitur: & *n.* 44. ubi in latitudinem quatuor: & tandem *n.* 57. ubi concludit octodecim aut viginti portis introitum in hanc urbem fuiſſe.

Ho(

Hodie adũtur duodecim: Quarum septem sunt versus Garumnam: I. S. Crucis. II. S. Michaelis. III. *aux Salines* IV. *Au pont S. Ian.* V. *Au Cailleau.* VI. *desspaus.* VII. *de chapeau rouge,* aut alio nomine, *porte de Cor.* Quinq; aliæ sunt versus terram & quidem prima sed in nostro ordine VIII. S. *Germain.* IX *du Dauphin,* ædificata anno 1606. X. *Dsiaux* quæ propter vicinum exterius fanum S. Severini nomen etiam aliud nacta S. Severini. XI. S. Eulalia XII. S. Iuliani.

CAP.

CAPVT VI.

DE LOCI COMMMO-ditate, ubi obiter excursum in loca vicina.

AT videamus commoditates huius loci in quo sita Burdigala nostra, quæ credi possint permovisse non solum antiquæ urbis incolas ut istic habitandi locum seligerent, statimque urbem elegantem eam effecerint, sed etiam posteriores ut restaurarint desolatam urbem, & restauratam non semel auxerint,

Ad urbes condendas ferè illiciuntur populi fertilitate loci, fluminibus navigabilibus, maris vicinitate, & tandem celebritate viarum; quîs in diversas regiones facilè perveniri, & necessaria

in

In eas importari & ex iisdem exportari facilè possint: Hisque quandoque singulis quandoque pluribus aut universis. Ex his quidnam illicio fuisse veteribus Vibiscis putandum est uti hanc urbem excitarent? Puto universa aut certè pleraque.

De terræ fertilitate hoc habet Ausonius:

Burdigala est natale solum: clementia cœli
Mitis ubi & riguæ larga indulgentia terræ.

Videtur hoc Vineto ex iudicio quod adfectus ergo patriam præstrinxerit profectum: cùm præter vinum optimum, non tam earum rerum ferax sit terra circumiacens quæ victui humano inserviunt, quam quæ nutriendis bestiis. Atque id quidem verum est, vinum eam ferre

ferre generosum & optimum: celebratissimumq; est inter alia vinum *de grave* (Quod vocabulum quamvis Vasco. non intellexerat Belleforestius *V. Mer. p.* 554. ab arena, quam Vascones *graVe* vocant, dictum: arenosa enim est terra prope Burdigalam, vel ipso Strabone teste. Quod genus vini sequūtur alia suisquæq; nominibus distincta. Nec repertu facile urbs est in Gallia, unde plus vini exportetur in diversas Europę nationes, Cui negotiationi cōducit, quod secundum tertiumque posui, quîs alici soleamus ad urbis ædificationem, flumen navigabile & Mare. De quîs videbo antequam alias commoditates exsequar.

Vitū Biturica Columellæ & Plinio laudatur. Vinet. ad Auson. nu. 208. L.

Is fluvius est Garumna: nomine Cæsari, Straboni, Claudiano, Ptolemeo, Frontino, Ausonio,

nio,Sidonio,Melæ,&cui non celebrato. Scaturit in Pyrenæo Australiori prope opidum Cadalup. Melæ verba *lib.*3. de eo hæc sunt: *Garumna ex Pyrenæo delapsus nisi cùm hiberno imbre aut solutis nivibus intumuit diu vadosus & vix navigabilis fertur: at ubi obviis Oceani exæstuantis accessibus auctus est, iisdemq; retro meantib. suas illiusque aquas agit, aliquãtum plenior & quanto magis procedit eo latior fit, ad postremum magni Freti similis nec maiora tãtum navigia tolerat, verùm etiã more Pelagi sevientis exsurgens iactat navigãtes atrociter utiq; si aliò vẽtus aliò unda præcipitat.* Preterfluit Tolosã atq; inde naves ferre incipit: Aginnam pòst, Vasatas, S. Macarii fanum Cadillacum, Rioncium, & tandẽ Burdigalam salutans, Blaviam præteriens,

Vide Mer.p. 394. Vin. n.273. E. ad Aus. ubi Melã laudat.

teriens, prope Royanum Oceano miſcetur Aquitanico. Ad Oſtium ſcopuli ſunt, quîs Aſellos nomen dedêre Nautæ, alterúmque ſeptentrionalem, Auſtralem alterum vocant: quorum huic turris impoſita, eſt pharum ſuſtinens, uti nautæ noctu adventantes viam eo facilius tenere poſſint quæ vocatur *La tour de Cordan.* Quæ reſtaurata eſt, fertúrque ab illis, qui ipſam viderunt, eſſe digna quæ adeatur & luſtretur, exemplar eius monſtratur Burdigalæ in Baſilica eo loci, ubi apparitores & ſatellites excubias agunt, conclavi cancellis circumdato. Vera fortaſſis eſt quorundam coniectura, hunc ſcopulum eſſe reliquias promõtorii CURIANI, cuius reliqua, terrea fortaſſis, mari deglutiri potuerunt, hæc pars ſaxea rabiem maris vicit. Ab oſtio eius Burdigalam

lam usq; numerantur XX. leucæ quousq; quævis maxima navigia per mare magnum cõmeantia penetrãt. Vlterius non nisi minora adscendere solent. Quod si forte maior sit navis quã ut undis recedente æstu absorptis adscendere possit, paucæ horæ & quatuor, aut summùm quinq; exspectandæ sunt, dum ad 12. usque pedes augeantur aquæ, & copiam commodissimè, ulteriùs progrediendi faciant. Alluit alicubi Garumna, cùm plenus est, ipsos urbis nostræ muros, atq; istic stationem etiã navibus prebet, quarum aliquot centurias ibi plerumque videre est. Æstum maris supra Burdigalam sentit ad 50. passuum millia. Inprimis verò infra confluentiam suarũ & Duranii aquarum, (qui fluvius nec alveo nec æstu minor est, cùm Gironde

vocare incipit non alio vocabulo sed aliâ & Gallicâ vocabuli pronuntiatione: Galli enim syllabā GA initio vocum mutant in GI, vid. Merul p 398. & p. 568. latissimus est, prope Blaviam duas leucas excedit, & vehementissimè æstuat: sic ut tempestate coorta æque periculosum sit istic navigare, quàm in ipso est Oceano, Nobis certè cum istic veheremur XVI. die Octobris huius anni 1612. penè ultima nox incubuisset: Cùm primò proximè Blaviam circiter 7. vespertinam propter pertinaciam nautarum in medium reliquarum naviū, quicquid omnes vectores dicebant, intrare & unicum quem in litus exponere volentium, ferè tetigissemus funem quo anchorâ navis maior quædam religaerat, quo tacto eversi fuissemus: Secundò cùm propter vehemētiam

triam venti nescientib. nautis vela mutare, ferè fuissem⁹ impacti scopulo, quem alluit Garumna: Et tertiò demum quum atrocissimam tempestatē sustineremus anchoris innixi prope insulam in medio alvei. Sex diebus pòst cùm simili furore inhorruisset mare, navis Britannica vino onusta eodem loco absorpta fuit. Ego ita iudico Garumnam cum fluvio nihil habere commune, quàm quod dulcium est aquarū & utrinque terra videri potest, quod faciem magis præbet riparum quàm littorum: Quamvis Sidonius in Burgo Paulini canat ipsum proprias ripas sibi littora facere. Verè igitur est æquoreus uti ipsū appellare amat Ausonius, non propter æstum solùm, sed & propter magnitudinem: Vti etiam hodie non fluvii sed maris appellatione

vocatur: Quippe enim terra inter ipsum & Duranium interiacens vocatur *le pays entre deux mers.* Atq; hoc etiam esse credo quod Strabo refert Burdigalam sitam esse ad latam paludem. Nam quòd Vinetus putat fuisse istic alias paludes, sed purgamẽtis urbis, harenis, silice, aliisque quibus saburrari naves solent, iniectis siccatis, locumq; sensim tot seculorum curriculo altiorẽ effectum quàm ut Garumnæ æstus ipsum superare queat, verisimile mihi nõ videtur, nec probant Casaubonus ad eum Strabonis locum, & Merula *pag.* 552. Influunt in ipsum præter Duranium, qui iunioribus Dordonia & Dornonia vocatur, Tarnis, Egircius, & Oldus omnes navium capaces, præter alios non navigabiles, quos numerare non attinet. Hoc fluvio adferuntur ex

aliis

aliis regionibus, quîs mare patet, necessaria, aliáq; efferuntur. Qui hoc adscendere ulteriùs cupiunt, illi quotidie horam unã atq; alteram antequam refluat æstus vocantur à nautis Cadillacensibus, Macarensibus, Langonensibus, aliis, qui stationem suam habent inter portam S. Michaelis & S. Crucis, solvuntq; veniente æstu, ac vectores quinorum solidorum mercede solita perferunt. Aç solent inprimis exteri inde abire Cadillacum oppidum Ducis Esperonii, visum arcem quam istic ædificat magnificam, hortum adiacentem, tum sepulturam in sacello templi quod portę urbis contiguum est magnificè in mausolei modũ superbum. Qui descendere cupiunt, illis adsunt nautęBurgenses, Blavienses Royanenses, quibus statio est ante portam *des*

paux & *de Chapeau rouge*, usq; ad suburbium *aux Chartreux*. Solvunt pleno mari & æstu iam abeunte, profecturosq; horam unam atq; alteram ante vocant.

Oppida ad dextram huius fluvii ripā descendentibus sita, quæ nos viderimus sunt Burgus, Blavia, & Royana: quæ obiter hîc lustrare quid vetat?

Burgus non tam ad Garumnam quam Dordonium paulò supra eius & Garumnæ confluentiam in agro Burdigalensi iacet. A Garumnâ tamen descēdentibus videri potest, uti & nos vidimus, cum præterveheremur angulum istum periculosum *le bec d' Ambes*.

Oppidū est præconio C. Solli Sidonii Appollinaris nobile: quod etiam carmen *Burgū* indigetavit Cinctū fuit muris à Pontio Leontio Paullino, ex celeberri-

berrimâ Paullinorũ familiâ oriundo. Qui an idem ſit cũ Paullino Auſonii nomenq; habuerit Pontius Paullinus Leontius, ut Merula (*p.* 558.) arbitratur, nec improbat Vinetus (*Ant.n.* 188.) an verò unus ſit ex ipſius poſteris, ut adſerit Scal. 2. Auſ. le. 9. ſive ſit filius ſive nepos, quorum alterum fuiſſe minimum putat Vinetus. (*Ant.* 118.) incertum eſt: nos dicemus infrà. An verò hoc oppidũ ſit illud quod Ebromagum vocat Auſonius, non ſine ratione dubitatur. Ex Lucaniaco ſuo in cauſsâ Philonis procuratoris ſui ſcribens Ebromanum Paullini appellat, Ep. 22.

Is nunc adusq; vectus Ebromanum tuam
Sedem locavit mœnibus.

Cùm igitur cõſtent Ebromanum ſive Ebromagum. Paullinorum fuiſſe, & verò ex Sidonio

denuo certum sit Burgi dominos fuisse Paullinos: mihi verosimile non fit, si Burgus fuisset alius ab Ebromano locus. Ausonium non alicubi vel semel eius meminisse. Consentiunt mihi Scalig. 2. *Aus. lect.* & *Mer p.* 558. Abit verò in diversum Vinetus *ad d. locum Epist.* 22. qui defessũ se ait inquirendo in hanc Ebromanum & ductus nominis similitudine credit Hebromagũ Ausonii esse pagum quatuor leucis Burgo distantem infra Blaviam *Embrau* iam dictum, sive etiam *Brau*, ab illis qui ideo primam syllabam truncant, quòd putant esse præpositionem IN. Mea sic est ratio, si licet eam promere magis quàm premere: Ebromanum, antequam à Pontio Leontio cingeretur muris & propugnaculis, Burgi appellatione appellatum numquã fuisse, ideoque

que nec potuisse sciri Ausonio hoc futurum loci vocabulum: non secus ac sciri non potuit ante hac Boibellæ datum iri nomen Henrichsmont quo nunc indigetatur, postquam ex ignobili pago in elegantissimam urbem ab illustri Sulliano Duce mutatum, & alia aliis. Postquã verò muris propugnaculisque cinctum fuit, exuisse vetus nomen & novum è re natâ sumtum servâsse. Videtur id innuere Sidonius qui in Phœbi vaticinio, quod fingit, fore ait ut arx illa Burgus dicatur: adeoq; auguratur Ebromano quod ipsi contigit, ut propter munimentũ vetus nomẽ deponat, & novo Burgi prædicetur.

Cernere iam videor quæ sint tibi
Burge futura.
Diceris sic: namq; domus de flu-
mine surgunt.

Pendentesq; sedent per propugnacula therma.

Ex quîs verisimile fit, aliud nomen loco antè, & hoc noviter ipsi impositum fuisse. BURCI autem vocabulum, quo de dubitat VINETUS sub initium de antiquitate Burgi nostræ, Germanicum sit an Gallicū, à Germanis ut plurima alia mutâsse non dubito Gallos, notatq; in castellum sive fortalitium. Glossarium vetus: *Burgus, turris, πύργος.* Vide plura apud Scalig. *in lect. Auson.*

Dubitari ego non posse crediderim (quod & Scaliger movet dicto loco) Embromanū Paullinorum esse BURGUM SidonI; si Epistola Ausonii cōferatur cum carmine SidonI. Innuit Ausonius exspectare se Ebromano annonam, & fore ut familia sua, nisi Paullinus suppetias ferat nō

ad

ad Tulli frumentariam, sed Curculionem Plauti pertineat, tum ipsum caseo & sale parâsse triticum, quin & se si fami Lucaniaci quę vel Saguntinam æquaret, consulatur, Cereris & Triptolemi loco culturum. Quæ omnia eò tendunt ut probent Ebromanum fuisse instar horrei & granarii vicinis aliis locis: quippe quæ propinquum habebat Santonium, terram præter alia frugum feracissimam & nulli Galliarum provinciæ cedentem, sic ut meritò Straboni sterilem & arenosum eam dicenti oblocucutus sit Merula, p. 558 & commoditas ei erat receptum & conditum frumentum navigiis inde in alia loca evehundi. Non secus atque in Thuringia quæ sumen Germaniæ ob vberem frugum proventum audit, & agro Anhaltino, confinibusque locis

stra-

frumentum Magdeburgum cō-vehunt, unde ſecundo Albi Hā-burgum & pòſt in Hiſpaniam tranſportari ſolet: atque alia & Occidentali Thuringiæ parte e-vehitur in neſcio quem pagum in ripâ Viſurgis ſitum, ut ſecun-do flumine deferatur in alia in-digentia loca. Simile quid fit in-dubiè in Burgundia, quæ & ipſa fœcunda frugum mater, urbi-bus ad Araris ripam poſitis. Quæ (ut revortar) omnia con-veniūt cum hac Sidoniana Bur-gi deſcriptione:

De ſuper in longum porrectis
horrea tectis
Creſcunt atq; ampliùs angu-
ſtant fructibus ædes.
Huc veniet calidis quantum
metit Africa terris
Quantum vel Calaber, quan-
tum colit Appulus acer.

Quan-

Quanta Leontino turgescit messis acervo:
Quantum Mygdonio committũt Gargara sulco.

Sed Garumnâ descendẽtes ne nimis diu obliquem⁹ oculos ad Burgum in Duranii ripâ eminentem, secundoq; magis flumine deferri Blaiam amemus.

BLAIA, olim Blavia dicta ut iuxta alios, quos allegat Merula *p.* 557. ex Ausonio liquet, & ex notitia Imperii Romani: oppidum de cuius origine, quando & à quo ædificatum fuerit, quod referam non habeo: sufficit scire ex allegatis auctoribus abunde id habere antiquitatis. Exiguum id est, & vix 40. iugerum soli obtinens, sed fortissimum. A Garumna clementer adsurgit, & versus ortum arcem, quamquã ab oppido non distantem ullo murorum fossarúmque interie-

tum. Vocata fuit Ausonio in Ep. 17. *Blavia militaris*, fortè quòd ea quoq; tempestate præsidium istia haberetur perpetuum, uti illic Notitia Imperii quoq; Romani collocat præfectum militum Carronensium sub dispositione viri spectabilis Ducis tractus Armonicani & Nervicani. Similem appellationem meretur apud Gregorium Turonensem & Aimonium Floriacēsem. qui castrum eam vocant. Hodie non degeneravit ab eo, quod olim fuit, ac præsidia perpetua istic habētur, civesq; ferè omnes sunt milites stationarii, qui noctè dieq; non solùm locum istū custodiunt, sed & veluti ex specula, quid toto latè Garumna agatur, observant, & si hostilis classis præterire conetur, eam gnaviter, quantum per fluminis latitudinem liceat, tormentis, quę

in

in propugnaculis diſpoſita foris vdiere eſt, prohibeant Nemo iſtic peregrinus in urbem admittitur, nec etiam permittitur curiosè foſſàs muroſq; inſpicere. Hoſpita ſunt in ſuburbio. Angli Burdigalam commerciorum cauſſa navigantes, iſtic appellere & machinas bellicas relinquere, tum pro uno quoque navigio coronatum exſolvere obſtricti ſunt: Idque ex declaratione Ludovici XI. anno 1475. Cui antè, poſtquam ex Aquitaniâ à Car VII. expulſi eſſent, ad oſtiũ Garumnæ prope Solacum pagum cogerentur expectare & ſalvum conductum, antequam ingrederentur, impetrare. vid. Lurb. *Chron. Gallicè editum, ſub anno* 1413.

Abeſt Blavia ab oſtio Garumnæ 13. leucis, Burdigalâ 7. Ponte 10. Santonio 14. quo euntes expe-

experiuntur viam glareosam, nec pluvio etiam tempore, ut ipsi experti fuimus, sicut alibi lutosam, sic enim Ausonius Epist. XII.

Aut iteratarumqua glarea trita viarum
Fert militarem ad Blaviam.

Obversus ferè, nisi quòd paulò inferior est, Blaviæ ex sinistro latere Medulico pagus Paulliacus Ausonio dictus in Epistola ad Theonem Poetam Medulicum, qui in eius viciniâ colebat Domnotinum villam an vicum incertum, nec enim sciri nunc potest ubi aut quid fuerit, nisi quod in pago *Donissan* Burdigalę propiore vestigium huius nominis agnoscere velle videatur Vinetus (*ad Ep. Aus. 7. in fi.*) versus Ausonii sunt.

Scirpea Domnotonis tanti est habitatio vati,

Paul-

Paulliacus tanti nō mihi villa foret.

Iucundæ verò lectu sunt Ausonianæ ad Theonem Epistolæ, in quibus Vibisco sale stuporem Medulicum argutè perfricat & ironicè amicū suum solociorem perstringit. Non præterii hunc ad sinistrā ripam pagū, quia me cū comitibus meis hospitio quā quam pertenui excepit, cùm Blaviç divertere cogitantes ventus adversus & æstus maris iam refluēs iuberet subsistere. Nec sileo quod nobis hîc cōtigit. A pransis & symbolas soluturis poscebantur triginta solidi: & octo eramus. Tenues equidē erant cibi & vinū non valde generosum: alibi tamen apud duriores cōductores oportuisset vel triplum numerare. Erat nobiscum, qui eramus quinque Germani & duo Angli, Francus qui more genti

recepto, non improbando quidẽ sed nec etiam nisi cùm stabulariorum iniquitas poscit adhibẽdo, minus offerebat. Ego nihil detrahendũ & quod poposcerat paupercula mulier integrũ solvendum (quippe qui nec sic nos satis solvere & vix sine sacrilegio vel minimũ teruncium detrahere nos posse sciebam) ingeminabã. Ille instare more suo agere, minus offerre ac nescio quot solidos, forte ne videretur non indigena. Ego meis sociis, optem, inquam, stabulariã nostrã amplius insuper petere computatis melius quæ nobis apposuit, quàm ante poposcerat, ut hui⁹ iniquitas refutetur. Quid fit? Secundũ hanc vocẽ Germanico idiomate prolatam, infit ipsa se nescio cuius oblitam & 36 solidos poscit. Conversus ego ad hominem viden' inquam falsum me non fuisse.

fuisse, qui nihil detrahendum urgebam. Is qui ante litem de triginta moverat confusus cogebatur in 36. consentire:& certus sum insuper, iusto minus mulierculæ optimæ & simplicissimę refusum. Certè vultur aliquis & alieno inhians duplo vix cōtentus fuisset. Sed relinquam Medulos & Santonas repetam.

Vltimus locus ex hac parte est Roianum, quem & noctu ingressi sumus & summo mane, circiter 3. reliquimus, sic ut nil viderimus, nec etiam referentibus aliis quicquam didicerimus. Hoc tamen noto: Hinc viatoribus Rupellam cogitantibus non facilè ulteriùs mari pergi angulumq; Santomicum circumnavigari: quia cum periculo coniuncta est ea navigatio, sed meritorios equos conduci, & per compendiū tuto itinere iri Mornacum,

nacum, quod 2. distat leucis, ubi denuò naves intrãtur Rupellam ad 14. leucam volantes. Itineris terrestris Mornacũ, & inde maritimi Rupellam, atque adeo utriusq; vecturæ merces sunt XII. asses cum dimidio: quanquam nautæ plerumq; ab ignaris, maximè cum Rupellâ solvunt, plus extorquere laborent.

Huc usque secunda est commoditas, quæ potuit invitasse veteres Vibiscos ut Burdigalam ex fundamentis excitarent: cui tertia nunc cohæret Oceanus liberior, in quem non solùm Burdigalâ descenditur, sed ex quo Burdigalã Garumnâ perinde ut ipso mari cum quibusvis maximis navibus ascenditur.

Quà hanc commoditatẽ amplius quid habuit antiqua Burdigala quàm præsens. Portum enim & stationem navium habuit

buit intra mœnia. Quo de Ausonius canit in Burdigalâ:

Per mediumq; urbis fontani fluminis alueum,
Quem pater Oceanus refluo cum impleverit æstu,
Adlabi totū spectabis classibus æquor.

Expressius vero adhuc auctor incertus, Burdigalensis tamen, in carmine Eucharistico:

Tandem autem exacto longarum fine viarum
Maiorum in patriam tectisq; advectus avitis
Burdigalam veni, cuius speciosa Garumna
Mœnibus Oceani refluas maris invehit undas
Navigeram per portam: quæ portum spatiosum
Nunc etiam muris speciosâ includit in urbe.

Spa-

Spatiosum vocat portum. An fidem habere debeam, dubito. Vrbs enim ipsa tantum spacii in se vix continuit, ut portum qui hoc nominis mereatur ambitu suo continere potuerit. Sed Poëtæ aliquid permissum, quod negatur historico. Vbi portus iste fuerit, nũc omnino cognosci ex nullo vestigio potest, nisi quòd ambigendum non est propter Ausonij descriptionẽ illum fuisse in fluvio Divicia, quo de paullò pòst: quod Lurbeus *n.* 309. & ex hoc Merula adferũt de ostio Peugæ, in eo falsi fuêre & confuderunt hanc stationem cum altera, quæ posterior fuit Ausonianâ. Insuper enim aliud & ipsum in urbe, at non Ausoniana, sed iam primum incrementum extra Peugam fluviolũ adeptâ, fuit navale, cuius vestigia cognoscere adhuc est eo loco ubi Peuga in Ga-

in Garumnam ſeſe effundit. Iſtic prope portam *du Caillau* duæ turres rotundę ſpacio aliquo inter ſe diſiunctæ, & remiſsâ catenâ quæ ex altera in alteram ducta fuerat, adhucq; conſpici narratur ingreſſum fecit navibus, & eadem machinis quibuſdam adducta ingreſſuras & egreſſuras prohibuit: qualis hodiéque ingreſſus eſt in portum Rupellanū niſi quòd turres Rupellę & craſſiores ſunt & editiores, tum interſtitio paullò maiori diſiunctæ. Sed & hic portus eſſe deſiit idque ſpacium quod diſpernebat dictas duas turres tandem anno 1581. muro interducto concluſum fuit uti inſcriptio adfixa memorat: cloaca verò publica ad iſtam muri partem poſita. Nullum ergo Burdigala habet navale nunc temporis præter ipſam Garumnam.

Præter

Præter hunc fluvium æquoreum, duo alii fluvioli interſecant Burdigalam: alii rei quod ſciam non ſervientes quam ſordibus educendis, & profluentem eluendis linteis miniſtrantes: quorum unus tantum per Auſonaniam urbem labebatur, nomine DIVICIA alter extra illam fluebat imò etiam extra urbem primitus amplificatam, cuius muros lambebat, qui tamen ultimo incremēto urbis facto cùm ſuburbia & monaſteria mœnibus circumdarentur comprehēſus & ipſe fuit, nomine Peuga. Vterque ortum ſuum habet ex fontibus urbi vicinis. Quorum aquæ cùm confluxere prope urbem triplici viâ Garumnæ accedunt. Pars enim foſsâ mœnium recepta eo tramite ad Garumnā pergit, in eum ſe exonerans prope S. Crucis in extremo urbis

angulo. Reliquæ duæ partes ipsam intrant, ut dixi, urbẽ. Altera ad sinistrũ sese flectens, Ausonianam, prope hospitale S. Andreæ maioremq; partem canali fornicato per urbem subter ędes & platearũ pavimentum fertur, estq; hæc Divicia. Altera ad dextram cursum suum dirigens inter ædes Episcopi & castellum Phari *chasteau du Ha*, urbẽ Ausoniana recentiorẽ & primo incremento auctam cingit, id præstans olim urbis Ausonianâ iunioris ideoq; mediæ incrementis, quod novissimæ præstat pars illa quam in fossas derivatã dixi.

Triplicem hũc rivulum, quorum unus sine nomine extra urbem præsentem procurrit, putẽ olim unicum fuisse & congrege aquarum cœtu Ausonii Burdigalam intrasse, inque depressiore urbis loco cavo alveo veluti

laçu.

lacu receptum ſtationem præbuiſſe navibus. Ipſe certè Auſonius vocat alveum fluminis fontani: nempe aquarum ex dictis fontibus verſus Occidẽtem crebriter ſcaturientib. collectarum: ut credam olim anonymon fuiſſe, quippe qui ad murum occidentalem in fluvii ſpeciem creſcens per urbem lapſus ad ima eius extra murum Orienti obverſum, quod eſſe nõdum probè inceperat, eſſe deſierit. Veriſimile non eſt, ſi certo vocabulo appellatus eo ſeculo fuiſſet, Auſonium nomen eius taciturũ fuiſſe, magiſq; circumſcriptione eum deſignaturũ. Vndę igitur huius fluvii ſunt eædem, quæ nunc trium rivorum, nec quærendũ in illas amplius. Secus ſe habet in fonte, quid enim vetat cũ cõmoditate fluviorum & rivulorum cõiungere & hanc fontis, quamquam

hic non scaturientis in urbe fuerit aquæ sed arte introductæ: cùm præsertim ea sub initium temporis quo coniunctas societates homines colere incipiebãt, primum fuerit invitamentum: ut etiam à fontibus pagos urbibus antiquiores nominatos cõster: quod Dd. solent notare cùm vocabulum pagani explicant ad Institutiones Iustinianeas.

De hoc fonte nihil reliqui fecit multiplex urbis elegantissimæ desolatio Attamen quia tantopere ab Asonio celebratus fuit, age versus eius huc ponam & ex Vineto aliisq; quędam huic rei cognoscendę adferam sic igitur Ausonius:

Quid memorem Pario contectum marmore fontem
Euripi fervere freto? quanta unda profundi

Quan-

Quantus in amne tumor quãto ruit agmine præceps
Margine contenti bissena per ostia cursus?
Innumeros populi non unquã exhaustus ad usus.
Hunc cuperes Rex Mede tuis coniungere castris,
Flumina consumto quum defecêre meatu.
Huius fontis aquas peregrinas ferre per urbes
Vnum per cunctas solitus portare Coaspen.
Salve fons ignote ortu, sacer, alme, perennis,
Vitree glauce, profunde, sonore, illimis, opace,
Salve urbis genius, medico potabilis haustu,
DIVONA *Celtarũ lingua fons addite Divis.*
Non Aponus potu, vitreâ nõ luce Nemausus

Purior: aequoreo non plenior amne Timavus.

Ex quib. patet marmoris obtentu opacum fuisse hunc fontẽ tantaq; aquæ copiâ, tam largis tubis & canalibus, ut erumpens stridorẽ ediderit ad Euripi morem, conclusum per duodecim ostia emanasse, uti facilius omnium pateret usui, & tandem ignotum fuisse ortu, sive per accessus subterraneos & clandestinos aquam ipsi suffectam esse: Ex quîs quatuor notis, postquã nil aliud superest, possit quis veluti per densam nebulam videre aliquantillam huius fontis imaginem. Dolendum erat hunc fontem non solum interiisse, sed & nomen perdidisse suum: DIONA enim, antequam ex Lugdunensi manuscripto exemplari emendaret Vinetus, lectum fuit in his versibus. Hic igitur ita emen-

mēdavit motus auctoritate scripti libri, tum quod Celticam linguam, quâ nomen huic fonti inditum testatur, putet illam esse quâ AusonI tempore, h.e. postquam sub Romanorum imperio Romana lingua in has terras illata fuisset, Celtæ utebantur. Sed diligentissimus Merula falsum docet fuisse virum optimum in inquirenda Etymologia huius vocabuli: quum eo capite, quo demonstrat veterem Celtarum linguam hodieq; superstitē esse in illâ, quâ Aremorici Galli & in adversa insula habitātes, *les basse Bretons*, utuntur, huius etiam Celtici vocabuli ex Guilielmo Cambdeno Celticam adfert originem. Nempe hodieq; *Divv* Britannis Aremoricis notare DEUM, & *Vonan* fontem. Gratias debet Burdigala viris doctissimis, pro reddita fōti, qui interierat,

rat, veri nominis verâ etymologia. Nec igitur putandum cum Iosepho Scaligero magis Gallicum (Celticum inquā) sonare *Dviona* quàm *Divona*. Cui firmando nil faxit nomē urbis Caducorum primæ (*Cahors* hodie) antiquum, quod ex Ptolemæo est non Δουιώνα sed Δουήονα: quod Latini verterunt Duucona: Nec desunt qui hîc Diuonam agnoscant: vide Merulam c.35. Nam & incerta est lectio huius nominis & ut maximè hæc sit certa, incerta eius derivatio: quæ in nostri AusonI versibus dilucida additur: & ex linguâ Britonum Artemoricâ commodissimè explicatur. Fecerat olim distractio harū literarū ut essent, qui propter nescio quam nominis similitudinem cōtenderent Ausonii fontem fuisse illum, qui est propè Amphitheatri reliquias, O

D a-

DEIAM dictum, cuius aqua ad lavandas vestes & perficienda coria usurpatur, sed rectè huic à Vineto respõsum, Ausonii fontem non extra mœnia sed in mediâ fuisse urbe. Ignotum ortu vocat hunc fontẽ, quia magis subterraneis ductibus è longinquo adveniebat, & raro opere supra terram: quamquã & hoc adfuerat. Inventa enim fuêre aquæductus vestigia in sabuleto extra portã D. Iulia. in anno 1552. forte fortunâ à Vineto deambulante: unde etiam vicinam molctrinã nomen accepisse sagaciter odoratur, *le moulins des Ares*: Arcus enim vocarunt hos aquęductus quia ex arcubus constitere. Observata fuêre ampliùs vestigia ductus huius continuati ad perpendiculũ versus urbem in eâdẽ istâ valleculâ à Vineto, ut refert *in Antiq. n*, 63. Quin & octennio

antè cum fundamenta iacerentur propugnaculi propè portam D. Eulaliæ ædificandi, canalem structilem affabreq; factum & antiquo artificio quadrangulâ forma repertum idem & in Burdigala Ausonii, & in Antiq. Burdigalæ refert. Novissimè refert Lurbe⁹, sive quis auctor est alius discursus de antiquitatib. montis Iudaici anno 1949. ab mercenariis Domini Langii Consiliarii regii in parlam. Burdig. cum fodi puteum curaret, inventum fuisse canalē plumbeum crassitie hominis, repletum aquâ clarâ & fluente: qui & ipse videtur reliquus à ductu aquę hui⁹ fontanę.

Summa: videtur fons fuisse pluriū ortuum, aquas, inquam, ex plurib. scaturiginibus huc & edito & depresso sub terrā opere deductas. Id quod soliti fuêre facere prudentes antiqui, qui sciebant ad perpendiculum aquam

deducendã, ut sana & bona haberetur. Ductuũ huiusmodi vestigia videmus & prope Nemausũ, Blæsios Lugduni, Pictaviũ, Santonium, pluribusq; locis.

Ast ut ne in solis fluviis fontibusq; occupati verba undæ etiã auferant, non tacendum est terram & area proximum satis benignum esse huic urbi. Quamquam enim frugum proventus non is est in vicinia, qui laudari valde mereatur, huic tamen defectui, sin ita, nominandus, est optimè cõsulitur per flumen vicinum. Cæterùm ex quadrupedum generib. puod usui & esui humano inserviat nullũ ferè inveneris quod desideretur. Volatilib. etiã abũdat: gallinis Numidicis, caponib. perdicibus, turdis, turturib. merulis & id genus plurib. quæ enumerare longũ esset. Nec longè adeò hinc absunt

loca de quîs vir magnus & magno Regi meritissimo suo in deliciis, sub ficto nomine in hæc verba scribit: *Nam & vasta aliquot in Aquitania loca ne incolis quidē sunt vacua, vel ingrata: pinetis frequētibus & succo fructuq́; pretiosis. Avibus catervatim provolantibus ut aeri illa plaga tantundem debeat quantum de iusto telluris officio arena subduxit.* Turdos inprimis laudo quos istic opidò pingues, clunesq́; cereas opimatos esitare est, huiusq; tandem generis, ut mereantur præconium Martialis, qui ita de iis libro 13.

Inter aves turdus, si quis me
iudice certet,
Inter quadrupedes gloria pri
ma lepus.

Suo etiam merito obtinuêre ut Musa Ausoniana ipsos cantarit: quorum viginti præcipiti volatu

latu laqueis illati captique dono missi Hesperio ab Ausonio fuêre: quo de lege Epist. 10. Quîs vesci convenit illos, qui extranei legitimo tempore visunt Burdigalam, ut & ostreis Medulicis Solacensibus (ut denuò ad undas revertar) quæ perinde Musa Ausoniana præclaro ditat elogio, breviter quidem Ep. 7. duobus versibus initialibus:

Ostrea Baianis certantia, quæ Medulorum
Dulcib. in stagnis refluì maris æstus opimat.

Tum vero diffusiùs Epistola XIII. Quâ in confert inter se varii generis ostrea, omnibus verò præfert.

—— quæ Medulorum
Educat Oceanus, quæ Burdigalensis nomen
Usq; ad Cæsareas tulit admiratio mensas.

Hæc inter cunctas palmam meruere priorem
Omnibus ex longo cedentibus: ista & optimi
Visceris & nivei dulciq; tenerrima succo
Miscent æquoreum tenui sale tincta saporem.

Cui non, qui ostrea unquam gustavit, moveat salinam tam elegans & proba descriptio? De me fatebor: Nunquam ante nisi condita aut si recentia frixa comederam, & cum fastidio Burdigalæ ut etiam Rupellæ antè adspectabam replentes se iis crudis, inprimis matutino tempore & nondum ientatos. Ast cùm legissem hoc Ausonl præconium doctissimus Poeta persuadebat mihi uti vescerer iisdem ad eundem modum. Iratus tandem fui pertinaci meo fastidio, quod me defraudaverat tam opimis delicijs

liciis per tot dies. Secus potuiſſem cum Milone iocari. Is cùm Maſſiliæ ubi exulabat accepiſſet orationem Ciceronis quâ defendebatur, ſed aliam quàm recitârat pro roſtris longéque meliorem & vehementiorem: Bene ſe habere, reſcripſiſſe Ciceroni traditur, quod non uti eam pòſt ſcripſerat ſic & anteà dixiſſet: ſecus enim ſe non veſci tam bonis & ſapidis mullis. Ego inquam potuiſſem me ſolari qui propter morbum amiciſſimi mei Coleri fidi Achatis in hoc itinere cum meis ſubſiſtere ad XV. dies cogebar, & dicere: Bene habet quòd ſcæva ſors hanc mihi remeliginem obiicit: ſecus enim non veſcerer tam bonis & ſapidis oſtreis. Quin & eius pretii habitæ fuerunt, ut vivaria ipſis Burdigalæ olim fecerint. Sidon. 8. *epiſt.* 12. uti

olim

olim in Italia: Plin. *lib*. 9. Caussa bonitatis earũ videtur esse aqua dulcis, quæ opimiores eas reddere putatur. Vinet. *ad Epist. Auson*. 13. Plinius *lib*. 32. sic de iis scribit: *Gaudent dulcibus aquis & ubi plurimi influunt amnes*.

Hęc de commoditatibus quibusdam, inprimis quà victum retuli; non omnibus. Nec enim omnes referre eius est qui pauculos vix dies eam inhabitavit. Minimum oporteat te totum anni orbem istic exigere, ut quæ quoque tempore inventu sint recenseas.

Mantissæ loco huic capiti addo adversam Garumnæ ripam collib. adsurgere amœnissimis, vestitam omni arborum genere, ac inprimis vite. Qui sunt, ut putat Vinetus, ex quo hoc transcribo, quæ iuga frondea dixit Ausonius in Burdigala:

Ver-

Ver longum brumaq; breves.
iuga frondea subsunt.

In iis collibus clivus est in urbem & meridiẽ obversus, per vetusto cupressino luco, qui nunc vix est 7. iugerum, olim longè maior fuit, inprimis visendus. Cupressus enim arbor in Gallia satis rara est: Quamobrem hoc se cupresseto valde iactant Burdigalenses. Quin iam inde antiquitus duravit hic mos usq; ad nostra tempora, ut quicumque Burdigalâ vinũ asportaturi sunt, solvere antea ipsis non liceat quàm cupressinũ ramum à magistratu acceperint: pro quo pendit qualibet navis drachmæ duas septimas partes. Hactenus Vinetus. Addo ego pulchrũ ibi esse ambulacrum, eoq; cum sudum est sæpe exspatiari illos, qui spatiis conficiendis delectantur.

Nec prætereundum, aream ludi,

ludi, qui *balemaille* dicitur, esse extra urbem, proximè fossam & arcem Tropeitam, à latere Medulico, in suburbio *aux Chartreux* elegantissimo: ubi in proximo habitant Hollandi qui cerevisiam optimè coquunt eamq; desiderantib. vendunt, convictoresque exteros tolerabili pretio menstruo recipiunt.

CAPVT. VII.

DE ÆDIFICIIS *Nobilioribus, tam sacris quàm profanis.*

SVnt Burdigalæ duæ Ecclesiæ collegiatæ, quarũ una est metropolitana: XII. parœciæ: Octo cœnobia monachorum, unum Sacrarum virginum & collegiũ Iesuitarum, institutum anno

clↄ

cIↃ IↃ LXXXII. cura & liberalitate Fr. Baulonii Senatoris Burdigalensis. Templa elegantiora sunt Divi Andreæ, & S. Michaelis: illud tribus turribus, hoc una sed eminentiore, insigne. Illud laquearibus lapideis obductum, nallísq; columnis fultum. Exeunti ex choro ad dextram picturam videbis resurrectionis Dominicæ, ubi Christus aquilæ insidens cælo vehitur. Aiunt fuisse antea Ganymedis, sed mutatam. Mihi id non fit verisimile propter alteram picturam Purgatorii huic simillimam. In medio templi marmor visitur, cui olim distichon Græcum inscriptum de Lucilla gemellipara. Vicinum huic templo est Nosocomion, in cuius introitu exstat monimentū liberalitatis domini Candalæ: vocatur ibi *Francois Monsieur de Foix de Candale.*

Cap-

Captal de Buchs. Euesq. d'Ayre, commendeur de l'ordre & milice de S. Esprit. Quingentas annuas libras testamento reliquit Nosocomio. Vixit annos 81. menses 5. Duorum aliorũ liberalitas ibidem laudatur in tabulis parieti adfixis. In templo huius Nosocomii medium chori locum obtinet epitaphium Boërii, cuius inscriptionem seuo candelarum id & penus aliis maculatam legere non potui. In pariete monimentũ est Stephani & Petri Burgiorum: quorum posterior vivus hoc tetrastichon cineribus suis dedicaverat:

En ce lieu loing d'enuie
I'ay voulu ostre mis mes os.
Mon frere ie te prie
Laisse les en repos.

Cœmiterium inprimis visu dignũ est S. Severini extra portam.

tam *Diuaux* prope Amphitheatrum, cum ideo quòd antiquius reliquis, tum quòd ibi visuntur cavi lapides sepulchris impositi, in quibus secundum Lunę incrementum aqua augescit & minuitur. Multi hîc Equites quos sub Car. Magno conspiratio extinxerat humati. Legatur tebella in templo suspensa sic incipiens: *In mundo duo sunt cœmiteria*, &c.

Arx fuit olim Burdigalæ nomine Vmbraria, Regia antiquorum Aquitaniæ Ducum. Vocabulum suum inde habuit quod Aquifolio & aliis arboribus umbram facientib. undiq; circumdata erat. Ipsa arx restat adhuc nomenq; priscum servat, etsi istã arborum umbram propterea quòd ædificia in ipsarũ locum posita fuêre, perdiderit, & iam sedes est Parlamenti Regii: quo de inferius loquar.

Duas

loca de quîs vir magnus & magno Regi meritissimo suo in deliciis, sub ficto nomine in hæc verba scribit: *Nam & vasta aliquot in Aquitania loca ne incolis quidẽ sunt vacua, vel ingrata: pinetis frequẽtibus & succo fructuq́; pretiosis. Avibus catervatim provolantibus ut aeri illa plaga tantundem debeat quantum de iusto telluris officio arena subduxit.* Turdos inprimis laudo quos istic opidò pingues, clunesq́; cereas opimatos esitare est, huiusq; tandem generis, ut mereantur præconium Martialis, qui ita de iis libro 13.

> *Inter aves turdus, si quis me iudice certet,*
> *Inter quadrupedes gloria prima lepus.*

Suo etiam merito obtinuêre ut Musa Ausoniana ipsos cantarit: quorum viginti pręcipiti volatu

latu laqueis illati captíque dono missi Hesperio ab Ausonio fuêre: quo de lege Epist. 10. Quîs vesci convenit illos, qui extranei legitimo tempore visunt Burdigalam, ut & ostreis Medulicis Solacensibus (ut denuò ad undas revertar) quæ perinde Musa Ausoniana præclaro ditat elogio, breviter quidem Ep. 7. duobus versibus initialibus:

Ostrea Baianis certantia, quæ Medulorum
Dulcib. in stagnis reflui maris æstus opimat.

Tum vero diffusiùs Epistola XIII. Quâ in confert inter se varii generis ostrea, omnibus verò præfert.

—— quæ Medulorum
Educat Oceanus, quæ Burdigalensis nomen
Usq; ad Cæsareas tulit admiratio mensas.

Gg 7 Hæc

Hæc inter cunctas palmam
meruere priorem
Omnibus ex longo cedentibus: ista & optimi
Visceris & nivei dulcíq; tenerrima succo
Miscent æquoreum tenui sale tincta saporem.

Cui non, qui ostrea unquam gustavit, moveat salinam tam elegans & proba descriptio? De me fatebor: Nunquam ante nisi condita aut si recentia frixa comederam, & cum fastidio Burdigalæ ut etiam Rupellæ antè adspectabam replentes se iis crudis, inprimis matutino tempore & nondum ientatos. Ast cùm legissem hoc AusonI prçconium doctissimus Poeta persuadebat mihi uti vescerer iisdem ad eundem modum. Iratus tandem fui pertinaci meo fastidio, quod me defraudaverat tam opimis delicijs

liciis per tot dies. Secus potuiſſem cum Milone iocari. Is cùm Maſſiliæ ubi exulabat accepiſſet orationem Ciceronis quâ defendebatur, ſed aliam quàm recitârat pro roſtris longéque meliorem & vehementiorem: Bene ſe habere, reſcripſiſſe Ciceroni traditur, quod non uti eam pòſt ſcripſerat ſic & anteà dixiſſet: ſecus enim ſe non veſci tam bonis & ſapidis mullis. Ego inquam potuiſſem me ſolari qui propter morbum amiciſſimi mei Coleri fidi Achatis in hoc itinere cum meis ſubſiſtere ad XV. dies cogebar, & dicere: Bene habet quòd ſcæva ſors hanc mihi remeliginem obiicit: ſecus enim non veſcerer tam bonis & ſapidis oſtreis. Quin & eius pretii habitæ fuerunt, ut vivaria ipſis Burdigalæ olim fecerint. Sidon. 8. *epiſt.* 12. uti olim

olim in Italia: Plin. *lib.* 9. Caussa bonitatis earũ videtur esse aqua dulcis, quæ opimiores eas reddere putatur. Vinet. *ad Epist. Auson.* 13. Plinius *lib.* 32. sic de iis scribit: *Gaudent dulcibus aquis & ubi plurimi influunt amnes.*

Hęc de commoditatibus quibusdam, inprimis quà victum retuli; non omnibus. Nec enim omnes referre eius est qui pauculos vix dies eam inhabitavit. Minimum oporteat te totum anni orbem istic exigere, ut quæ quoque tempore inventu sint recenseas.

Mantissæ loco huic capiti addo adversam Garumnæ ripam collib. adsurgere amœnissimis, vestitam omni arborum genere, ac inprimis vite. Qui sunt, ut putat Vinetus, ex quo hoc transcribo, quæ iuga frondea dixit Ausonius in Burdigala:

Ver-

Ver longum brumaq; breves, iuga frondea subsunt.

In iis collibus clivus est in urbem & meridiē obversus, per vetusto cupressino luco, qui nunc vix est 7. iugerum, olim longè maior fuit, inprimis visendus. Cupressus enim arbor in Gallia satis rara est: Quamobrem hoc se cupresseto valde iactant Burdigalenses. Quin iam inde antiquitus duravit hic mos usq; ad nostra tempora, ut quicumque Burdigalâ vinū asportaturi sunt, solvere antea ipsis non liceat quàm cupressinū ramum à magistratu acceperint: pro quo pendit quælibet navis drachmæ duas septimas partes. Hactenus Vinetus. Addo ego pulchrū ibi esse ambulacrum, eoq; cum sudum est sæpe exspatiari illos, qui spatiis conficiendis delectantur.

Nec prætereundum, aream ludi,

ludi, qui *balemaille* dicitur, esse extra urbem, proximè fossam & arcem Tropeitam, à latere Medulico, in suburbio *aux Chartreux* elegantissimo: ubi in proximo habitant Hollandi qui cerevisiam optimè coquunt eamq; desiderantib. vendunt, convictoresque exteros tolerabili pretio menstruo recipiunt.

CAPVT. VII.

DE ÆDIFICIIS Nobilioribus, tam sacris quàm profanis.

SVnt Burdigalæ duæ Ecclesiæ collegiatæ, quarũ una est metropolitana: XII. parœciæ: Octo cœnobia monachorum, unum Sacrarum virginum & collegiũ Iesuitarum, institutum anno

clↄ

cIↃ IↃ LXXXIII. cura & liberalitate Fr. Baulonii Senatoris Burdigalensis. Templa elegantiora sunt Divi Andreæ, & S. Michaelis: illud tribus turribus, hoc una sed eminentiore, insigne. Illud laquearibus lapideis obductum, nallísq; columnis fultum. Exeunti ex choro ad dextram picturam videbis resurrectionis Dominicæ, ubi Christus aquilæ insidens cælo vehitur. Aiunt fuisse antea Ganymedis, sed mutatam. Mihi id non fit verisimile propter alteram picturam Purgatorii huic simillimam. In medio templi marmor visitur, cui olim distichon Græcum inscriptum de Lucilla gemellipara. Vicinum huic templo est Nosocomion, in cuius introitu exstat monimentũ liberalitatis domini Candalæ: vocatur ibi *François Monsieur de Foix de Candale.*

Cap-

Captal de Buchs, Euesques d'Ayre, commendeur de l'ordre & milice de S. Esprit. Quingentas annuas libras testamento reliquit Nosocomio. Vixit annos 81. menses 5. Duorum aliorũ liberalitas ibidem laudatur in tabulis parieti adfixis. In templo huius Nosocomii medium chori locum obtinet epitaphium Boërii, cuius inscriptionem seuo candelarum id & penus aliis maculatam legere non potui. In pariete monimentũ est Stephani & Petri Burgiorum: quorum posterior vivus hoc tetrastichon cineribus suis dedicaverat:

En ce lieu loing d'enuie
I'ay voulu estre mis mes os.
Mon frere ie te prie
Laisse les en repos.

Cœmiterium inprimis visu dignũ est S. Severini extra portam

tam *Divaux* prope Amphitheatrum; cum ideo quòd antiquius reliquis, tum quòd ibi visuntur cavi lapides ſepulchris impoſiti, in quibus ſecundum Lunę incremētum aqua augeſcit & minuitur. Multi hîc Equites quos ſub Car. Magno conſpiratio extinxerat humati. Legatur tebella in templo ſuſpenſa ſic incipiens: *In mundo duo ſunt cœmiteria*, &c.

Arx fuit olim Burdigalæ nomine Vmbraria, Regia antiquorum Aquitaniæ Ducum. Vocabulum ſuum inde habuit quod Aquifolio & aliis arboribus umbram facientib. undiq; circumdata erat. Ipſa arx reſtat adhuc nomenq́; priſcum ſervat, etſi iſtā arborum umbram propterea quòd ædificia in ipſarū locum poſita fuêre, perdiderit, & iam ſedes eſt Parlamenti Regii: quo de inferius loquar.

Duas

Duas alias arces seu castella anno 1454. excitavit Carolus VII. Francorũ Rex, uti hoc veluti gemino freno coerceret urbem ne denuo desciſceret, ut aliquoties antè fecerat, ad Anglos. Alteram ad Occidentem, in loco paluſtri: ad angulum urbis Meduliců in Garumnæ ripa alterã. Quæ ad Occidentem ædificabatur nomen habebat Caſtellum Fari, ſive *Chaſteau de Ha:* eratq; vicina Ædi D. Andreæ. Arx fortiſſima: Etrinſecus tuta præter craſſiſſimos muros & propugnacula, paludibus circũ ſeſe diffundentibus. Nunc temporis maximam partẽ inprimis urbẽ verſus ſolo æquata, unicã adhuc eamq; quadrangulã & craſſam oſtentat turrem. Pauci ſunt anni, & crediderim octo præterpropter, cum hoc fatũ huic urbi ingruit. Cauſſa in vulgus notiſſima, nec hîc memoranda.

Quę ad Garumnam posita est TROBEITA vocatur, quæ etiamnum restat. Habetur istic statũ præsidium 150. militum. In area arcis aliquot tormenta maiora collocata visuntur. Versus Garumnam est atrium in quo Marefchalli d'Ornano vita Gallicè in trabibus descripta. Imagines Pontificum Romanorum & Regum Galliæ cingunt atrium. Ipse Ornanus in contiguo cubiculo poplitibus flexis B. Virginē adorans pictus conspicitur. Tapetes & omnia ornamenta, cùm istic essemus, remota erant. Nec visebatur amplius pinacotheca Domini d'Ornano, quam pulcherrimis rarissimisque rebus refertam fuisse audiebamus, sed tũ nescio distractam an trãslatam. In hac arce inventum fuit marmor istud in quo restat nomen Viviscum.

Tribus his arcibus rectè coniungi potest Podium Paulini. Ædes inquam ad arcis instar (arcem appellat Vinetus *ad Auson. profess. carm* 20.) in medio Ausonianæ Burdigalæ Septentrionali muro ædificatæ, hoc nomine iam olim censæ Podium appellari indubiè cœperunt ideo, quòd in editiore urbis loco sitæ instar fuêre podii theatralis, unde in ipsam urbē veluti in theatrum prospectus erat. Podia enim erant proiecta sive mœnia excelsiora, unde commodius, quæ in theatro gerebantur arbitrari licebat. Vitruu. *lib.* 5 *c.* 7. Iuvenal. *Sat.* 2. Saua. *ad Sidon. lib.* 8. *Epist.* 9. *& ibid. ad carm. XXIII. pag.* 104. Paullinorum familia, princeps omnium Aquitanicarum teste Sidonio, *pag* 540 & Fortunato, olim has tenuisse creditur, qua de inferius

cun

cùm de viris præclaris ex hac urbe oriundis, vel qui istic vitam egerunt suam. Tenuerunt has ædes haut ita pridem Candalæ Comites, familiæ Anglicæ & quæ anno 1451. Anglis Aquitania expulsis Francorum Regi Carolo homagium præstitit. Qua ex familia ultimus obiit Franciscus Flussas Candala quo de & ipso paullo inferiùs eodem quo de Paulinis capite. Nunc per coniugem Candaleam fato functam hę ædes uti alia ad illustrissim. Ducem Espernonium devenerunt. Ipsum ædificium antiquitatis parum præ se fert, nisi quòd incubat antiquis Ausonianæ urbis muris, indice etiam Vineto. Visitur in eius atrio in sinistro pariete teste Vineto & Petro Appiano, tum Bartholomæo Amantio, imago Sedati Rhetoris Burdigalensis: viri, in-

quam, capillo & barbâ crispâ, librum manu tenẽtis imago cum hac inscriptione.

D. M.

SEDATVS.

Equidem valde laborabam uti ingredi has ædes mihi liceret verùm ostiarius reponebat: sibi severissimè ab illustriss. Domino suo iniunctum ne cui nato fores paterẽt, quin ne suum se parentem (verba erant ipsius intromittere posse: verè an secus, & sin verè, quo consilio prohibitus nescio. Aliena igitur hoc fide referendum fuit. Quam aliam invicinæ domus ianua ad superum limen eidem conspici aiunt inscriptionem, nec ex aliis utrinam sit ista ianua rescire potui.

Succedat nunc Basilica urbis sive curia, quæ posita est a[illegible] ros [illegible] [illegible]

eptæ: duabus turribus ſubtex quas portâ exitur in noviſſimam urbis acceſſionem, conſpicua: quæ etiam turres in urbis inſignibus oſtentantur, ædificatæ anno 1449. teſte Lurbeo in chronico. In hac viſuntur memorandę, quas ſuprà notavi, antiquitatis reliquiæ, & mox in atrio effigies Domini de Roquolauro, Dn. Goffredi, d' Arnout de S. Simon, Equitis, &c. & iuratorum urbis ad vivum in pariete indignitatis ſuæ habitu expreſſorũ. In aditu curiæ apparitores XVI. armati præſtolãtur, qui peregrinos & intrantes, oculiſq; ea quæ iſtic viſuntur obeũtes QUI, UNDE, & CUI REI veniant, rogare ſolẽt. Baſilicæ contiguũ eſt Armamentariũ, cuius ſolum titulum ianuæ inſcriptum videre cõtigit. Nec igitur de intimioribus quid quam addo.

Collegia in hac urbe vidi tria: IURIDICUM non procul ab æde D. Andreæ: in speciem non magnificum, sed situ & pulvere magis quàm aliis ornamentis superbum, fenestrisque linteo lumen transmittentibus conspicuum: quod tamen Professores doctissimi recitationibus præclaris ornant. AQUITANICUM in vico Basilicæ contiguo: cuius novem sunt classes, & præterea lectio Mathematica, Physica, Græca, Logica, Rhetorica. Doctores sunt XIV. Gymnasiarcha nunc temporis Robertus Balfureus, cuius in Cleomedem exstant lucubrationes, compellatus à me, Professor Mathematicus Candaleus. Referebat quãdoque huius Collegii discipulos fuisse ad 2500. sed iam numerum imminutum, propter alia quæ suppullularint Collegia. In

aditu

aditu ad dextram visitur hæc inscriptio in tabula ænea: *Franciscus Fluscas Candala, Illustrissimus Princeps Boiorum Captalis & Episcopus Adurensis in literarum gratiam & matheseos illustrationem mathematicam lectionem perpetuam & solemnem in Gymnasio Aquitanico instituit, atq; annuo* 500. *librarum stipendio dotavit anno Domini* 1591. IV. *Cal. Aug.* Addita his sunt nomina magistratuum istius anni quæ non exscripsi.

In medio ædificiorum area est latissimè patens cui ornamento etiam sunt duodecim ulmi quas Elias Vinetus, quo de & ipso inferius, Vivisci huius Lycei præfectus, sua manu seris umbrã facturas nepotibus plantaverat.

JESUITARUM tandem Col-

legium Burdigala habet, ex alterâ parte Basilicæ adversum, ędificatum extra muros mediæ urbis in platea quæ fossa olim urbis fuerat. Ædificiũ est pulcrum, & locus peramœnus ulmis & istic umbram latè proiicientibus.

Privata civium ædificia, prætereunti solùm exteriùs visa, & hîc prætereo, nisi quòd monendum elęgantiora quà exteriorẽ adspectũ visa mihi in utraq; urbis fossa, quæ in plateas abiere. Meridionali, inquam, ubi à Collegio Iesuitarum Garumnã versus descenditur, & Septemtrionali, ubi imprimis magnificus, adspectus ædium in quis Princeps Condæus diverti solet cùm Burdigalæ agit. Quæ ambæ plateæ revera sunt id quod dicuntur, latissimæ scilicet, & ut Poëta Burdigalensis ait, nominis sui servantes.

Ha-

Habent etiam non paucæ ædes contiguos eosq; amœnissimos hortos & viridaria. Ex quibus inprimis dignus quem floridiores Musæ inhabitent quem colit vir ampliss. Dn. Ræmundus Donsiliarius Regius in Parlamento Burdigalensi, ex quo excerpsi antiquitates suprà dictas: cui cõtiguam habet prinacothecam picturis elegantissimis (uti harum est cum paucis amans) & quę Zeuxidos & Protogenis manus provocare possint, refertissimam.

Ast ne potissimum urbis quà ædificia ornamentum prætercam, meminens quod antiquus ex Græcis Poeta dixit, ornamenta urbium esse *pueros & turres*: velut apicem ædificiis Burdigalẽsibus impositurus addo, eminus hanc urbem turribus prçaltis, & in Pyramidis figuram

fastigiatis superbè nitere: Omnibus verò altiùs caput efferre exstructam turrem in cœmiterio S Michaelis nulli ædificio contiguam, ex quâ despicienti, si quis desuper urbem lustrare velit, tota urbs vago obiri potest visu. Hæc verò adspectus superbia quam editæ faciunt turres inprimis Garmnâ adscendentibus, ad duas circiter leucas, sese ingeret.

CAPVT VIII.

DE VIRIS ILLVstribus ex ea oriundis, aut quos illa fovit.

HIc verò amplissimum ingredior campum. Quippe enim tam fœcunda præclarorum

virorum genitrix, támque alma nutrix fuit Burdigala, ut si quis dignè exsequi hoc caput velit, singularem ad Sammartani exemplum elogiorum commentarium scribere cum oporteat. Sufficiat in præsentiarum præcipuos quos excerpere, & in hoc nostro velut pegmate conspiciundos destituere. In primis verò ceu sidera fulgent duo Consules Romani coævi, PONTIUS PAULLINUS & AUSONIUS: Ille quidem natu minor, & hunc tanquam parentem perpetuò colens, sed (quod & Ausonii modestia celebrat) fastorum titulo consulatuq; prior. De Paullinorum ergo familia & inprimis nostro Ausonii Paullino ex variis, & in primis, ex Vineti commentariis, *ad Epist.* 19. *Ausonij* sic habe.

Oriundos verisimile est, ad-

At pulante Vineto, Paullinos ex urbe Româ, cùm & Plinius initio naturalis historię Suetonium Paullinum vidisse se Consulē dicat, qui primus Romanorū ducum Atlantem mōtem sit transgressus, & Plinius iunior Valeriū Paullinum, Suetonius Lolliam Paulinam Caligulæ coniugem memorēt. Hæc familia in Aquitaniâ, quà primum occasione incertum; sedem sibi fixit & inter alias omnes emicuit. Sic quidem Fortunatus cecinit ad Leontium Burdigalensem Episcopum scribens.

Inferiora velut sunt flumina
cuncta Garumnæ
Non aliter vobis subiacet
omnis apex,

Et Sidonius *lib.* 8 *Ep.* 12. *Ecce iam Leontius meus facilè princeps Aquitanorum, ecce iam parùm inferior parente Paullino.*

mus. Quin & Ambros. lib. VI Epistolarum Paullinum splendore generis in partibus Aquitaniæ nemini secũdum dixit. Possidebatur his præter alia Ebromagus, quod postea à Pontio Leontio ex Paullinorum familiá oriundo muris cinctum & propugnaculis munitum, à re natâ Burgus vocari cœpit. Hæc familia præclaros viros multos tulit cognomines, sic ut quamvis multorũ memoria ad nos superstes pervenerit, ægerrimè tamen inter paucos discerni hodie possit. Quod nôsse debebant familiæ hodiernæ, quæ non nisi unum idemq; perpetuum nomen admittunt, quo fit, ut si quis unus præ reliquis præclara quæ edat facinora, post unicũ etiam seculum à reliquis discerni nequeat. In primis verò tulit ea Pontium

istum Paullinum Romæ consulem (quo anno incertum, quia non inter ordinarios sed suffectos fuisse probat, quòd in fastis non invenitur, vide Vinet. *ad Auson. Epist.* xx.) & Ausonio coæuum, etsi ætate paullò minorem, ut ipsi instar filii fuerit: quem etiam patronum, præceptorem, parentem cùm alibi tum in Iambis Epistolæ ad Ausonium secundæ subiectis appellat. Vir fuit eruditissimus, Poeta optimus; teste præter ingenii monimenta, quæ exstant Ausonio Epist. xx. ubi ait ipsi palmam obtigisse lemniscatam, sibi simplicem. Consulatus honore ante Ausonium & iuvenis adhuc functus fuit, postea aliquanto tempore, ut putat Vinetus *in Antiq. Burdigalæ n.* 86. Christo nomen dedit, lustralibus undis ablutus à Delphino

Epi-

Episcopo Burdigalensi. Vti autem religioni Christianæ liberius vacaret, Barcinonem in Hispaniam secessit (vid. Auson. *Epist.* 21. 23.) ibique Presbyter factus, Nolam tandem Campaniæ urbem profectus, ad Episcopale culmen evectus fuit. Vir ditissimus omnia sua reliquerat pauperibus, coniux Therasia ad viri exemplum composita fida proficiscentis lateri comes hæsit: teste D. Ambrosio lib. 6. Ep. 86. ad Sabinum. Locum Sulpicii Severini in vita B. Martini non possum quin huc transcribam: *Præstantissimumq́; nobis præsentium temporum illustris viri Paullini exemplum ingerebat: qui summis opibus abiectis, Christum secutus, solus penè his temporibus Evangelica præcepta complésset. Illum nobis sequendum, illum clamabat*

bat imitandum: beatumque esse præsens seculum, tanta fidei virtutisque documento, cum secundum sententiam Domini dives & possidens multa, vendendo omnia, & dando pauperibus, quod erat facto impossibile possibile fecisset exemplo. Vidit & indoluit à Gothis Nolam vastari, anno 412. quæ post 44. annos, anno nempe 455. denuo à Vandalis ex Africâ in Italiam irruentibus direpta fuit. Quâ tempestate Paulinum Episcopum quicquid habebat pecuniæ in redimendos captivos insumpsisse tradunt, & cùm deficeret pecunia, viduæ pauperis, cuius filius in Africam captivus asportatus fuerat, lacrimas miseratum, in Africam cum ea traiecisse, & sua captivitate ibi captivum redemisse, ipsum tamē postea ob eximiam perspectamque

pieta-

pietatem à Barbaris liberatum, Nolamque cum suis omnibus remissum. Vix tamen est, ut credam hunc eumdem Paullinum fuisse, cum inter cõsulatum Ausonii antequam ipse Paullinus consul fuerat, & Vandalicam istam direptionem minimum anni 74. (at quanta hæc vitæ humanæ portio) intercedant, & verò constet etiam alios Paullinos propter splendorem generis & Paullinum nomen postea Nolanos Episcopos factos, Savaro ad Sidon. 8. *Epist.* 12. *pag.* 593. Nisi dicendum Gregorium in hoc falsum fuisse, quòd Vandalicam istam direptionem pro Gothicâ dixerit: sed utut se habeant ista, singularis exempli vir hic fuit, uti Ambrosio, Hieronymo, Augustino tot locis laudari meruerit. Campanarum usum ab ipso inventum quidam

tra-

tradunt: at rectiùs dicetur, inventum iam olim earum usum ab ipso in Ecclesiam invectum: quo de vide Pancirolum in novis repertis. Esse verò hunc Ausonii Pontium Paullinum eumdem cum Pontio illo Leontio Sidonii Apollinaris, cui carmen de BURGO inscripsit, etsi Vinetus non improbet, alii adferant, ego ut credam adduci non possum. Floruit enim Pontius Paullinus noster sub Theodosio maiore (quamvis ipsi quoque supervixerit) & consulatum gessit ante annum 382. qui erat natalis Imperii Theodosio, consularis dignitatis Ausonio. Sidonius verò Apollinaris natus sub Theodosio iuniore floruit sub Zenone, circa annum 480. quum iamdudum esse desiisset noster Paullinus, & longius adhuc antè Aquitaniam reliquisset,

ſet, Barcinonémq; conceſſiſſet, & inde Nolam,ubi vidit Gothicam direptionem, quæ incidit in annum Chriſti 1412. Fuiſſe autem hunc Leontium filium aut nepotem (quorum alterum, ſi negemus ipſum Paullinum eſſe, minimum fuiſſe, Vinetus alibi in antiquitate Burdigalæ adſerit) refutat Ambroſius *lib. 6. Epiſt. 36.* ubi ait : *Soboles eis* (Paullino & Theraſiæ) *nulla, & ideo meritorum poſteritas deſideratur.* Tutius igitur fuerit dicere, unum ex poſteris fuiſſe, ſive ex fratre deſcendentem (cuius meminit extremâ Epiſt. 23.) ſive quem alium eiuſdem familiæ.

De Auſonio multa dicere nil attinet, cùm ipſius vita cùm ab aliis,tum in primis à doctiſſimo Vineto eleganter ſit deſcripta, & verò ipſe ingenii ſui ſimulacra,

quò

quò seris etiam nepotibus videri posset, sibi finxerit in doctissimis scriptis suis. Nec tamen omnino tacendum. Eius fuit æstimationis, ut Imp. Valentinianus ipsius disciplinæ commiserit filium Gratianum, qui Imperator factus, ut Minerval persolveret præceptori suo, ipsum ad consularem dignitatem evexit, quâ Romæ floruit annò Christi 382. quo pro munere prolixè ipsi gratias agit: quæ gratiarum actio inter Idyllia legitur. Notandum ex ea Imp. Gratianum ipsi Ausonio cum eum eveheret ad Cons. dignitatem scripsisse: *Solvere se quod debebat, & debiturum quod solvisset*: exemplo in tanta fortunâ memorabili: & quod cyclopes nostri seculi haud paucos, longè adhuc ab illo fastigio absentes, cōfundat. Theodosius Maior Augustū tanti fe-

cit; ut parentem suum nominâ-rit, suâ manu præter Impp. morem ad ipsum scripserit, & opera eius sibi communicari flagitarit, cuius Epistolę exemplū, ut in Ausonii opere ab initio visitur, quin adscribam non possum.

THEODOSIVS AVgustus Ausonio parenti salutem.

AMor meus, qui in te est, & admiratio ingenii, atque eruditionis tuæ, quæ multò maxima sunt, fecit, parens iucundissime, ut morem principibus aliis solitum, sequestrarem: familiaremq́; sermonem autographum ad te transmitterem, postulans pro iure non quidē regio, sed illius privatæ inter nos caritatis, ne fraudari me scripta-

rum tuorum lectione patiaris. Quæ olim mihi cognita, & iam per tempus oblita, rursum desidero, non solùm ut, quæ sunt nota recolam: sed ut ea, quæ fama celebri adiecta memorantur accipiam. Quæ tu de promptuario scriniorum tuorum qui me amas, libens impertiare, secutus exempla auctorum optimorum, quibus par esse meruisti: qui Octaviano Augusto rerum potienti certatim sua opera tradebant, nullo fine in eius honorem multa condentes. Qui illos, haud sciam, an æqualiter, ac ego te, admiratus sit, certè non amplius diligebat. Vale, parens.

Quis requirat Ausonianæ gloriæ testem alium præter hunc Augustum? vivis adhuc Ausoni, vivis, & vives dum literæ erunt & qui literas amant. Perq; te vivit

vivit prisca Burdigala, parens tua; quæ nisi tantæ eruditionis sobolem genuisset, ultra quas sustinuit calamitates, sui etiam perditura, & decoris magnificētiæq; suæ erat memoriam.

Complurimi illustrium virorum, qui literas & artes professi Burdigalæ fuerunt, sive cives essent, sive extranei, tum etiam civium qui alibi Musarum mystæ egerunt, numerum videre est in Professoribus Ausonii, & D. Hieronymi, Eusebiiq;, Chronicis, Sid. Apollinaris *Epist.* 11. 12. *lib.8*, *&* *lib.9*. *Epist.* 13. & in Fortunati carminibus. Chronico Lurbei sub anno 337. Excerpam præcipuorum nomina: Tiberius Victor Minervius, præceptor Ausonii, Latinus Alcimus Alethius, Luciolus, Attius Patera, Attius Tiro Delphidius, Alethius Minervius, Leontius Bea-

Beatus, Iucundus Leontii Frater, Macrinus, Concordius, Phœbicius, Ammonius Anastasius, Pomponius Maximus Herculanus, Thalasius, Clitarius Siculus Syracusanus, Censorius Atticus Acrœcius, Nepotianus, Æmilius Magnus Arborius avunculus Ausonii, Exuperius, Marcellus, Sedatus de cuius statua superiùs, Staphylius, Crispus, Vrbicus, Victorius, Dynamius, Attilius Glabrio, Leo *Poeta*, Lampridius Orator, & Rhetor Græcus & Latinus. Plerisq; horum, eo quo recensui ordine sua dat elogia Ausonius, in libello professorũ singulari: ad quem cùm scripserit docta (ut omnia sunt huius viri opera) commentaria. Elias Vinetus, stultus labor esset futurus, prolixè hîc actum agere.

Nostro seculo notisiimi fuerũt professores Collegii Aquitanici

hici Andreas Goveanus, Ioannes Gelida, M. Antonius Muretus, Ioannes Costanus, Georgius Buchananus, Nicola⁹ Gruchi⁹, Guilielmus Guerentæus, Iacobus Tevius, & tandem unum præ aliis prælustre Burdigalæ decus (quamquam ex Santonib. oriundus) Elias Vinetus: per quem antiqua Burdigala novissimè nitidum exseruit caput: Burgus item, Santonum Mediolanum, & Enculisma. Quin si verum dicere licet, cui tota Gallia multũ nitoris sui debet. Eruditionis & ingenii testes sunt scripta quæ edidit in humanioribus & Mathematicis.

Nuper Burdigalæ ex Candalarum familiâ sidus illustre editum fuit Franciscus Foxius Candala, dignus princeps qui possideret ædes Paullinis antiquis pos-

possessas, quum hîc novissimum subiungam, ut velut fulgurans amethystus extremum ornet digitum. At elogium eius non esto meũ, sed viri clarissimi Scævolæ Sammarthani Pictonis quod sic habet:

Pulcrum tibi fuit, Candala heros excellentissime, ex illâ gente oriri quâ vix ullam nobiliorem aut antiquiorem sibi arrogare quisquam audeat Pulcrius autem & longè me hercule pulcrius in defesso quodam mentis vigore eò usq; in literis processisse ut nemo fuerit qui summum in illis ætate tuâ principatum (præcipuè in Mathematicis & reconditâ philosophiâ) tibi non meritò concesserit. Huius rei testis erit apud posteros optimus Trismegistus ille non tibi solùm Latinè Gallicéque redditus, sed etiam illus commenta-

*mentariis illustratus, qui au-
ctores obscurissimi sensa quam-
libet abstrusa legentibus ape-
riant & ob oculos constituant.
Testis Euclides, multaq; prate-
rea cœlestis ingenij tui argu-
menta, & salutare illud in-
primis Elixir (sic enim Anti-
dotum admirabili solertiâ tibi
repertum & appellas) cuius
compositionem & usum ne poste-
ritas nimio sumptu deterrita
negligeret aut amitteret, an-
nuam in id pecuniam de tuo
legare non piguit. Quid quod
& pari liberalitate publicam
Matheseos professionem hone-
staq; professori stipendia Burdi-
galæ paucis ante mensib. quam
de vitâ decederes instituisti? Iu-
re igitur tanto alumno super-
ba lætatur Gallia: hoc abun-
de per te consecuta, ut Italis
suos Mirandulas invidere iam*

desinat, Quos cùm virtutibus omnib. anteires, aut certè aquares, fatorum etiam indulgentiâ superâsti. Nonagenarius enim eras cùm eodem illo mense, quo Christianissimus HENRICUS IV. *cælesti oleo apud Carnutes inungitur, humano carcere liberatus ad cælum evolasti.*

Hactenus Sammarthanus de ultimo Candala. Tumulatus est is in templo Augustinianorum, ubi iam à multis annis Mausoleum est Candalarũ: vide Lurb. *in Chron. a.* 1287. Monumentum istic ex marmore, & ære videre est magnificum & superbum. In angulo templi haut inde procul pyramis visitur cum inscriptione, in qua ætas annusq;, & dies mortis Candalæ: positum à Maria sorore. Cumq; ibi cor fratris sepultum esset, testatur inscriptio, voluisse eam, ut suum quo-

que

que ipsius ibidem poneretur, uti cineres eorum qui concordes vixerant, mortuorum etiam iuncti essent. In quo notandum quòd ex quatuor fœminarum statuis æneis, quæ circumdant monimentum, illa quæ Orientem & altare respicit effigiem refert uxoris eius, qui id architectat⁹ est: uti referebat nobis Monachus qui nos eo ducebat. Similia sæpè à pictorib. & sculptoribus fieri solent. Et quid vetat fraternæ charitatis specimen in illustri familia illustre hoc ponere, & pyramidi inscripta huc transcribere?

Francisco Fluß Candalæ Principi B. R. P. N. genere & ingenio clarißimo doctrina & virtute maximo, fratri ex charißimo oculis hominum non ex memoriâ erepto, Maria Fluß Candal. R. soror mærens hoc monumentum

 posuit

posuit in eodem cor illus clausit, ac suum quando esse desierit, una concludi voluit: ut cineres etiam fraternæ concordiæ specimen præbeant, & concordes post fata taceant, qui concordes semper vixerant. Vixit annos 81. mens. 5. dies 20. Obijt anno Salutis 94. 5. Febr.

CAPVT IX.

DE MALIS, QUAE sustinuit.

HÆC urbs tam antiqua, tamque eleganti olim structura condita, istis commoditatibus pollens, & tantorum virorum genitrix, non minùs hæc ob nomina felix & fortunata dici potest, quàm ob caussas alias misera &

ra & calamitosa. Vt enim prætercam eas calamitates, quas fortè sustinuit, sin minus Publio Crasso Iulii Cæsaris legato in Aquitaniam cum exercitu profecto, & magnam eius partem Romanis subiiciente, certè temporibus Augusti Marco Agrippa, & M. Valerio Messala totam Aquitaniam in provinciam redigentibus: Primò, cùm Gothis in Italiam sub Honorio irrumpentibus Romani, ut humanitate averterent à se barbarum furorem, cederent Aquitaniam & vicinas provincias: miserrimè afflicta & vastata fuit Burdigala, ut flammas etiam ipsorum senserit sub Artulpho Rege: Lurb. *in Chron. sub ann.* 418. Quin & piissimi viri ab Arianam hæresim profitentibus miserè habiti, excruciati, & trucidati fuêre, querente id sæpius Si-

donio Apollinari in epistolis.

Quam tamen gentem manu armatâ confecit, & Burdigalam Franciæ reddidit Frãcorum Rex Clodovæus: Lurb. *sub an.* 509.

Tribus ferè seculis pòst, cùm Aquitani socordiam regum Galliæ non ferentes elegissent sibi ducem Eudonem, Sarraceni, qui sub annum 720. ex Africâ in Hispaniam traiecerat, eamque totam, excepta Galliciâ, subiugârant, decreverant ipsi ulterius in Galliam ire & meliores sibi isthic quærere sedes. Id cùm Eudo dux, proximus Hispaniæ subodoraretur, & verò non posset Francis ab altera & Saracenis ab hac parte simul semelque resistere, simulans se nihil de ipsorum in Galliam irrumpendi cõsilio intellexisse, obtulit ipsis ultro, quod, si petiissent, denegare non quisset, transitum per Aquitaniam

taniam & in ea hoſpitalitatem. At Barbara gens ſuperatis Pyrenæis, anno 730. eam ſe geſſit erga hoſpites ut ſe non gerere potuiſſet aliam erga ipſos hoſtes: interque alia Burdigalam noſtram, quæ portas ipſi occluſerat, & occupabat, & igne immiſſo in favillã redigebat. Adeò ut Eudo tandem Francis hoſtibus ſe iungeret, & prope Cæſarodunum Turonum iunctis cũ Carolo Martello viribus ſuis agmen hoc latronum confecerit.

Similem tempeſtatem uno ſeculo pòſt pertulit, ſub annũ 853. Normannis piratis oram Aquitaniæ populantibus, qui ipſam per vim ceperunt, occiſoq; Seguino Caroli Magni præfecto, trucidatis miſerabilẽ in modum civibus, diripuerunt & incendio peſſumdederunt. Hi Normanni

ſub Carolo magno & antea, teſtantibus Sidonio & Eutropio, oras tantum maritimas invadebant, at poſt ſub aliquot regibus in meditullia etiam penitrabant & maximis cladibus Galliam adficiebant, inprimis Santonium Pictonium & Inculiſmenſem terram depopulabantur: Cùmq; eſſent idololatræ, ſacras ædes funditus evertebant.

Non adeò vehemens damnũ (quaquam damnum & hoc fuit) patiebantur à Navarris qui anno 1179. Burdigalenſem agrum populabantur, & ſuburbia incendebant, ba urbe ſibi temperare & retrogredi coacti.

Inprimis verò non huic ſolum urbi, ſed toti etiam Aquitaniæ, imò pleræque Galliæ multum negotii faceſſivit imperiũ Anglicum: quod quando cœperit, paulò poſt dicendi erit locus,

cus, cum de magistratu & quibus paruerit, loquar. Quæ turbæ cum per aliquot secula protractæ, nec simplices fuerint, nec tandem solam hanc urbem, sed communiter plurimas adfecerint; satius est nihil de iis quam parum dicere.

Novissimum vulnus, quod pertulit Burdigala, est tumultus anno 1548. ortus eúmq; secutus tristis & deformis tantæ urbis status. Quod huc pono verbis non meis, sed Lurbei:

Aquitani, ut sunt natura liberi & tributorum impatientes; cœperunt ob insolitum salinarium vectigal tumultuari, & cùm apud Pictones, Santones, Engolismenses hoc malum radices egisset, nescio quo fato Burdigalam excurrit, ubi spreto senatu, & XII. viris iuratis, atque ipso prorege Monentio nimis po-

pulari & indulgenti, perditi quidam homines concitatâ plebe arma corripiunt, basilicam municipalem spoliant & exarmant in aliquot cives honestos & Reip. amantissimos sæviunt, Magistratus fugant, & tandem post multa facinora ipsum Monentium proregem trucidant. Nec tanti facinoris sperabatur finis, nisi primores senatus & civitatis conspiratione lectissimorum civium factâ, sed nimis serò tumultuantem populum repressissent. Inde post biduum sedato tumultu, quæri cœptum est de seditiosis & cædis proregis auctoribus, plures atrocibus suppliciis enecati, absentibus aqua & igni interdictum, restitutaq; principi senatui & iuratis sua auctoritas. Henricus Burdigalensibus frustra præteriti facinoris culpam deprecantibus, Annam Mom-

Monmorantium magistrum equitum, cum exercitu Burdigalam mittit: qui Comite Duce Guisio, Burdigalã portis patentibus & vicis in signum letitiæ ornatis tapetis & frondibus ingreditur. Hinc statim civibus arma, & privilegia omnia adẽpta, ius collegii iuratorum, nec nõ civitatis sublatum; campanæ è turribus sacris & profanis deiecta, ædes publica deformata non diruta, de præfectis urbis & arcium etsi optimis & insontibus viris quasi negligenter in officio versatis supplicium sumptum, nec non de pluribus aliis infimæ conditionis hominibus. Corpus Monentii proregis ex æde Carmelitarum apud D. Andream cum maxima funeris pompa translatum senatus denique interdictus, missis è Parisiensi, Tolosano, & Rothomagensi

gensi senatu iudicibus, qui populo ius dicerent.

Hæc ita Lurbeus de miserrimo urbis huius statu, in Chronico suo Sed non multò post quàm detonuerat hic imber, lætissimus sol resplenduit, cùm Rex Henricus sententiam Momorantii sequenti anno abrogavit, & Burdigalenses in pristinum, exceptis paucis, statum restituit.

Hæ fuere insigniores clades, quæ principem hanc Aquitaniæ Cæsarianæ & Regiæ urbem affecerunt. Leviores prætereo, uti & illas, quæ lue pestilentiali immissa magnum hominum numerum absumpserunt. Duo non possum quin addam: quia & ipsa in malis numerari possunt. Vnum de lupis, qui anno 582. urbem mero meridie intraverunt spectantéq; populo canes devo-

devorarunt. Cuius prodigii memoria hodiéq; exstat in nomine vici à lupis istis indito. Alterum Pauli Merulæ verbis hoc est: *Est in plerisq; Aquitaniæ locis* (est hoc & extra hanc urbem ad paucos passus extra portam D. Eulaliæ, & ferè in suburbio) *hominum genus qui nunc Capots nūc variante Dialecto Gathes appellantur. Detestandi sunt suis: eorumq; commercia fugiuntur. Habentur pro lepra infectis. Quasi essent, vel quòd interdictæ sint iis civitates & oppida, incolere coguntur suburbia, locaq; semotiora. Adsignatæ sunt & iis sua in templis stationes. Creduntur alios inficere. Plerique fabri sunt lignarii & vietores, aliisq; artibus mechanicis dediti: laboris patientissimi. In facie & actionibus illorum quiddam paret, quod eos contemtui*

 dete-

detestationique reddit obnoxios. Fœmininus sexus liberali satis forma. Omnium habitus & os graue olet, unde ingrati quid odoris manat in constantes & colloquentes. Quicquid sit, maledictionis perhibetur genus, quod ab maioribus in posteros manifestissimis indiciis deriuatur. Pauperiores semper in diem viuunt, diurno labore. Seruorum censentur loco, ne ausi quidem mutire, si quid iniuria inferatur vel ab vilissimo. Si quis eorum forte ditior, liberi tamen non fiunt heredes, nisi nobilium, qua omnes tamquam certam luem auersantur. Cùm Tolosam transiremus, incidimus in virum iuvenem, doctissimum, humanissimum, quem laudavi in itinerario: ab illo habui, quod gens hæc nuper petierit, ut liceaet sibi cum quibus vellet se matrimo-

trimonio iungere, demonstrarintq; apertis venis & sanguine ducto nihil impuritatis sibi in sanguine consistere: id quod de ipsis iactatur. Verisimiliorē causam, quòd separati fuerint ab aliis ego hāc puto: q Gothorū, qui Aquitaniæ olim dominabātur, sint reliquiæ, & ob tot mala aliis illata superstites huic quasi servituti damnati fuerint. Nec abludit valde nomen *Cahets, Cahots*.

CAPVT. X.

DE DIGNITATE, qua olim fulsit & nunc fulget: ubi inter alia de Parlamento & Academia.

SEd moveamus à rutâ ad pulegium, & in malis hactenus

nus occupati, ad bona revertamur: videamusq; quâ fulserit dignitate, & in quo pretio fuerit habita præ aliis hæc urbs iam olim ad præsens usq; tempus.

Ordiamur inde, unde per historiam ordiri possumus. Subiugata & in provinciam redactâ totâ Aquitania, hoc Burdigalæ à Romanis indultum fuit, ne esset tributaria, sed pristinâ libertate frueretur, viveretq; legibus& moribus suis, nec ipsi pręscriberentur alia noviter à Romanis: testante hoc Strabone, innuente etiam Plinio, *lib.* 4. *Nat. hist.* his verbis: *Aquitanica sunt Ambulatri Anagnutes, Pictones, Santones liberi, Bituriges liberi cognomento Vivisci Aquitani*, &c. Quâ libertate cecidit cùm sub Gothorum venit imperium, quo de iam dictum,

ctum, & dicetur sequenti capite. Sub Gallis tamen & Anglis eamdem, certè quà immunitates à tributis, recepit.

Quin eo sese porrexit hæc libertas ut Senatus adinstar Romani constitutus, consulesque creati fuerint annui. Vnde & Ausonius iactat se consulem in ambabus fuisse urbibus, ROMA & BURDIGALA. Quod facere non quîsset, nisi Burdigalensis civitas ad Romanæ instar constituta fuisset. Idem Senatum procerum laudat initio carminis de Burdigalâ, ex quo similiter colligit Vinetus, Burdigalensem Senatum speciem habuisse aliquam Romani.

Digna prçterea habita fuit ut Augustorum statuæ in ea conspicerentur: tum quòd cum aliis multis cõmune habuit, uti Amphitheatrale prope eam surgeret

ædificium, cum superbo & admirandi operis tutelarium Deorum templo. Et quamquā multum imminuebatur libertas eius sub Gothis, non potuit tamen non in hoc servari dignitas eiusdem, quòd regia sedes selecta fuit: uti colligere est ex ea Sidoni Epistola, quâ scribit se apud Gothorum Regem Burdigalæ fuisse. Quali præeminentia fuit etiam temporib. Ducum Aquitaniæ, quorum arcem Vmbrariam etiamnum superstitem superiùs laudavi.

Carolus magnus inter viginti metropoles imperii sui, quibus testamento bona in pauperes eroganda reliquit, Burdigalam quoq; habuit.

Metropolitana præterea iam à multis seculis fuit. Quâ de appellatione sic sciendum: Vrbes tantum esse in quibus nulla nec Episco-

Episcopi, nec Archiepiscopi sedes: Vrbes, civitates, & metropolitanas in quibus Archiepiscopus residet. Ac postquam Aquitania iam olim in primam & secundam divisa fuit ab Augusto, ut suprà monui, factũ inde fuit, ut Avaricum Biturigum, Metropolitana primæ Aquitaniæ, Burdigala secundę habita fuerit. Quæ appellatio primę Aquitaniæ peperit titulũ primatus Aquitaniæ, & inde secutam cõtroversiam inter Archiepiscopum Bituricensem & Burdigalensem, uter esset primas Aquitaniæ, quæ iam quatuor secula in curiâ Romanâ pendet, nec adhuc dũ decisa est. Mentio fit huius controversiæ primo & secundo decretalium libro. Et Clemens quidem V. ante Bertrãdus Gothus dictus, exq; Archiepisco-

piscopo Burdigalensi Pontifex maximus anno 1305. creatus altero Pontificatus sui anno Burdigalensi contra Bituricensem Primatum adseruit: *idq; optimo iure*. inquit in suo Chronico Lurbeus, *quidquid dicat Massonius:* qui etiam hîc consulendus. Cùm Aquitania Anglico teneretur imperio, & turbis hæ regiones ferverent tantum non perpetuis, inita fuit arcta societas inter alias vicinas urbes, inprimis verò Burgum & Burdigalam, quò se faciliùs defendere lerent. Quo in fœdere primæ reservatę fuerunt urbi Burdigalensi, eo usq; ut ingruente bello Maior & Iurati Burdigalenses è civium numero aliquos selegerint, quos reliquis urbibus & castris præficerent. Inde factum ut Burgus, Blavia, Liburnia, S. Æmiliani, Castilionũ, Cadillacum, S. Ma-

Macarii, Rioncium, filiolæ dictæ fuerint civitatis Burdigalensis. Quod fœdus & ex fœdere præeminentia Burdigalæ duravit ad extremum usque Anglici imperii diem. Exiguum etiam minimè fuit quòd Philippus Francorum Rex huic urbi concessit iurisdictionem & imperium, non solùm in urbe & suburbiis, sed etiam circumcirca ad primū lapidem. Rescriptum quo hoc ipsis indultum, Philippina constitutio vocatur, & religiosè adservatur etiamnū in ærario publico: ius verò illud Banleuca: vide uberiùs Paul. *Mer. part.* 2. *Cosmogr. lib.* 3. *p.* 554. & Lurb.

Novissimè tres sunt factæ ad priscam dignitatem accessiones maior Seneschallatus, Parlamētum, & Academia.

Magnus Seneschallus, qui Burdigalæ est, ideo dictus fuit

initio,

initio, quia revera erat magnus. Complectebatur enim quinque Diœceses, Burdigalensem, Adurensem Vasatensem, Tarbellicā, & Lapurdensem: cum hodie solam habeat Burdigalensem, secundaq; & tertia fecerint aliam Seneschalliā Vasatensem; quarta & quinta item aliam Lapurdensem nempe: cùm Ludovicus XI. noviter hoc constitueret eo tempore quo fratri Carolo promissum Ducatum Aquitaniæ iure Apennagii cederet. At quāquam huius Seneschalli ditio nimis quàm sit imminuta, & minimus omnium dici posse videatur viro docto remanet tamen appellatio magni Seneschalli. Adeò etsi Principes mutēt terminos ditionum & dignitatum, non possunt tamen abolere memoriam rerum.

At videamus de Parlamento:

Gnarum eſt fuiſſe olim in regno Gallico, uti nunc imperio eſt Romano Germanico, unicum tantum iudicium ſupremū ad quod cauſſæ alibi diſceptatæ per appellationem devolvi poſſent: idque in metropoli regni Lutetiæ Pariſiorum. Verùm poſtquam pomeria regni prolata fuerunt, è re ipſius ſuturum putarunt Reges Chriſtianiſſimi plura hinc inde huiuſmodi dicaſteria cōſtituere, ut eo facilius adiri poſſent, à regni ſubditis. Ac Carolus quidem VII. Toloſanum, Burdigalenſe, & Gratianopolitanū aperuit; Ludovicus XII. Aquenſe, Divionenſe, & Rothomagenſe; Noviſſimeq; Henricus II. Redonenſe in Britonibus Aremoricis.

De Burdigalenſi nunc meum eſt agere, ſepoſitis reliquis. De eo in primis ſubiectionis conditioni-

tionibus inter Burdigalenses
Comitem Dunensem Caro
VII. Legatum agebatur ann
1451. Sed quia Anglicæ factioni
populares denuò Carolo rebe
lârant, urbe novissimè armis re
ceptâ hoc privilegio cives priva
vit Carolus, & à decuriâ Senatu
Parisiensis ius accipere coegit
Ludovicus tamen XI. decennio
pòst hoc ipsis restituit, & die XII.
Novembris cœpit haberi Parlamentum. Hoc decennii interstitium fecit ut Burdigalēse parlamentum, quod Gratianopolitano antiquius erat, posterius censeri & quartum in ordine haberi cœperit. De eadem antiquitatis prærogativâ cum Burdigalensi certavit pòst Divionense: sed rescripto Henrici secundi Burdigalensis Senatus Divionēsi antiquior declaratus fuit, anno 1553. Ab hoc parlamento ius petierunt

erunt Provinciæ, Burdigalensis, Valatensis, Agennensis, Condomiensis Landarum, Armeniacensis, Cadurcensis, Lemoviciensis, Petrocoriensis, Angolismensis, Santonensis, & Rupellensis. Postea tamen provinciæ, Armeniacensis, Angolismensis, Rupellensis & maior pars Cadurcensis distractæ sunt, accesseruntq; Parlamentis Parisiensi & Tholosano.

Cùm autem septimo post institutionem primam anno Rex Ludovicus Aquitaniam (at novis circumscriptam limitibus) iure Apennagii, legeq; fiduciæ Carolo Fratri cessisset, Parlamentum mutato loco ad Pictones fuit translatum: sed mox anno 1472. Carolo mortuo omnique Aquitaniâ ad Ludovicum reversa, Calendis Iunii solemniter, unde moverat, reductum, &

non multo pôst à Carolo octav
tribus præsidibus decemq; & c
cto Consiliariis edicto anni 14
4. Decembris est compositum
Adiecit anno 1519. mense Mai
Franciscus I. novam Senatorum
Decuriam, quæ iudiciis causa
rum criminalium præesset, qu
Tornellam vocant.

Novissimis temporibus cala
mitas illa quam huic urbi in
gruisse suprà inter ei⁹ mala me
moravi, iuxta pleraq; omnia pri
vilegia & hanc prærogativam
Parlamenti ademit, anno 1540
Quum Annas Momorantius E
quitum Magister accipere cives
coegit è Parisiensi, Tholosano
& Rohtomagensi Senatu Iudices
qui populo ius dicerēt: quib. de
nuo anno sequēte regis edi iussis
amplissima Senatus dignitas ab
Henrico II. civibus in gratiam
receptis est restituta. Propter
pesti-

pestilentiam quandoq; sicut fit, sedes Parlamenti mutata fuit. Liburniam sæpiùs translatum refert Lurbeus: anno 1473. 1515. 1546. 1555. Bergeracum 1496. S. Æmilianum, 1501. Habuit hoc Parlamentum inter alios Præsidem Nicolaum Boetium, cuius scripta in Themidos sacrario iã-diu consecrata æternæ sunt memoriæ. Is Burdigalæ obiit, legatâ Senatui bibliothecâ. Monimentum eius adhuc exstat in Xenodochio publico, prope D. Andreæ; ab ipso ædificiis aucto & locupletato. Visitur in medio choro templi: splendoris exigui & cuius literæ propter sordes incubantes vix cognosci possunt.

Videamus nunc tertium decus ex recentioribus, ACADEMIAM. Non loquar nunc de prisca schola Burdigalensi, in qua

ædificium, cum superbo & admirandi operis tutelarium Deorum templo. Et quamquā multum imminuebatur libertas eius sub Gothis, non potuit tamen non in hoc servari dignitas eiusdem, quòd regia sedes selecta fuit: uti colligere est ex ea Sidoni Epistola, quâ scribit se apud Gothorum Regem Burdigalæ fuisse. Quali præeminentia fuit etiam temporib. Ducum Aquitaniæ, quorum arcem Vmbrariam etiamnum superstitem superiùs laudavi.

Carolus magnus inter viginti metropoles imperii sui, quibus testamento bona in pauperes eroganda reliquit, Burdigalam quoq; habuit.

Metropolitana præterea iam à multis seculis fuit. Quâ de appellatione sic sciendum: Vrbes tantum esse in quibus nulla nec

Episco-

Epiſcopi, nec Archiepiſcopi ſedes: Vrbes, civitates, & metropolitanas in quibus Archiepiſcopus reſidet. Ac poſtquam Aquitania iam olim in primam & ſecundam diviſa fuit ab Auguſto, ut ſuprà monui, factũ inde fuit, ut Avaricum Biturigum, Metropolitana primæ Aquitaniæ, Burdigala ſecundę habita fuerit. Quæ appellatio primę Aquitaniæ peperit titulũ primatus Aquitaniæ, & inde ſecutam cõtroverſiam inter Archiepiſcopum Bituricenſem & Burdigalenſem, uter eſſet primas Aquitaniæ, quæ iam quatuor ſecula in curiâ Romanâ pendet, nec adhuc dũ deciſa eſt. Mentio fit huius controverſiæ primo & ſecundo decretalium libro. Et Clemens quidem V. ante Bertrãdus Gothus dictus, exq; Archiepiſco-

piscopo Burdigalensi Pontifex maximus anno 1305. creatus altero Pontificatus sui anno Burdigalensi contra Bituricensem Primatum adseruit: *idq; optimo iure.* inquit in suo Chronico Lurbeus, *quidquid dicat Massonius:* qui etiam hîc consulendus. Cùm Aquitania Anglico teneretur imperio, & turbis hæ regiones ferverent tantum non perpetuis, inita fuit arcta societas inter alias vicinas urbes, inprimis verò Burgum & Burdigalam, quò se faciliùs defendere ferent. Quo in fœdere primæ reservatę fuerunt urbi Burdigalensi, eo usq; ut ingruente bello Maior & Iurati Burdigalenses è civium numero aliquos selegerint, quos reliquis urbibus & castris præficerent. Inde factum ut Burgus, Blavia, Liburnia, S. Æmiliani, Castilliomũ, Cadillacum, S. Ma-

Macarii, Rioncium, filiolæ dictæ fuerint civitatis Burdigalensis. Quod fœdus & ex fœdere præeminentia Burdigalæ duravit ad extremum usque Anglici imperii diem. Exiguum etiam minimè fuit quòd Philippus Francorum Rex huic urbi concessit iurisdictionem & imperium, non solùm in urbe & suburbiis, sed etiam circumcirca ad primũ lapidem. Rescriptum quo hoc ipsis indultum, Philippina constitutio vocatur, & religiosè adservatur etiamnũ in ærario publico: ius verò illud Banleuca: vide uberiùs Paul. *Mer. part.* 2. *Cosmogr. lib.* 3. *p.* 554. & Lurb.

Novissimè tres sunt factæ ad priscam dignitatem accessiones maior Seneschallatus, Parlamẽtum, & Academia.

Magnus Seneschallus, qui Burdigalæ est, ideo dictus fuit initio,

initio, quia revera erat magnus. Complectebatur enim quinque Diœceses, Burdigalensem, Adurensem Vasatensem, Tarbellicã, & Lapurdensem: cum hodie solam habeat Burdigalensem, secundaq; & tertia fecerint aliam Seneschalliã Vasatensem; quarta & quinta item aliam Lapurdensem nempe: cùm Ludovicus XI. noviter hoc constitueret eo tempore quo fratri Carolo promissum Ducatum Aquitanię iure Apennagii cederet. At quãquam huius Seneschalli ditio nimis quàm sit imminuta, & minimus omnium dici posse videatur viro docto remanet tamen appellatio magni Seneschalli. Adeò etsi Principes mutẽt terminos ditionum & dignitatum, non possunt tamen abolere memoriam rerum.

At videamus de Parlamento:

Gna-

Gnarum est fuisse olim in regno Gallico, uti nunc imperio est Romano Germanico, unicum tantum iudicium supremũ ad quod caussæ alibi disceptatæ per appellationem devolvi possent: idque in metropoli regni Lutetiæ Parisiorum. Verùm postquam pomeria regni prolata fuerunt, è re ipsius futurum putarunt Reges Christianissimi plura hinc inde huiusmodi dicasteria cōstituere, ut eo facilius adiri possent, à regni subditis. Ac Carolus quidem VII. Tolosanum, Burdigalense, & Gratianopolitanũ aperuit; Ludovicus XII. Aquense, Divionense, & Rothomagense; Novissimeq; Henricus II. Redonense in Britonibus Aremoricis.

De Burdigalensi nunc meum est agere, sepositis reliquis. De eo in primis subiectionis conditioni-

tionibus inter Burdigalenses &
Comitem Dunensem CAROL
VII. Legatum agebatur ann
1451. Sed quia Anglicæ faction
populares denuò Carolo rebe
lârant, urbe novissimè armis r
ceptâ hoc privilegio cives priva
vit Carolus, & à decuriâ Senat
Parisiensis ius accipere coeg
LUDOVICUS tamen XI. decenni
pòst hoc ipsis restituit, & die XI
Novembris cœpit haberi Parla
mentum. Hoc decennti inte
stitium fecit ut Burdigalēse pa
lamentum, quod Gratianopol
tano antiquius erat, posteriu
censeri & quartum in ordine h
beri cœperit. De eadem antiqu
tatis prærogativâ cum Burdig
lensi certavit pòst Divionens
sed rescripto Henrici secun
Burdigalensis Senatus Divion
antiquior declaratus fuit, an
1553. Ab hoc parlamento ius p

tieru

erunt Provinciæ, Burdigalensis, Valatensis, Agennensis, Condomiensis Landarum, Armeniacensis, Cadurcensis, Lemoviciensis, Petrocoriensis, Angolismensis, Santonensis, & Rupellensis. Postea tamen provinciæ, Armeniacensis, Angolismensis, Rupellensis & maior pars Cadurcensis distractæ sunt, accesseruntq; Parlamentis Parisiensi & Tholosano.

Cùm autem septimo post institutionem primam anno Rex Ludovicus Aquitaniam (at novis circumscriptam limitibus) iure Apennagii, legeq; fiduciæ Carolo Fratri cessisset, Parlamentum mutato loco ad Pictones fuit translatum: sed mox anno 1472. Carolo mortuo omnique Aquitaniâ ad Ludovicum reversa, Calendis Iunii solemniter, unde moverat, reductum, &

non multo post à Carolo octav
tribus præsidibus decemo; & o
cto Consiliariis edicto anni 14
4. Decembris est compositum.
Adiecit anno 1519. mense Maio
Franciscus I. novam Senatorum
Decuriam, quæ iudiciis causa
rum criminalium præesset, qu
Tornellam vocant.

Novissimis temporibus cala
mitas illa quam huic urbi in
gruisse suprà inter ci⁹ mala me
moravi, iuxta pleraq; omnia pri
vilegia & hanc prærogativam
Parlamenti ademit, anno 154
Quum Annas Momorantius E
quitum Magister accipere cive
coegit è Parisiensi, Tholosano
& Rohtomagensi Senatu Iudice
qui populo ius dicerēt: quib. de
nuo anno sequēte regis edi iussi
amplissima Senatus dignitas a
Henrico II. civibus in gratiam
receptis est restituta. Propte
pesti

pestilentiam quandoq; sicut fit, sedes Parlamenti mutata fuit. Liburniam sæpiùs translatum refert Lurbeus: anno 1473. 1515. 1546. 1555. Bergeracum 1496. S. Æmilianum, 1501. Habuit hoc Parlamentum inter alios Præsidem Nicolaum Boetium, cuius scripta in Themidos sacrario iã-diu consecrata æternæ sunt memoriæ. Is Burdigalæ obiit, legatâ Senatui bibliothecâ. Monimentum eius adhuc exstat in Xenodochio publico, prope D. Andreæ, ab ipso ædificiis aucto & locupletato. Visitur in medio choro templi: splendoris exigui & cuius literæ propter sordes incubantes vix cognosci possunt.

Videamus nunc tertium decus ex recentioribus, ACADEMIAM. Non loquar nunc de prisca schola Burdigalensi, in qua

tot viros Doctos bonas artes iam olim professos suprà dixi: quæ nullâ laude inferior fuit Massiliensi & Augustodunensi, tot nominibus celebratis Lycæis. Sed de illâ, quæ paullo antè quàm Aquitania ad Francos debellatis Anglis reverteretur, rescripto Eugenii Pontif. Max. ad exemplum Tholosanæ erecta est VII. Id. Mai. 1441. & pòst confirmata privilegiisq; aucta variis anno 1572. à Ludovico XI. Francorum Rege. Quo factum ut quem antiquitus thesaurum possidebant Burdigalenses, & quem per tot barbarorum direptiones & vastationes amiserant, beneficio optimi Principis recuperârint: rem non in postremis habendã. Eo rescripto Pontificio Maior & Iurati Burdigalenses Academiæ patroni fuerunt constituti, Archidiaconus verò Maior Medulicus

licus ad D. Andreæ perpetuus Cancellarius. Sub idem tempus anno 1442. Petrus Archiepiscopus & religionis & studiorum amantissimus Collegium Burdigalæ nomine S. Raphaëlis instituit, plurimisq; reditibus dotavit, in quo XII. pauperes cum Priore Collegii literis profanis & sacris per decem annos imbuantur, iussitque sex Scholasticos ex Medulico solo, reliquos ex Burdigalensi Diœcesi eligi, iure patronatus relicto Archiepiscopis Burdigalensibus: eâ conditione, ut pauperes illi studiorum cursu peracto, aut priùs, si velint, & ætatis sint legitimę, sacris initientur. Hæc non contemnenda fuit institutæ Academiæ sequela. De Collegio Aquitanico, quod non minima Academiæ pars est, suprà fusiùs, & quantum satis esse potest, disserui.

CAPUT. XI.

SUB QUIBUS DOminis ab initio huc usque fuerit.

SEd iam diu debebam describere eam, quæ nunc est magistratus, à quo regitur, adeoque Reip. formam: ne non tam exteriora sive ædificiorum, sive dignitatis, commoditatisve consideremus, sed & magis intima, & veluti ipsam animam. Idque faciam si priùs dixero quàm sæpe mutaverit Dominos suos cùm tota Aquitania, tum inprimis Burdigala, totius Aquitaniæ ocellus.

Ab initio Biturigum Vibiscorum fuit urbs, de quîs supra. Sub Augusto à Romanis devicta, in pristina

pristina tamen libertate & dignitate relicta, sub Honorio circiter annum 400. Gothis cessit. His expulsis, póstquam cæsus in Pictionibus Alaricus, & qui restabant propè Burdigalam in campo Arriano (inde appellato) deleti, in Francorũ pervenit ditionem. Ast cùm res Galliarum socordes esse inciperent, Aquitani circiter annum 727. Ducem sibi Eudonem eligebant, seque iugo Francorum subducebant. Filius eius Eudonis fuit Caifrus, qui desertus à suis occidebatur anno 767. sepulcrũ nactus extra urbẽ in palustri loco, è regione arcis Fari: ubi nunc temporis Capucini habitacula sibi moliuntur.

Hunoldum etiam Ducem sibi fecerant Aquitani, sed à Carolo magno profligatus, & Aquitania à Francis recepta fuit: dispositique sunt à Carolo hinc inde

initio, quia revera erat magnus. Complectebatur enim quinque Diœceses, Burdigalensem, Adurensem Vasatensem, Tarbellicã, & Lapurdensem: cum hodie solam habeat Burdigalensem, secundaq; & tertia fecerint aliam Seneschalliã Vasatensem; quarta & quinta item aliam Lapurdensem nempe: cùm Ludovicus XI. noviter hoc constitueret eo tempore quo fratri Carolo promissum Ducatum Aquitanię iure Apennagii cederet. At quãquam huius Seneschalli ditio nimis quàm sit imminuta, & minimus omnium dici posse videatur viro docto remanet tamen appellatio magni Seneschalli. Adeò etsi Principes mutẽt terminos ditionum & dignitatum, non possunt tamen abolere memoriam rerum.

At videamus de Parlamento:

Gna-

Gnarum est fuisse olim in regno Gallico, uti nunc imperio est Romano Germanico, unicum tantum iudicium supremū ad quod caussæ alibi disceptatæ per appellationem devolvi possent: idque in metropoli regni Lutetiæ Parisiorum. Verùm postquam pomeria regni prolata fuerunt, è re ipsius futurum putarunt Reges Christianissimi plura hinc inde huiusmodi dicasteria cōstituere, ut eo facilius adiri possent, à regni subditis. Ac Carolus quidem VII. Tolosanum, Burdigalense, & Gratianopolitanū aperuit; Ludovicus XII. Aquense, Divionense, & Rothomagense, Novissimeq; Henricus II. Redonense in Britonibus Aremoricis.

De Burdigalensi nunc meum est agere, sepositis reliquis. De eo in primis subiectionis conditioni-

tionibus inter Burdigalenses & Comitem Dunensem CAROLI VII. Legatum agebatur anno 1451. Sed quia Anglicæ factionis populares denuò Carolo rebellârant, urbe novissimè armis receptâ hoc privilegio cives privavit Carolus, & à decuriâ Senatus Parisiensis ius accipere coegit. LUDOVICUS tamen XI. decennio pòst hoc ipsis restituit, & die XII. Novembris cœpit haberi Parlamentum. Hoc decennii interstitium fecit ut Burdigalēse parlamentum, quod Gratianopolitano antiquius erat, posterius censeri & quartum in ordine haberi cœperit. De eadem antiquitatis prærogativâ cum Burdigalensi certavit pòst Divionense: sed rescripto Henrici secundi Burdigalensis Senatus Divionēsi antiquior declaratus fuit, anno 1553. Ab hoc parlamento ius petierunt

erunt Provinciæ, Burdigalensis, Valatensis, Agennensis, Condomiensis Landarum, Armeniacensis, Cadurcensis, Lemoviciensis, Petrocoriensis, Angolismensis, Santonensis, & Rupellensis. Postea tamen provinciæ, Armeniacensis, Angolismensis, Rupellensis & maior pars Cadurcensis distractæ sunt, accesseruntq; Parlamentis Parisiensi & Tholosano.

Cùm autem septimo post institutionem primam anno Rex Ludovicus Aquitaniam (at novis circumscriptam limitibus) iure Apennagii, legeq; fiduciæ Carolo Fratri cessisset, Parlamentum mutato loco ad Pictones fuit translatum: sed mox anno 1472. Carolo mortuo omnique Aquitaniâ ad Ludovicum reversa, Calendis Iunii solemniter, unde moverat, reductum, &

non multo pòst à Carolo octavo tribus præsidibus decemq; & octo Consiliariis edicto anni 1498. 4. Decembris est compositum. Adiecit anno 1519. mense Maio Franciscus I. novam Senatorum Decuriam, quæ iudiciis causarum criminalium præesset, quã Tornellam vocant.

Novissimis temporibus calamitas illa quam huic urbi ingruisse suprà inter ei' mala memoravi, iuxta pleraq; omnia privilegia & hanc prærogativam Parlamenti ademit, anno 1540. Quum Annas Momorantius Equitum Magister accipere cives coegit è Parisiensi, Tholosano, & Rohtomagensi Senatu Iudices qui populo ius dicerẽt: quib. denuo anno sequẽte regis edi iussis, amplissima Senatus dignitas ab Henrico II. civibus in gratiam receptis est restituta. Propter

pesti-

pestilentiam quandoq; sicut fit, sedes Parlamenti mutata fuit. Liburniam sæpiùs translatum refert Lurbeus: anno 1473. 1515. 1546. 1555. Bergeracum 1496. S. Æmilianum, 1501. Habuit hoc Parlamentum inter alios Præsidem Nicolaum Boetium, cuius scripta in Themidos sacrario iã-diu consecrata æternæ sunt memoriæ. Is Burdigalæ obiit, legatâ Senatui bibliothecâ. Monimentum eius adhuc exstat in Xenodochio publico, prope D. Andreæ; ab ipso ædificiis aucto & locupletato. Visitur in medio choro templi: splendoris exigui & cuius literæ propter sordes incubantes vix cognosci possunt.

Videamus nunc tertium decus ex recentioribus, ACADEMIAM. Non loquar nunc de prisca schola Burdigalensi, in qua

non multo post à Carolo octavo tribus præsidibus decemq; & octo Consiliariis edicto anni 1483 4. Decembris est compositum. Adiecit anno 1519. mense Maio Franciscus I. novam Senatorum Decuriam, quæ iudiciis causarum criminalium præesset, quã Tornellam vocant.

Novissimis temporibus calamitas illa quam huic urbi ingruisse suprà inter ei⁹ mala memoravi, iuxta pleraq; omnia privilegia & hanc prærogativam Parlamenti ademit, anno 1540. Quum Annas Momorantius Equitum Magister accipere cives coegit è Parisiensi, Tholosano, & Rohtomagensi Senatu Iudices qui populo ius dicerẽt: quib. denuo anno sequẽte regis di iussis, amplissima Senatus dignitas ab Henrico II. civibus in gratiam receptis est restituta. Propter pesti-

pestilentiam quandoq; sicut fit, sedes Parlamenti mutata fuit. Liburniam sæpiùs translatum refert Lurbeus: anno 1473. 1515. 1546. 1555. Bergeracum 1496. S. Æmilianum, 1501. Habuit hoc Parlamentum inter alios Præsidem Nicolaum Boetium, cuius scripta in Themidos sacrario iã-diu consecrata æternæ sunt memoriæ. Is Burdigalæ obiit, legatâ Senatui bibliothecâ. Monimentum eius adhuc exstat in Xenodochio publico, prope D. Andreæ; ab ipso ædificiis aucto & locupletato. Visitur in medio choro templi: splendoris exigui & cuius literæ propter sordes incubantes vix cognosci possunt.

Videamus nunc tertium decus ex recentioribus, ACADEMIAM. Non loquar nunc de prisca schola Burdigalensi, in qua

tot viros Doctos bonas artes iam olim professos suprà dixi: quæ nullâ laude inferior fuit Massiliensi & Augustodunensi, tot nominibus celebratis Lycæis. Sed de illâ, quæ paullo antè quàm Aquitania ad Francos debellatis Anglis reverteretur, rescripto Eugenii Pontif. Max. ad exemplum Tholosanæ erecta est VII. Id. Mai. 1441. & pòst confirmata privilegiisq; aucta variis anno 1572. à Ludovico XI. Francorum Rege. Quo factum ut quem antiquitus thesaurum possidebant Burdigalenses, & quem per tot barbarorum direptiones & vastationes amiserant, beneficio optimi Principis recuperârint: rem non in postremis habendā. Eo rescripto Pontificio Maior & Iurati Burdigalenses Academiæ patroni fuerunt constituti, Archidiaconus verò Maior Medulicus

ſicus ad D. Andreæ perpetuus Cancellarius. Sub idem tempus anno 1442. Petrus Archiepiſcopus & religionis & ſtudiorum amantiſſimus Collegium Burdigalæ nomine S. Raphaëlis inſtituit, plurimiſq; reditibus dotavit, in quo XII. pauperes cum Priore Collegii literis profanis & ſacris per decem annos imbuantur, iuſſitque ſex Scholaſticos ex Medulico ſolo, reliquos ex Burdigalenſi Diœceſi eligi, iure patronatus relicto Archiepiſcopis Burdigalenſibus: eâ conditione, ut pauperes illi ſtudiorum curſu peracto, aut priùs, ſi velint, & ætatis ſint legitimę, ſacris initientur. Hæc non contemnenda fuit inſtitutæ Academiæ ſequela. De Collegio Aquitanico, quod non minima Academiæ pars eſt, ſuprà fuſiùs, & quantum ſatis eſſe poteſt, diſſerui.

CAPVT. XI.

SVB QVIBVS DOminis ab initio huc usque fuerit.

SEd iam diu debebam describere eam, quæ nunc est magistratus, à quo regitur, adeoque Reip. formam: ne non tam exteriora sive ædificiorum, sive dignitatis, commoditatisve consideremus, sed & magis intima, & veluti ipsam animam. Idque faciam si priùs dixero quàm sæpe mutaverit Dominos suos cùm tota Aquitania, tum inprimis Burdigala, totius Aquitaniæ ocellus.

Ab initio Biturigum Vibiscorum fuit urbs, de quîs supra. Sub Augusto à Romanis devicta, in pristina

pristina tamen libertate & dignitate relicta, sub Honorio circiter annum 400. Gothis cessit. His expulsis, postquam cæsus in Pictionibus Alaricus, & qui restabant propè Burdigalam in campo Arriano (inde appellato) deleti, in Francorũ pervenit ditionem. Ast cùm res Galliarum socordes esse inciperent, Aquitani circiter annum 727. Ducem sibi Eudonem eligebant, seque iugo Francorum subducebant. Filius eius Eudonis fuit Caifrus, qui desertus à suis occidebatur anno 767. sepulcrũ nactus extra urbẽ in palustri loco, è regione arcis Fari: ubi nunc temporis Capucini habitacula sibi moliuntur.

Hunoldum etiam Ducem sibi fecerant Aquitani, sed à Carolo magno profligatus, & Aquitania à Francis recepta fuit: dispositique sunt à Carolo hinc inde

per Aquitaniam, ei in officio retinendæ, Comites, & inprimis Burdigalæ relictus Siguinus Comes Aquitaniæ pater Huonis Burdigalensis, quo de tot fabulæ narrantur. Nec potuit tamen præuideri ne denuo Aquitani se eriperent regibus Galliæ. Nam Azonem, Aquitaniȩ præfectum, Ducem sibi fecerunt: quem tamen Aldebrandus & Donatus Ludovici Regis legati confecerunt.

Ast verò post obitum Regis Caroli calui tum demum consensu Regum, Duces suos habuerunt Aquitani, regni Franciæ vasallos, quorum novem ordine Aquitaniam tenuére: 1. Arnulphus. 2. Guilielmus. 3. Ebleus. 4. Ebleus secundus. 5 Guilielmus II. 6. Guilielmus III. dictus *Teste d'estouppe.* 7. Guido. 8. Guilielmus Godefredus. 9. Vltimi

timi huius filia heres ultimi Ducis parentis sui nupta Ludovico VII. Francorum Regi secum ad eundem transtulit Aquitaniam: post verò repudiata anno 1152. & & nupta Henrico Normanniæ Duci futuroque regi Angliæ ad eumdem totam Aquitaniam transtulit, inque eam nostram Burdigalam.

Hoc initium fuit imperii Anglici in Aquitania, quod postea secuti fuêre tot tumultus. Id duravit usq; ad Caroli VII. tempora quamquã interruptum sub Philippo Francorum Rege, qui per Arnulphum magistrum equitũ ob non præstitam fidem & obsequium Burdigalam, & reliquas Aquitaniæ urbes subegit. Vtq; eo arctiùs Burdigalenses sibi devinciret, populum iam olim ab Aboriginibus libertati adsuetũ eiusq; pertinaciter amantem, li-

liberalitate in officio continere ipsos satius putavit quam metu, & insignibus privilegiis donavit: concessis collegio Maioris & Iuratorum urbis omni Imperio, & iurisdictione, non solum in urbe & suburbiis, sed etiam in terris, ultra primum lapidem, seu territorio quod Banleucam vocãt, cum omnimodâ potestate, sibi tantummodo iure Imperii supremi recepto, & iurisdictione civili in extraneos exercenda per præpositum Vmbrariæ. Hinc fit etiam hodie, ut in supremi Imperii notã, & tanti beneficii memoriam, etiamsi præpositi Vmbrariæ nulla sit Iurisdictio, & ab Seneschallo exerceatur, sententiam capitalem ab iuratis latam & ab Senatu confirmatam, non priùs exsequi, & lege agere in damnatum liceat, quã reus ante castrum Vmbrariæ ductus sit, & ibi

ibi à Lictore ter nomen præpositi Vmbrariæ, etiam nemine respondente proclamatum fuerit. Constitutio ea, qua hoc Burdigalensibus concessit, Philippina vocatur, & religiose tamquam thesaurus præstantissimus in ærario publico adservatur: exemplum eius Lurbeus in Chronico ad annũ 1295. posuit: ex quo hæc etiã retulit Paullus Merula Cosmogr. part. 2. lib. 3. cap. 34. Hactenus ergo interruptum fuit Imperium Anglicum in Aquitania, donec anno 1308. pactis initis inter Philippum & Eduardum Anglum ad Anglos denuò reverteretur. Qui in eo rebus suis minimè cõsulebãt, quòd insolitis vectigalibus liberũ populũ onerare incipiebant: uti etiam mox biennio pòst Philippus Eduardum literis suis monuit ut vectigal insolitũ, quod Miletoste ...

vocabant, penitus revocaret. Ea res postea & sub Philippo Valesio & sub Ioanne Francorũ Regibus bellũ ingens peperit, quorum hic post infelicem in Pictonibus pugnam à Principe VValliæ, Eduardi Regis filio, captivus Burdigalam & inde in Angliam ductus fuit. Tandem Comes Armeniacus & alii quidam Aquitaniæ proceres, cùm ob insueta vectigalia Carolum Francorum Regem QUINTUM huius nominis, appellâssent, mittitur, Caponellus cum Hostiario, qui principi VValliæ diem diceret eumq; Parisios citaret exhibitis literis patentibus Regis: quarum exemplum est in Lurbei Chronico, sed Gallicè scripto sub anno 1369. Ab eo tempore incipiebant in peius ruere res Anglorũ in Aquitaniâ, donec post varias pugnas anno 1451. Burdigala ipsa

pſa à Carolo VIII. caperetur, & tandem ad Anglum relapſa denuò redigeretur in poteſtatem anno 1453. & inſequente anno duobus caſtellis Fari & Tropeitę excitatis veluti compedibus cõſtricta ſubducere ſe Francis ampliùs nequiret.

Sic igitur tota Aquitania & ſub ea Burdigala denuò membrum regni Gallici effectum fuit. Conceſſit poſtea Aquitaniã ſed haut paullo reſtrictiorem & ad 4. Seneſchallias redactam LUDOVICUS XI. Carolo fratri anno 1469. Sed triennio pòſt fatis functo Carolo denuò reverſa ad Regni corpus, ab eodem poſt ſeparata nunquam fuit. Hos Dominos hactenus habuit Burdigala.

vocabant, penitus revocaret. Ea res postea & sub Philippo Valesio & sub Ioanne Francorũ Regibus bellũ ingens peperit, quorum hic post infelicem in Pictonibus pugnam à Principe VValliæ, Eduardi Regis filio, captivus Burdigalam & inde in Angliam ductus fuit. Tandem Comes Armeniacus & alii quidam Aquitaniæ proceres, cùm ob insueta vectigalia Carolum Francorum Regem QUINTUM huius nominis, appellâssent, mittitur, Caponellus cum Hostiario, qui principi VValliæ diem diceret eumq; Parisios citaret exhibitis literis patentibus Regis: quarum exemplum est in Lurbei Chronico, sed Gallicè scripto sub anno 1369. Ab eo tempore incipiebant in peius ruere res Anglorũ in Aquitaniâ, donec post varias pugnas anno 1451. Burdigala i-

psa

ipsa à Carolo VIII. caperetur, & tandem ad Anglum relapsa denuò redigeretur in potestatem anno 1453. & insequente anno duobus castellis Fari & Tropeitæ excitatis veluti compedibus cõstricta subducere se Francis ampliùs nequiret.

Sic igitur tota Aquitania & sub ea Burdigala denuò membrum regni Gallici effectum fuit. Concessit postea Aquitaniã sed haut paullo restrictiorem & ad 4. Seneschallias redactam LUDOVICUS XI. Carolo fratri anno 1469. Sed triennio pòst fatis functo Carolo denuò reversa ad Regni corpus, ab eodem post separata nunquam fuit. Hos Dominos hactenus habuit Burdigala.

CAPVT XII.

QVÆ FORMA OLIM *fuerit & sit hodieq; Reipublicæ.*

ADministratio Reip. quæ hodieq; est Burdigalæ cœpit institui sub Henrico Angliæ Rege & repudiatæ à Ludovico Eleonoræ marito. Qui anno 1173. cōcesserat ut cives liberè sibi eligerent Senatus Principem, quem Maiorem urbis vocare solent: quem primū nominârunt Dominum de Monodei. Ius hoc in Principem transtulerunt cives in gratiam Eduardi Henrici regis primogeniti, anno 1260. Atq; hi Maiores ab initio erant annui, donec tandem Carolus VII. Fr. Rex anno 1454. primum Ioan. Burel-

Burellum perpetuum constitueret: quod postea ad fatalem anni 1548. tumultum duravit: Sic ut licuerit maiori quotannis è numero iuratorum submaiorem unũ eligere: qui eo absente Collegio iuratorum præesset. Henricus secundus Burdigalensibus in gratiam receptis, hoc in Maiore mutavit ne esset perpetuus, sed biennis. Iuxta hunc Maiorem sunt Iurati, quos vocant: qui ab initio quinquaginta ad 24. redacti, & sub Eduardo anno 1378. denuò contracti ad 12. fuerunt, pro numero regionum urbis, quas numerat & nominat Lurbeus sub dicto anno. Ast novissimè ab Henrico II. ad sex iuratos descensum fuit, eosque biennes: sic ut singulis annis tres iurati mutentur, per totum verò biennium continuetur dignitas maioris, Huic Maioris & Iura-

Iuratorum Collegio in exercenda præfectura urbis additum est Consilium 30. civium selectorum, adiectis si de re maximi momenti agatur, insuper trecentis.

Iurati ex rescripto Eduardi Anno 1278. non poterant fieri ii qui ex nobili familia erant oriũdi: non aliter quàm Romæ lege sacrata non nisi plebeis patebat aditus ad tribunatum. Sed pòst anno 1392. Ioannes Dux Lancastricæ præfectus Aquitaniæ civiũ consensu, hanc constitutionem abrogavit, & civibus libera iussit esse suffragia.

Atque hactenus Burdigalam lustravimus & lustrandam aliis animo, quibus oculis non licet, descripsimus.

FINIS.

INDEX EORVM QVÆ HOC ITINERARIO CONTINENTVR.

A.



Bbeuille. 532

Acidulæ Bituricenses. 82

Bougenses. 134

Adelin. 529

Agen. 241

Aigues mortes. 286

Ainay. 106

Aisnay 403

Aix 336

Alcmar 562

Alkermes 208

Amboise 149

Amiens. 533

Am-

Amphitheatra: Dovense 171
Santonense 204
Pictaviense 214
Petrocoriense 233
Nemausense 290
Arelatense 318
Viennense 377
Lugdunense 418
Ampulla sacra, Rhemensis 39
Marmonsteriensis 159
Amstelrodamum 563
Aneth 566
Angers 174
Angeulesme 224
Aniou 172
Anna Mommorantius 479
Antuerpia 553
Aqueductus 204.215.31.147
Aquitania, vid. Append.
Ara Lugdunensis 402
Arar 396
Arausio 353
Arcus Marii 355
Argentoratum 9

Arles

INDEX

Arles 363

Arnmyda 538

Aruernia 120

Atacinorum colonia 267

Atacinus Varro ibid.

Attila ubi caesus 26

Avaricum Biturigum 84

Avenio, Avenionensis Comitatus 339.342

Aventicum 584

Augusti templum Lugduni 400

Aulnis 189

Aurelia 56

Aurenge 353

Aurum Tolosanum 257

B.

Bar-le Duc 24

Barraux 577

le Bastille à Paris 472

Bearn 238

Beaucaire 299

Beau-lieu 162

Beaulne 575

Belgica

Belgica peregrinatio sequatur Gallicam 2

Bellac 225

Belloquadra 299

Belsia 58

Bergen op-som 556

Berna 585

Besancon 427

Beth fort. 528

BeZieres 276

Billardus 117

Bituriges 82

Bituriges Cubi. } vide append.
Viuisci. }

Blanc en Berry 103

Blancmont 12

Blauia, Blaye, vide Append.

Blaye. 198

Bloys 142

Bogency 139

Boibelle 99

Bolaine 369

Bolonia 373

Bonniuet 218

Borbonia 108
Borbonij Duces 110.111.112
Bougues 134
Bourbon Archambaut 106
Bourdeaux 198
Bourges 83
Breda 556
Bresay 167
Brissac 183
Britannia 185
Brouage 196
Bruga 546
Bruxella 550
Buduacus Rex Aruerniæ 166
Burdigala 198. vid. Append.
Burgus vide Append.
Buzy 147

C.

CAcarotá 233
Cabinet, à Tours 157
Poictiers 209
Arles 321

Aix 337
Cabillonum 375
Cadillac, vid. Append.
Cadomum 364
Caen ibid.
Cahors 244
Camargues 312
Cambritz 528
Cameracum 565
Campania 36
Campi lapidei 323
Campus Marii 312
Cantabrigia 528
Canterbeg 514
Capito Maßiliensis 336
la Carbonniere 285
Carcassonne 264
Caroli Burg. Ducis epitaphiũ 20
Castelnaux d'Arry 263
Catalaunici camps 26
Catelanus 280
Caue gouttire 161
Chaalons 25. *Chalon sur Saone* 375

Cam-

Chambourt 140
Chambery 579
Cambebonnes 114
Champigny 220
Chantelou 43
Charanton 455
la Carité 133
Charleville 35
la grande Chartrouse 576
Chartres 567
Chasteaudun 149
Chasteaurenx 109
Chastelraut 219
Chasteau d'If. 331
Chastres 45
Chaumont 149
Chenonceau 151
Chinon 161
Christianus Pistorius 290
Cimbri triumphati 355
Clanus 209
Clarimontium 120
Clusa 383
le Cluseau 231

Com-

Comites Carnutum 568
Campania 36
Tolosani 250
Conflans 134. 455
Constantina urbs 308
Contius 92
Crypta subterranea 231
Cuiacius 92
Curianum promontorium. Vid. Append.
Currus ventis provecti 558

D.

D*Ecise* 134
Decumanorum colonia 267
Delft 369
Delphinatus, Delphinus 369
Diana templum, fons 293
Diepa 509
Dion 570
Diuona vid. Append.
Dole 573
Douay 171

Douer

Douer 512
Dreux 566
Duarenus 92
Duo Amantes 421
Dunkerka 536
Durettus 118

E.

EBromanum, vid. Append.
Echo Charantoni. 455
Enchuysen 563
Encolisma 224
Erycius Puteanus 552
l'Escluse 583
Estain 33
Estampes 56

F.

FAmes Sancerrana 138
la Feste de Dieu à Angers 221
la Fleche 165
Florales ludi Tolosani 257
Fœmina Sancerrana 138

Fontaines 573.
Forniere 405.
Fossa Mariana 312
la Fosse de S. Pierre 218.
Friburga Vchtlandia. 584.

G.

Gallula Roma 507
Gandauum 547
Garumna vid. Append.
Gaulminius 118
Gedunum 138
Genabum 58
Geneva 579
Gertrudenberg 557
Gergeau 76
Gessoriacus portus 531.
Gironde. Vid Append.
Glaustum 246
Grauelina 536
Grauesand 515
la Guienne unde dicta vid. App.
Grenoble. 576

Gre-

Grenovicum 530
Grimadiere 220
la Grosse tour de Bourges 93
Guillotiere 427
Gyen 538

H.

HAerlem 562
Haga 558
Hamptoncourt 525
Henrichsmont 100
Hubertus Giphanius 66

I.

ICcius portus 531
Ienaille 77
Iouy 31
Isatis 246
Isendick 545
l'Isle Barbe 407
Issouldun 101
Istagda 238

Iudæi Auenionenses 350
Iulius Pacius Iũtus. 281

L.

LAcus mirabilis 148
Languedoccium 244
Laterra 283
Lates ibid.
Lausanna 583
Lausdun 558
Leiden 561
LemoVicium 225
Lesignan 266
Leuci 17
Liburna 236
Lilla 235
Lillo 412
Limoges 227
Limosin 225
Liueron 369
Loche sur Indre 161
Londen 516
Lorris 79

Lotharingia. 14.
Lotiopedum Anglicana 516.
Lovanium. 552.
Londun. 167.
Louure. 472.
Lugda, legio. 387.
Lugdunum 394.
Lugdunum Batavorum. 561.
Lugdunensis ara. 402.
Luneville. 13.
Luparia. 473.
Lussaldus. 216.
Lusignan. 206.
Lutetia. 457.
Lyon. 378.

M.

lés M*Abreaux* 228.
Madril, Chasteau 487.
Maguellonne. 282.
la Maison carrée à Nimes 291.
la Maison rouge. 24.
Mamillaria 277.

Marcheville 22

la Marche de Limosin 257

Marmande 239

Marmonstier 159

Martius Narbo 269

Massilia 327

Massiliargues 265

Mastrich 565

Mazieres 36

Meaux 40

Mechlinia 558

Mediomatrices 17

Mehun sur Yure 101.139

Loyre 139

Melun 458

Metz 28

Middelburgum 537

Mirbeau 225

Miremont 231

Moissac. 242

Monceau 26

Moncontour 220

Mons Sels 285

Mon-

Monstreuil 389
Montargis 77
Mont-louys 151
Mont-ferrant 120
Montensier 235
Mont-point 236
Mont-auban 242
Montpellier 278
Mont-maiour 314
Mont melian 577
Monron 105
Mornac 197.369
Mosa 15
Mosa traiectum 565
Moselle 16
Moulins 113
Mours 266
Moussidam 235
Mausson 33
Muratum 584
Murta 17
Muscat de Frontignac 246

N.

Nancy. 18
Nantes: 187
Natio Germanica Aurelia: 65.
Narbe. 266.
Nemausus. 288.
Nerac. 239.
Nevers. 121.
Neustria. 15.
Niclasburg. 13.
Nimes. 288.
Nonschitz. 526.
Normannia. 497.
Nostre Dame d' Ardillier 164.
Nostre Dame de la gard 332.
Noviomagus, Biturigum Vivi-
scorum urbs. vid. Append.
Nyeure 121.
Nyportum. 536.

O.

Oleros, insula. 195.
Olivet. 80.

Orchezat 147
Orenge 353
Orelans 56
Ostenda 536
Oxonia 517

P.

Aludanus 563
Pali *Castrum* 238
Paris 43. 456
Parisium 456
Partus 365. *infantum* 558
le *Passe Lourdin* 215
Pastel 248
Paterniacum 584
Pau en Bearn 238
Paulinorum familia vid. App.
Paulmy 161
Pays d' Aulnis 189
Pays entre deux mers vid. App.
Perigord 229
Perigueux 232
Peronne 565

les Perrieres d'Angers 182
Petit niort 199
Petrocorium 229
Petrus Eisemberg 412
Pezenas 277
Pfaltzburg 11
Picardia 533
Pictonium 207
Pictauia 209
la Pierre leuée 215
Pierelate 369
Pierecise 415
Pindariser 62
Plessacum 199
Plessis 160
Plotina Basilica 292
Polonia Rex ex Monacho 346
Pons Rhodani Lugd. & Aueniononenses 423
Pons Araris Lugd. 424
Pontamousson 27
pontereau 60
pont de Sé. 172
pont Lunel. 285

pont du Gard. 297
pont de S. Esprit. 368
ponts 199
portus Rupellanus 192
Massiliensis 330
Tolensis 336
Iccius 531
provincia 290.303
puella Aurelianensis 75

R.

RAttonneau 338
Reims 38
Rion 120
Ritschmont 524
Rhodanus 394
Rhodana. 427
Rhodani vorago 396
Roana 128
la Rochelle 329
Rochefort 184
Rochester. 515
Roth, idolum. 502

Rohomagus ibid.
Roterdam 557
Rouen 501
Rupella 190

S

S. Abaudia 577
S. Aub. 24
S. Sauin 104
S. Amande 105
S. Floran 164
S. Malo 183
S. Michel ibid.
S. Iean d'Angely 205
S. Macaire 239
S. Estienne en Forest 121
S. Tubery 277
S. Martin 326
S. Chamas 326
S. Andre, prope Aueniones 352
S. Germain en Laye 481
S. Clou 487
S. Denys 488

Sainctes

INDEX.

Sainctes 202
Salon le Craux 339
Sancti Trophimi crypta 314
Sanctum sacellum Borboniense. 107
Parisiense 467
Bituricense 92
Sancerre 135
Santones, Santonium 202
la Saone 397
Sar, Saravus 16
Saraceni casi 315
Sarberg 12
Saulmur 162
Schenckenschantz 564
Sedan 34
Seelandia 537. 540
Senlis 566
Setinborn 514
Sinot 224
Sluisa. 537
Solo durum 586
Solonia 81
Stega 11

Sylvanectum 566

T.

TAillebourg. 196
Tain 373
Talant 573
Tarasco 300
Tauri sylvestres prope Arelatem 321
Tectosagi Volcæ 247
Theline 305
Therma Barborica 108
Thiebaultz 529
Tolon 336
Tolosa 248
Touars 170
Tournon 373
Tours 289
Troye 570
Tullum 23
Turania 112
Turris Constantia 286
Tzmiers 229

Vale.

INDEX

V.

V Alacria 537
la Vale 318
Valentia 371
Vaucluse 353
Vendosme. 148
Venissa Comitatus 339
Veneris templum Lugduni 405
Veria 538
Verger 183
Vesuna 232
Vienne 374
Ville Franche,
Pinte,
Seiche,
Novelle 264
Visci vid. Append. fol. 647
Vlißinga 537
Volcæ Tectosagi, Arecomici 247
Vsarche 227
Vuzonne 233
Vxellodunum 244

Vveithal,

VV.

VVeithal 519
Vvestria 14
Vvestmunster 518
VVissfelsburg 584
Vvindesor 526
Vvotstock. 528

Y.

YVetot 499

Z.

ZAbern. 9

FINIS.

Digitized by Google